TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1371_II**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Theol: Moral: de Actibus Hum: Peccatis, ac Censuris

T. II.

II

1371

BIBLIO
CIVICA
DI
UDINE

Theologia Moralis
Quam
Usque ad annum 1765: inclusive
legit in Seminario Utinensi
Gregorius Pajani de Sclaonico
Sub Auspiciis
Excellentissimi, ac Reverendissimi
D. D.
Bartholomei Gradonici Archiep. Utin.
Die 2. 9bris ejusdem anni 1765
ad cælum vocati.

Tom. II. De Actibus Hum., Peccatis, ac Censuris.

Tractatus Tertius
De Actibus Humanis.

Hominem ex Adultis illam aeternam, sempiternamque supernaalem Beatitudinem, propter quam à Deo O. M. conditus est, nisi per bonarum actionum exercitium, ac malorum operum fugam consequi posse constat tum ex illo Psal. 36. Declina à malo, et fac bonum: tum ex illo Apostoli 2. Corinth. 3. Qui parcè seminat, parcè et metet: ut proinde optimè S. Bernardus Actus hūos aeternitatis semina appellavit. Hinc non abs re erit, Tractatibus tum de interna, tum de externa morum regula, secundum quos hūae actiones regulandae sunt, subnectere Tractatum: De Humanis Actibus, utilissimum quidem ōib, et scitu necessarium, praesertim verò Confessarijs, ne videlicet in suo judicii munere errent cum maximo tum sui, tum poenitentium detrimento. Dabo itaque nunc Tractatum de Actibus hūis, quem ad confusionem vitandam in duas dividam partes, in quarum prima dicam de natura actuum hūorum, deque eorum constitutivis necessarijs; in altera verò de eorundem bonitate, et malitia agam. Faxit Deus, ut facto desiderijs, votisque respondeant.

Pars prima.

In hac prima parte, quam in capita dividam, imprimis agam de nāa, et multiplicitate Actuum hūorum; deinde dicam de voluntario, et involuntario; tandem de ijs, quae involuntarium causant.

Caput primum.
De notione, et Divisione Actuum Hūorum.

Actiones ōes, quae ab Homine fiunt, in lato quodam sensu
1. Actus hūi dici possunt, utpote cum talium actionum ipse hōo principium sit, et causa. Verùm de actionibus hūis sub hac ampla acceptione in praesenti causa sermo non est, quia, ut docet S. Thōas 1. 2. Q. 1. A. 1., illae solae propriè dicuntur actiones hūae, quae sunt propriae hominis, in quantum est hōo. Quod, ut intelligas, advertas, actiones hominis in triplici esse differentia. Aliae enim sunt, quae ab ipso homine, quatenus est animal, procedunt, ac ipsi cum caeteris animantibus sunt communes, ut audire, videre, comedere, dormire &c.; Aliae sunt, quae ipsius hominis quidem propriae, quae rationalis est, fiunt; attn sine deliberatione sunt, et ab ipso provt rationalis est, fiunt; attn sine deliberatione rationis, advertentia, et propriae libertatis exercitio, cujusmodi sunt motus primò primi, loqui, velle, amare, odisse &c. sine propria deliberato rationis usu; Aliae denique sunt, quae ab homine fiunt cum deliberatione rationis, et adeò hūo modo operante, cum libertate nempe indifferentiae, et advertentia ad morum regulas, et principia. Atque de his, quae propriè solùm dici possunt Actus Humani, seu morales, in praesenti agemus.

2. Actus autem hūus sub hac tertia consideratione, seu propriè acceptus cum P. Reiffenstuel hic Dist. 2. Q. 1. optimè definiri pt: Actus voluntatis liber, elicitus

advertentia rationis ad aliquam regulam nostrorum actuum in ordine
ad ultimum finem. Dicitur primò: Actus voluntatis liber: siquidem
ad libertas indifferentiæ sit requisitum necessarium, quinimò
fundamentum bonitatis, ac malitiæ humanorum actuum, ut constat ex propositione
3. inter damnatas in Jansenio à Clemente XI. 16. julij anno 1705;
quæ est hujus tenoris: Ad merendum, et demerendum in statu
naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate,
sed sufficit libertas à coactione: nullus actus propriè dici po-
terit Humanus, seu moralis, nisi sit à voluntate liberè
operante, seu ità constituta, ut positis omnibus ad agendum
requisitis possit alterutrum ex contradictorijs eligere, et am-
3. plecti. Porrò in homine hanc libertatem indiffe-
rentiæ reperiri, præterquamquod id certum sit ex sacra Theolo-
gia, satis clarè ostendit id illud Eccles. 15. Deus ab initio
constituit hominem, et reliquit eum in manu consilij sui.
Adjecit mandata, et præcepta sua. Si volueris mandata ser-
vare, conservabunt te. Apposuit tibi aquam, et ignem, ad
quod volueris, extende manum tuam: Item Canon 4tus sess. 6.
Trid., in quo aliter asserentes in hunc modum damnantur:
Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, et
excitatum nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti, atque
vocanti..... neque posse dissentire si velit, sed veluti ina-
nime quoddam nihil omninò agere, mereque passivè se ha-
bere, anathema sit.

Dicitur 2dò: Elicitus cum advertentia ra-
4. tionis. Nam, ut docet S. Thomas loco citato, illæ solæ actiones vo-
cantur propriè humanæ, quarum homo est dominus; atqui homo ne-
quit esse dominus illius actus, ut nimirum eum elicere, vel non
elicere, continuare, aut abrumpere possit, ad quem ipse non
advertit juxta illud: Nihil volitum, quin præcognitum; Actus
ergo ad hoc ut sit humanus, et moralis debet procedere ex ratio-
nis advertentia. Unde primæ intellectus cogitationes, primæ
motiones, quæ in voluntate fiunt, vel ex sola apprehensio-
ne objecti, aut ex sola imaginatione absque ulla ante adver-
tentia, ac deliberatione in appetitu sensitivo exurgunt
ut sunt subita ira, delectatio sensitiva &c, non possunt
dici actus humani propriè sumpti.

Dicitur 3tiò: Ad aliquam regulam nostro-
5. rum actuum: nempe vel præcipientem, vel consulentem vel
permittentem, vel prohibentem. Cum enim homo nequeat di-
ci, vel benè operari, nisi per conformitatem ad morum regu-
las agat, vel malè agere, nisi per difformitatem ad dictas
regulas operetur; hinc ut homo, et morali modo operetur,
advertere debet ad aliquam regulam nostrorum actuum,
præcipientem nempe, vel consulentem &c. Atque hac ra-
tione, seu defectu hujus conditionis à ratione actus humani,
et moralis excluduntur actus facti à pueris ante ratio-
nis usum, sicuti et illi, qui ab amentibus procedunt. Additur

tandem: In ordine ad ultimum finem nostrum. Per actus enim
moraliter bonos ad illum accedimus; per malos vero ab eo re-
cedimus. Ubi pro dicta definitione actus humani notabis, nomine
actus et venire omissionem, cum in moralibus perinde se habeat
omissio, ac ipsa actio. Quare ut omissiones dici possint actus
humani, et morales, debent supradictas conditiones, et requisita
habere.

Actus humanus, seu moralis ita expositus divi-
6. ditur primo in elicitum, et imperatum. Imperatus est, qui non
ab ipsa voluntate, sed ab aliis potentiis imperante ipsis
voluntate procedunt, ut est intellectio ab intellectu, visio
ab oculo, deambulatio a potentia locomotiva ex volunta-
tis imperio producta. Elicitus est, qui a voluntate tanquam
a potentia proxima, et ipsa procedit, seu immediate
operatur. His addi potest actus mixtus seu qui simul sit eli-
citus, et imperatus, cujusmodi est actus qui immediate a vo-
luntate procedit et proprio ipsius voluntatis imperio, ut
est actus Odii dependens a priori voluntatis actu, quo quis
vult aliud odio habere.

Actus humanus elicitus dividitur in prosecu-
7. tivum, et Aversativum. Prosecutivus est quo voluntas libere, et
deliberate tendit in objectum tanquam sibi bonum repraese-
ntatum illud amplectendo: Aversativus autem est, quo vo-
luntas libere, et deliberate refugit ab objecto tanquam sibi
malo repraesentato, ab eo se avertendo. Et uterque ex
his actibus suas patitur subdivisiones: Et quidem loquendo
de actu prosecutivo, vel ille versatur circa finem, vel
circa media vel necessaria, vel conducentia ad finem. Si
primum, triplex est nempe volitio, seu amor simplex, aut
complacentia, intentio, seu desiderium, et fruitio, seu posses-
sio. Volitio ut sic, seu simplex amor, aut complacentia est
actus voluntatis respicientis finem, seu objectum, ut in se
amabile, abstrahendo, an sit praesens, vel absens, possibilis
aut impossibilis sibi, ut amor sanitatis propter conveni-
entiam, quam habet cum nostro animali, ita sistendo. Inten-
tio, seu desiderium est voluntatis actus in finem seu ob-
jectum ut absens, et per media assequibile. Fruitio denique
seu possessio est amor efficax finis jam obtenti. Si secundum,
scilicet si actus prosecutivus versatur circa media ad finem,
pariter triplex est, nempe electio, consensus et usus. Ele-
ctio est actus efficax, quo voluntas ex pluribus mediis unum
prae alio amplectitur ad consequendum finem. Consensus
prout efficax est, est actus, quo voluntas efficaciter acceptat,
et approbat media ab intellectu proposita tanquam idonea
ad finis consecutionem. Usus denique est actus efficax vo-
luntatis se ipsam moventis, et potentias sibi subditas
applicantis ad executionem mediis electi.

8 Actus Aversativus pariter triplex est,
nempe simplex Odium, Timor, et Tristitia. Odium simplex
est actus, quo voluntas aversatur malum secundum se ab

strahendo ab ejus praesentia, aut absentia, possibilitate, aut impossibilitate. Timor est actus efficax voluntatis respicientis malum absens, ut per media impediendum. Tristitia est actus voluntatis, quo efficaciter aversatur malum praesens. Praeterea actus hūus, seu moralis sive sit

9 elicitus, sive imperatus dividitur in moraliter bonum, seu rationis normae conformem, et in moraliter malum, seu normae ejusdem difformem: In interiorem, qui nempe nullo signo sensibili manifestatur, ut est oratio mentalis, et meditatio, et in exteriorem, qui nempe extrinsecè patet, ut est oratio vocalis, et concio: In naturalem, qui solis naturae viribus fit, ut est naturalis Dei cognitio, et supernaturalem, qui nonnisi auxilio supernaturalis divinae gratiae fieri potest, ut sunt actus virtutum Theologicarum: Qui actus supernaturalis alius est meritorius de condigno, et alius tantum de congruo. Actus meritorius de condigno, saltem non in toto rigore acceptus, est, qui tum ex sua, tum ex operantis dignitate merces debetur, saltem ex Dei fidelitate; Meritorius autem de congruo est, qui est quidem retributione dignus, sed ex decentia tantum, et gratuita liberalitate dantis. Et ex his habes naturam, et divisionem Actuum hūorum. Nunc ad ejus constitutiva.

Caput Secundum.

De Voluntario.

Necessariam doctrinam ad dijudicandum de bonitate, et malitia actuum hūorum, quam in hoc Capite dabimus, in Articulos dividamus, in quorum primo dicamus quid, et quotuplex sit voluntarium: In aliis verò varias difficultates, quae ad voluntarium spectant, expendamus.

Articulus primus.

Quid, et quotuplex sit Voluntarium.

10 Voluntarium non uno, sed triplici praesertim modo accipi potest, et solet. Et primò quandoque accipitur pro omni eo, quod absque ulla obligatione praestari potest, et hoc modo quaedam jejunia, et preces, ad quas nulla lex obligat, voluntaria dicuntur: Et de voluntario hoc modo sumpto hic sermo non instituitur. Secundò voluntarium in lato quodam sensu sumitur, et cum spontaneo confunditur, atque idem est ac spontaneum; Et voluntarium hoc modo acceptum, quod et voluntarium materiale dicitur, definiri potest ad illud, quod à principio intrinseco cum cognitione irrespectiva finis, seu objecti moralis: Atque hoc voluntarii genus licet non conveniat agentibus inanimatis, utpote quae nulla prorsus cognitione agunt, sicuti neque iis, quae ab aliquo extrinseco principio, et adeò vi ad motum impelluntur; convenit tamen et ipsis Brutis, utpote quae sponte ex inclinatione appetitus sensitivi jam. ipsis intrinseci agunt, praeterea stir.

gitiva cognitione finis, seu objecti. Verum et de voluntario hoc modo sumpto neque hic disputatur. Sed de Voluntario stricte et proprie sumpto, quod solis agentibus rationalibus convenit, est illud quod a rationali voluntate vel physice, vel moraliter procedit ex praevia spirituali cognitione finis, seu objecti, et circumstantiarum, et hoc modo accepto voluntarium, omissis varijs definitionibus, quas dant Theologi, cum Honorato Tournely, seu ejus continuatore [illegible] hoc modo: Voluntarium est actus a voluntate pro[illegible] ex [illegible] cognitione [illegible], in quibus est actio quae definitio cohaeret cum ea, quam tradit S. Thomas 1. 2. q. 6 A. 2, et B. dicens voluntarium esse id, quod est a principio intrinseco cum cognitione finis, itemque cum ea, quam tradit Aristoteles 3 Ethic. Cap. 1. inquiens voluntarium illud esse, cujus principium est in agente cognoscente singula, in quibus est actio.

11\. Dicitur autem primo Actus a voluntate procedens, per quae verba convenit cum voluntarium [illegible], quia nullus actus, qui non sit [illegible], aut [illegible] necessarium, quia nullus actus, qui non sit [illegible], [illegible] a voluntate tamquam illius principio intrinseco fit [illegible] voluntarius. Dicitur 2do: ex praevia cognitione, quia ea, quae sine ulla intellectus cognitione, ac rationis advertentia fiunt, rationem voluntarij proprie [illegible] non participant: 3tio additur: [illegible], in quibus est actio, quatenus [illegible] finis, seu objectum actus, sed etiam alia adjuncta, quae [illegible] circumstantiae, debent esse cognita, ut [redacted] per respectu ad illas voluntarius dicatur actus, juxta illud: Nil volitum, quin praecognitum. Hinc si [illegible] circumstantiam [illegible] quod quis ignorabat [illegible] circumstantiam [illegible] [illegible] vult [illegible] eam [illegible], quam vult [illegible] esse conjugatam, talis actio erit voluntaria in ratione [illegible] non autem in ratione sacrilegij, et [illegible]

12 Voluntarium ita expositum dividitur primo in voluntarium voluntate propria, et in voluntarium voluntate [illegible] [illegible] [illegible]. Primum est quod a voluntate propria tanquam intrinseco principio [illegible], ut est actus, quo quis vult [illegible] [illegible] [illegible]. Alterum est, quod licet [illegible] [illegible] pendeat ab aliena voluntate, et arbitrio [illegible] ratione dispositionis voluntatis nostrae in [illegible], et arbitrio [illegible] [illegible] nobis moraliter imputatur, et quod nos ita se habet, ac si a nobis elicitum esset. [illegible] voluntatis [illegible] vel [illegible] [illegible] voluntate divina, quo modo omnium hominum voluntates in voluntate Adami inclusae fuerunt atque [illegible] peccatum [illegible] voluntarium [illegible]; vel [illegible] fit auctoritate publica [illegible] [illegible], [illegible] voluntas in voluntate Tutoris [illegible] est, atque Tutoris actus [illegible] [illegible] sunt voluntarij, vel [illegible] [illegible] auctoritate [illegible], ut accidit cum quis voluntatem [illegible] in manum [illegible] ponit, atque ea ratione [illegible] voluntarij dicuntur

13 Dividitur 2do in necessarium, et [illegible] [illegible] contingens. Voluntarium necessarium illud est, quod [illegible] quidem a voluntate cum cognitione finis [illegible] minata absque indifferentia, seu [illegible] ad oppositum. Talis est amor [illegible], quo [illegible] [illegible] amat et amor, quo [illegible] [illegible] [illegible] Voluntarium liberum, seu contingens e contra est, quod a voluntate [illegible] [illegible] [illegible] cognitione

et dominio actus, seu cum vera indifferentia ad utrumque oppositum, seu ad agendum, et non agendum. Talis est amor, quo homo viator diligit Deum, quem per speculum in aenigmate cognoscit. Atque de hoc secundo voluntario in praesenti sermo est.

23 Tertio dividitur in objectivum, effectivum, et omissivum. Objectivum illud est, in quod voluntas tanquam in suum objectum fertur, et idem est ac volitum. Hoc autem voluntarii genus rigorose loquendo dici non potest voluntarium, nisi denominative. Pluvia enim, et serenitas opportuna est quidem objectum Agricolae eam exoptantis, et adeo volita ab ipso Agricola; attamen non voluntaria, cum ab ejus voluntate tanquam principio intrinseco non procedat; et proinde non nisi ratione, qua voluntas in tale objectum tendit, voluntaria dici potest. Voluntarium effectivum est omnis actus sive elicitus, sive imperatus a voluntate cum praevia objecti, seu finis cognitione. Voluntarium autem omissivum est omissio actus praecogniti, quem voluntas potest non omittere, seu facere, et omittere eligit. Atque hoc voluntarii genus reducitur ad effectivum, quatenus et hoc modo quodam a voluntate eligere ponitur actu omittenda negatio causatur.

24 Quarto dividitur in perfectum, et imperfectum. Perfectum illud est, quod procedit a voluntate tanquam causa libera, aut morali ex praevia cognitione finis, seu objecti, et convenientiae; adeo ut voluntas in illud non solum quasi cognitum feratur, sed etiam cum deliberatione consilii eligat. Quo modo omne mortale peccatum dicitur voluntarium. Voluntarium imperfectum ut contradistinctum a simpliciter spontaneo illud est, quod quidem a voluntate tanquam suo principio intrinseco procedit, attamen cum cognitione imperfecta, et absque plena consilii deliberatione, ut accidit in semidormientibus, et in variantibus necdum habentibus plenam advertentiam.

25 Quinto dividitur in directum, et indirectum. Directum, quod et dici potest voluntarium secundum se, et in se, est illud, quod immediate, et per se, et ratione sui intenditur, seu in quod voluntas immediate fertur, sic mors hominis, seu homicidium dicitur directe, et in se, et secundum se voluntarium illi, qui animo occidendi telum in ipsum, sagittam, ejaculatur. Voluntarium autem indirectum, quod et dicitur voluntarium in alio, voluntarium in causa, est illud, quod in se, et ratione sui non intenditur; intenditur tamen alia res, in qua includitur, vel cum qua connectitur, vel quam consequitur, hocque cum talis effectus praevisione; sic blasphemiae, verba turpia, rixae, &c. sunt voluntaria illi, qui talia se facturum in ebrietate praevidens, voluit nihilominus voluntarie se inebriare.

26 Hoc item voluntarii genus duas patitur divisiones per ordinem ad causam voluntarii praeviam, ex qua sequitur. Hujus autem causa in moralibus alia est positiva, quae nempe in actione physica, et reali consistit, cujusmodi est lectio libri amatorii facta cum praevisione secuturi motus concupiscentiae. Alia est negativa, quae consistit in omissione alicujus actus, quo posito effectus non sequeretur &c.

cessatio à directione navis dicitur causa submersionis navis, quod
Gubernator dirigendo navem naufragium impedivisset. Utraque
autem ex his causis alia est per se et alia per accidens respe-
ctu effectus praevisi. Causa per se in moralibus ea dicitur,
quae de se, et ex natura sua influit in talem effectum, sic nimius
fixus, et curiosus aspectus pulchrae puellae dicitur causa cogitatio-
num impurarum. Atque haec causa alia est moraliter efficax,
et alia est moraliter inefficax. Moraliter efficax ea est, quae
nedum notabiliter influit in effectum, sed etiam ut plurimum
cum effectu conjungitur: Talis causa est aspectus saepius iteratus
mentium personae diversi sexus absque necessitate habitus
respectu motuum concupiscentiae, quae ex tali visione excitan-
tur. Causa moraliter inefficax ea est, quae, licet de se influat
in effectum; attamen vel notabiliter non influit, vel raro cum
effectu conjungitur. Talis causa est frequens allocutio cum
persona aliqua, quae cum solum aliquando peccavit. Causa
per accidens in moralibus ea est, quae de se non est ordina-
ta, nec de se influit in effectum praevisum, sed de se omnino est
indifferens, et adeo si cum effectu conjungitur, hoc provenit
ex circumstantiis externis. Talis est cohabitatio Filii in
domo paterna, ubi raro cum famulis convivit, cum quibus
peccavit de peccatum.

17. Tandem voluntarium dividitur in actuale,
virtuale, et habituale, in expressum, tacitum, et interpre-
tativum. Voluntarium actuale, quod et formale dicitur, illud est,
quod hic, et nunc actu elicitur, aut imperatur à voluntate;
ut si sacerdos jam celebraturus, poenitentem absoluturus, vel
Baptizaturus dicat: volo celebrare, absolvere, baptizare.
Atque hoc voluntarium idem est, ac actualis intentio, quae
duplex est, explicita nempe, et implicita. Explicita est,
qua aliquid in terminis, et distinctis conceptibus intenditur; qualis
est illa formula, quam sacerdos celebraturus recitare solet, nempe
haec: ego volo celebrare, et conficere corpus, et sanguinem Domini
implicita est, qua aliquid sub generali aliqua, et confusa con-
ceptu intenditur, uti si celebraturus, aut sacramentum confectu-
rus dicat: ego volo, nunc facere quod Christus instituit, et vera
Christi ecclesia facere intendit.

18. Voluntarium virtuale est, quod vi actus
praecedentis nondum revocati in operatione morali perseverat.
Unde ad hoc voluntarium tria requiruntur; et primo, quod vo-
litio, et intentio actualis aliquando praecesserit; 2do quod illa
intentio nunquam fuerit retractata; 3tio quod illa intentio adhuc per-
severet in morali operatione; hoc est ut revera actus perse-
veret vi illius praecedentis volitionis, et intentionis. Exemplum
est in sacerdote animo celebrandi, baptizandi, audiendi
confessiones &c. ecclesiam adeunte, ac, ibi facta intentione
consecrandi, baptizandi &c., sumente paramenta sacra,
faciente caerimonias sacras, recitante orationes congruas,
et tandem non renovata denuo intentione formali, et expres-
sa, consecrationis absolutionis verba proferente, et tantum
... recitante &c.

Voluntarium habituale illud est, quod fit solo habitu ex praecedentibus actibus acquisito absque omni [illegible] morali influxu voluntatis in illud: [illegible] est [illegible] absque advertentia [illegible] [illegible] morale actionis [illegible]. Exemplum est in sacerdote, qui ratione frequentis usus quotidie celebrandi, absolvendi [illegible] vi habitus acquisiti vel in somnis, vel per diem absque ulla advertentia vel confuse verba consecrationis, absolutionis [illegible] proferret; [illegible] ut [illegible] interrogatus nesciret respondere quid ageret. Hinc licet tam voluntarium virtuale, quam habituale in eo conveniant, quod utrumque [illegible] vi praecedentis actualis intentionis [illegible] habitae, [illegible] [illegible] quod ratione utriusque ordinatum ad actum in virtuali voluntario prior actualis intentio moraliter perseverare dicatur, secus vero in voluntario tamen habituali.

26\. [illegible] voluntarium expressum, dictum etiam explicitum illud est quod distincte, et expresse [illegible] manifestatur, ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contestationes [illegible] expressis [illegible] [illegible] contrarium vel [illegible] [illegible] tradat. Contra voluntarium tacitum, [illegible] et dicitur interpretativum, illud est, quod absque [illegible] expressione, aut alio signo vel [illegible] aequivalenti [illegible] praesumitur, seu interpretamur ex aliquo facto positivo, aut omissione, seu in foro externo juxta regulam 43. juris in 6° Qui tacet, consentire videtur, cum nempe facile loqui [illegible]. [illegible] voluntarii [illegible] [illegible] dividunt in conditionatum, et absolutum. Conditionatum est, quod [illegible] non existit, existeret [illegible] si [illegible], ut [illegible] est ignoraret ille cui dicitur voluntarium ut [illegible] [illegible], in quibus [illegible] circumstantiis aliquorum emergentia rationabiliter praesumitur [illegible] [illegible] datum licentiam aliquid agendi, aut omittendi. Absolutum autem est, quando ex gravibus conjecturis, aut facto, et omissione aliqua [illegible] colligitur alteri [illegible] mentem, et voluntatem de re aliqua, quia [illegible] sit; sic legitime praesumitur consensus illius, qui [illegible] [illegible], videt, et tacet, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Hae de natura, et multiplicitate voluntarii [illegible], quorum [illegible], frequens est usus.

Articulus secundus.

De voluntario libero indirecto, seu in causa.

[illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] et voluntarii, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] conformitatem, aut difformitatem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nempe et [illegible] vel [illegible] ex [illegible] [illegible] Tractatibus. Difficultas ergo nunc est, an quicumque effectus [illegible] ex causa aliqua [illegible] omissione libera et voluntaria [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sunt [illegible] [illegible], et [illegible], quod nullus effectus [illegible] ad actionem, vel omissionem quomodocumque liberam, et voluntariam [illegible], tamquam ad suam causam [illegible] possit liber, et voluntarius, si [illegible] nullo modo [illegible] [illegible] seu invincibiliter ignoratus, ut [illegible] constat ex [illegible] voluntarii definitione, et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Nihil volitum quin praecognitum. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

qui frequenter in ebrietate libere se inebriantibus contingunt, v.g.
blasphemiae, rixae, turpia verba etc., sunt voluntarii, et culpabiles,
quia vel praevidentur, vel saltem morali adhibita diligentia
praevideri possunt; alii vero, qui vel nunquam contingunt, vel raro,
et absque ulla vel obscura praevisione accidunt, nullo modo vo-
luntarii dici possunt, ut patet in incestu Lot, quem ebrius admi-
sit, ut legitur Gen. 19, et S. Aug. lib. 22 cap. 24 contra Faustum
excusat. Quod idem dic et de bonitate, aut malitia affectus
respectu circumstantiae nullo modo praevisarum.
Supponendum est 2do et tanquam pro regula
22. tenendum affectus etiam praevisos in causa non esse liberos et volun-
tarios saltem quoad moralem imputabilitatem illi qui tales effe-
ctus neque intendit, neque impediva fit auferendo vel non po-
nendo causam. Nam, ut habetur Eccles. 31, ideo gloriam meretur
quia potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala, et
non fecit. Unde S. Aug. lib. de nat. et grat. cap. 65 ait: habet ex S. Hie-
ronymo: Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad
vitia necessitate trahimur; alioquin ubi necessitas, nec corona
est. Et proinde S. Pius merito damnavit propositionem 65 Baji, quae
asserebat: Homo peccat etiam damnabiliter in eo, quod necessario facit: et Clemens XI post Innocentium X, et Alexandrum VII hanc
Jansenii propositionem: Ad merendum, et demerendum in statu naturae lap-
sae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit liber-
tas a coactione. Hinc puella virgini quandoque fit, renitenti, ac re-
sistenti, ac nullo modo consentienti non erit liberum, volun-
tarium, et culpabile stuprum sibi per vim ab alio illatum.
Supponendum pariter est, et tanquam prin-
23. cipium certum, quod ubi nullum praeceptum, nulla lex adest
prohibens ponere, aut omitti actionem aliquam, ex qua de-
inde sequitur effectus etiam malus, talis effectus, scilicet ne-
que in intentione, consensu aut complacentia, non potest dici
moraliter voluntarius, et culpabilis. Peccatum siquidem, Aug. lib.
22 contra Faustum cap. 27, et cum eo scholis communissime de-
finientibus, est dictum, vel factum, vel concupitum contra
legem Dei. Quod omnino consonat Apostolo Rom. 7 dicenti: Pec-
catum non cognovi nisi per legem. Et proinde verum est,
Anacletus Reiffenstuel l. 2 § 6 A. 3 [illegible] inquiens: sciendum
quod non semper id, quod sequitur ad effectum actionis, redu-
citur sicut in causam in agentem, sed eo, quod non agit, ad ef-
fectum tenetur, cum potest, et debet agere. Effectus ergo etiam moral-
ter, qui sequitur ex actione aut omissione aliqua, sed per
nullum praeceptum, aut legem prohibitus est. Quapropter licet vi-
dentibus duobus inter se rixantes voluntaria dici non sit, neque
ad culpam imputari mors inde secuta, cum non nisi cum
evidenti vitae suae periculo id impedire possit, utpote cum
imminente tali periculo nulla lex, nullumque praeceptum
est impediendi etiam alterius mortem. His tanquam omnino
certis suppositis, sunt nostri opiniones

24 Propositio prima. Quamvis voluntarie, et libere, et cum intentione, et praevisione effectus ponenti actionem, aut omissionem licitam, et honestam, quae per se est causa efficax effectus boni: aut e contra voluntarie, et libere, et cum praevisione effectus ponenti actionem de se illicitam, et inhonestam, quae per se est causa efficax effectus mali, voluntarius, et imputabilis sit effectus inde secutus; attamen non semper ponenti causam etiam per se efficacem, quae non sit actio mala, et inhonesta, voluntarius est effectus malus in ea praevisus. Ratio primae partis est, quia illi voluntarius, et imputabilis est effectus, qui in aestimatione morali vult, et procurat effectum: hic enim est causa moralis talis effectus; Atqui ille, qui voluntarie, et libere, et cum intentione, et praevisione effectus ponit actionem, aut omissionem licitam, et honestam, quae per se est causa efficax effectus boni, in aestimatione morali censetur vult, et procurat illum effectum: [illegible] de ponente actionem de se illicitam, et inhonestam, quae per se est causa efficax effectus mali, ut per se patet; ergo etc., ut proinde hic locum habeat notum illud axioma: Qui vult antecedens, vult etiam consequens cum ante connexum. Et loquendo specialiter de effectu malo, qui sequitur ad causam malam per se efficacem, patet etiam ex eo, quod praecepti [illegible] prohibens effectum malum prohibeat etiam causam [illegible] per se efficacem talis effectus. Nam, ut diximus de legibus, lex aliquid prohibens praecipit removere omnia impedimenta proxime influentia in transgressionem illius. Secunda autem pars patebit ex propositione sequenti.

25 Propositio 2da. Quamvis libere, et voluntarie et cum praevisione, et intentione effectus, aut cum periculo proximo consensus, aut complacentiae ponenti actionem, aut omissionem licitam, et honestam, quae sit causa per se efficax effectus mali, voluntarius, et imputabilis ad culpam sit talis effectus, attamen voluntarius, et culpabilis non est, ubi abest intentio, atque periculum proximum consensus, aut complacentiae, et adest justum, et rationabile motivum licitam causam ponendi. Prima pars de se patet; siquidem enim licet intendere effectum malum, aut periculo proximo consensus, et complacentiae in illud se exponere. Secunda autem pars patet ex [illegible] monito. Nam [illegible], ubi nullum est praeceptum, aut lex prohibens ponere causam, ex qua effectus etiam malus sequitur, tunc effectus ille dici non potest moraliter voluntarius, et culpabilis; atqui ubi abest intentio effectus, et periculum proximum consensus, aut complacentiae, et adest justum, et rationabile motivum causam ponendi, tunc nullum praeceptum, et lex prohibens ponere causam; quia contra legem, seu praeceptum non est dari justum, et rationabile motivum; ergo etc. Quod confirmatur ab exemplis, sicut communiter docent Theologi. Confessario aut examinanti [illegible] aut legenti pro instructione res morales [illegible] aut [illegible] periculo [illegible], et complacentiae, [illegible]

et motus non sunt voluntarij et moraliter culpabiles. quod etiam et
merito est de Chirurgo in partibus secationibus medendo, dum id
ex bono, et honesto fine faciunt. In ijs enim, aut alijs similibus ca-
sibus effectus per accidens, et praeter intentionem operantis sequun-
tur; atqui proinde ijs sicut non imputantur effectus taliter
secuti, ergo &c. Porro inter motiva justa, et rationabilia dictam
causam ponendi sunt necessitas propria, vel aliena, charitas,
et maxima utilitas. Si enim nullus ex his titulis militet,
tunc effectus ad culpam imputabitur ponenti causam, utpote
cum in re, et coram Deo operans tunc videatur agere ex in-
tentione effectus. Atque contra secundam hanc propositionem opponunt

26 Duo illa principia. Quod est causa causae est causa causati. Quod
est maxime verum in moralibus: Qui vult aliquid connexum cum
cognito, vult etiam consequens: ex illis infertur ideo sic ergo qui est vo-
luntaria causa per se effectiva, et adeo cum effectu connexa, volun-
tarius et erit effectus, ergo et imputabilis, atqui etiamsi nullu
sit praeceptum prohibens ponere, quinimo etiamsi adsit justum
et rationabile motivum eam causam ponendi, adhuc causa est
voluntaria; ergo &c. Non oppono, verum, dicta principia. Nam

27 quod ad primum spectat, licet totum verum sit, quod qui est causa
causae sit causa prima physica causati, de quo Plura Philosophi
in Tractatu de Causis, cum ad hanc unice requiratur, et suffi-
ciat influxus physicus in effectum. Item et loquendo de causa mo-
rali, licet verum sit, quod qui est causa causae, sit causa cau-
sati; et adeo ei sit voluntarius effectus, cum ponit causam
per se efficacem vel cum intentione, vel cum periculo pro-
ximo complacentiae, aut consensus in illum, vel etiam cum
urgeat obligatio talem causam non ponendi, ut cum vel ea
est actio de se mala, vel licet bona sit, aut indifferens, et
per se influit in effectum, nullumque est justum, et ratio-
nabile motivum eam ponendi; Falsum tamen est princi-
pium illud de causa morali intellectum, ubi actio etiam [illegible]
se influens in effectum malum etiam graviter est actio secundum
se licita atque ad illam ponendam adest justa et rationa-
bilis causa, necessitas nempe, charitas, aut magna utilitas
id exigit, ut vel constat ex [illegible] in [illegible],
vel etiam ex eo, quod Gubernatori navis [illegible] [illegible]
ulteriorem submersio navis, cum ei commissa non fuit [illegible]
[illegible], et ab eo abesset, [illegible] submersione
immediatius quod est contra [illegible] praeceptorum [illegible]
[illegible]. Si enim Gubernator non [illegible] navem [illegible]
[illegible], vel non [illegible] ei commissa gubernatio navis, non
imputaretur ei navis submersio, quae [illegible] [illegible]
Gubernatoris contingeret. Hac [illegible] et ex his

28 Ad secundum, quod [illegible] universalem
[illegible] est falsum. Illud quidem verum est, primo, [illegible]
[illegible] [illegible], seu causa [illegible] connexa cum cognita, seu
effectu [illegible], et [illegible] [illegible] utrumque [illegible]

vel tum actus, quando connexus sunt actio malus, vel etiam actus sit actio bonus, aut saltem indifferens; tunc non datur justa causa ponendi actus: 2do quando ponitur actus cum intentione consequentis, aut cum periculo proximo consensus, aut complacentiæ in illius. 3tio quando ex positione actus, seu causæ, ex eodem libertatis exercitio sequitur consensus, seu effectus: Falsum autem est, quod consensus novo libertatis exercitio ponitur, ubi ponatur actus, et nulla est obligatio vitandi actus, quinimo adest justus titulus pro actus positione. Quod vel ostendunt dicta in fundamento, quia sicut et tuo attribuenda sunt peccata creatæ libertatis, cum ipsa vel auxilio inefficaci cum provisione effectus mali, utpote cum creata libertas auxilio tantum inefficaci conjuncta cum peccato sit connexa.

jmputabilis. Sive datur, sive non datur obligatio

29. vitandi causam per se connexam cum effectu, adhuc semper, et in omni eventu effectus sequitur est voluntarius, ergo &c. Probatur voluntarium, ut patet ex ejus notione num. 10 tradita, est omne id, quod à voluntate procedit cum cognitione finis, seu objecti; sed effectus, qui sequitur ex causa per se cum effectu connexa, semper, et in omni eventu est à voluntate cum cognitione finis; siquidem accidit, quia voluntas vult causam, qua ablata non poneretur; ergo &c.... Confirmatur effectus, qui ex causa per se connexa cum effectu sequitur cum intentione, vel complacentia illius, vel etiam cum est obligatio [illegible] removendi causam, est effectus provocatus, et volitus, et adeo imputabilis ad culpam ponenti talem causam; ergo etiam est provocatus, volitus, et imputabilis ad culpam, cum ponitur, etiamsi adsit justus titulus ponendi causam, sine intentione &c. Non enim intentio, complacentia, et consensus, quinimo neque obligatio praecepti augent vel minuunt vim, et efficaciam causæ; et adeo virtuti causæ solum in primo casu attribuendum est voluntarium effectus; et sic in et in casu contestis sit eadem vis, et efficacia causæ, voluntarius etiam erit effectus. Accedit, quod in casu, quo deficeret [illegible] [illegible] [illegible] ponendi causam per se efficacem effectus statim effectus evaderet voluntarius, et ad culpam imputabilis. Tunc enim esset praeceptum removendi causam; ergo et cum est justus titulus &c. dictam causam ponendi voluntarius est effectus: Praeceptum enim non constituit, sed supponit voluntarium, ergo &c.

30. Resolutio negatur actus, ad hujus probationem d. m. Voluntarium est omne id, quod positive à voluntate procedit [illegible] cognitione finis contendo, quod permissive, aut negative à voluntate [illegible] cum cognitione finis nego m., et servata [illegible] [illegible] distinguo minorem: Ille effectus qui sequitur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] positive, vel permissive à voluntate contendo, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] à voluntate [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] Effectum positive procedere à voluntate eligente ponere causam illius, est, voluntatem velle [illegible] [illegible] causam per se efficacem vel cum urgeat obligatio [illegible] [illegible] [illegible] vel cum intentione, aut cum periculo proximo consensus, et complacentiæ [illegible] [illegible] [illegible] permissive [illegible] [illegible] [illegible] est voluntatem [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

proximo consensus, aut complacentiae affectus, primum verò in casu nostro, [illegible] affectus est hoc secundo posteriori modo à voluntate; non est tamen primo modo; in quo nihil est mali, ut patet ex dictis, et [illegible] non est [illegible], et imputabilis [illegible]

31 Ad confirmationem concesso antecedenti nego consequentiam, et [illegible] per se est manifesta; et hinc ad [illegible] probationem [illegible] praeceptum [illegible], aut periculum proximum consensus, aut [illegible] affectus non augere, aut minuere eum, et [illegible] in [illegible] influxum [illegible] causae; [illegible] verò moralem ut vel unique meditanti patet. Quare ad id, quod additur, conces-so antecedenti nego consequentiam. Nam in casu [illegible] cum sit obligatio [illegible] tollendam, seu impediendam causam, et non impediretur, in morali aestimatione poneretur causa cum intentione [illegible], quod non contingeret in casu consequentis. Hinc ad consequentiam probationem dico, [illegible] non constituere quidem sed suppo-nere voluntarium in ordine [illegible], seu melius in volun-tate potentiam ad utrumque contradictionis extremum po-nendi; sed verò voluntarium morale. Nam ex dictis in tertio supposito affectus non potest dici malus in ordine morali, nisi adsit lex prohibens illum ponere.

Corollarium primum

Ex his, quae dicta sunt de voluntario in causa per

32: se efficaci, seu proxime de se, et ex ratione sua influente in effectum, [illegible] debet, quid dicendum sit de causa tantum per accidens [illegible] [illegible] mali. Nam vel talis causa licet non ratione sui, [illegible] [illegible] proxime influit in affectum malum, vel non [illegible], eodem modo [illegible] [illegible] est [illegible] per se efficaci; in casu [illegible] attente [illegible] est an talis causa sit actio licita, et honesta secundum se, an sit actio illicita et mala [illegible], et inhonesta, seu mala, tunc ex rationibus [illegible] voluntarius, et [illegible] [illegible] affectus [illegible]. Si verò [illegible] causa [illegible] [illegible], et honesta, [illegible] est, et [illegible] [illegible], an [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible], atque, [illegible] proximum [illegible] et [illegible] in affectum, et adhibita fuerit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] voluntarium [illegible] [illegible] tunc [illegible] [illegible] et imputabilem.

33. Quod si praedicta causa non proxime, sed tantum remote influat in affectum, tunc voluntarius, et [illegible] [illegible] non est affectus [illegible] secutus, atque talis causa [illegible] sit mala, et etiam [illegible] cogitatio de affectu [illegible] tunc, si adhibita fuerit praecautio, qualem dictat prudentia judi-cans esse sufficientem, ne sequatur, vel ne [illegible]. Ratio est, quia si talis affectus in casu voluntarium esset, et [illegible] [illegible] vel imputabilis esset ratione influxus [illegible] [illegible], vel ratione incidentis cogitationis [illegible]
[illegible]

aut complacentia, ejusdem nautum [illegible] non [illegible], quia sicut et immutabiles [illegible], et voluntarie [illegible] mali [illegible] ratione occasionis tantum remotae, utpote [illegible] nec remote influat in effectum. Quod nec omnes est [illegible]. non etiam [illegible], quia [illegible] talis [illegible] tio nec judicium [illegible] [illegible], [illegible] si [illegible] habitat non tandem [illegible], quia jam supponimus in casu causam [illegible] attentione, et [illegible] ergo [illegible] quod vel patet [illegible] ex eo [illegible] considerandum arborem ad [illegible] [illegible] et cadenti supra [illegible], cum ipse [illegible] imputandum esset illud homicidium, si [illegible] cogitatio de tali casu. Quod tamen non admittitur a Theologis, ubi [illegible] diligentia, ne caderet.

[illegible] contra [illegible] [illegible] dicas Petro [illegible] Pauli aggressum armis ab Antonio, cum simpliciter possit Paulum defendere, libera est mors Pauli, [illegible] grande vita periculum [illegible], libera est mors Pauli, [illegible] vita periculum [illegible] imminerat, ergo et voluntaria: siquidem [illegible] liberum est voluntarium [illegible] in casu Petrus habebat justum, et rationabilem [illegible] [illegible] non [illegible] Pauli; ergo [illegible] .... [illegible] sive [illegible], sive [illegible] non [illegible] Pauli; [illegible] periculum, omissio [illegible] Pauli quae conabatur tale vitae periculum, omissio [illegible] Pauli quae connexa est morti ejus; sed si non est, periculum vitae Petro est voluntaria mors Pauli ergo [illegible] .. [illegible] in [illegible] Petro [illegible] est voluntaria mors Pauli, quia Petro non est praeceptum in tali [illegible] [illegible]; [illegible] ratio nulla est [illegible] in [illegible] casu [illegible] non sit praeceptum Petro [illegible] Paulum; [illegible] si [illegible] defenderat, atque a morte [illegible], conservatio vitae Pauli est voluntaria Petro; ergo [illegible] .... [illegible] [illegible] Petro laboranti [illegible] patris voluntaria dicitur, cum non [illegible] uti [illegible] remedio [illegible] [illegible]; ergo et in casu [illegible] [illegible] voluntaria erit mors Pauli, cum [illegible], [illegible] Antonij ergo [illegible]

35 [illegible] Petro [illegible] est tantum permissiva libera mors Pauli, [illegible] omitto vel concedo, est positive libera mors Pauli, [illegible] nego [illegible] [illegible] libertatis [illegible] libera mors Pauli, [illegible] nego [illegible] [illegible] [illegible] positive liberum, voluntarium, [illegible] positive agentem, [illegible] voluntarium, [illegible] [illegible] voluntarium, quia [illegible] non contra [illegible], ac [illegible] ex justis [illegible] non contra [illegible] [illegible] [illegible], et voluntaria [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tale.

[illegible] Pauli aqua [illegible] periculum omissio [illegible] Pauli [illegible] [illegible] morti [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] enim [illegible] nego [illegible], et [illegible] minori nego [illegible] [illegible] Petro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] obligatio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible], quia [illegible] [illegible] voluntarie [illegible] [illegible], et [illegible]

[illegible] omissio [illegible] nego [illegible] [illegible] [illegible] et nego [illegible] [illegible] est quia [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

et honesta: contra verò ad malitiam actus semper requiritur, quod sit contra aliquam legem, sive praeceptum, ut patet ex dictis num. 23; et adeò nullus actus, sive omissio dici poterit voluntaria in genere morali, ubi nullum urget praeceptum. Atque ex his

Ad ultimam confirmationem omisso antecedenti nego consequentiam. Non enim in casu antecedentis febris supponitur voluntaria, quia eam possit expellere, sed quia cum praeceptum ubi non producit vitae discrimen, eam pati non sit malum morale, et adeò eam pati sit licitum, optimè praesumitur, esse voluntariam, quando non expellitur, ut commodè expelli [illegible]; contra verò velle mortem alicujus est malum morale, quod optimè praesumitur non intendi, ubi non urget praeceptum in vitae discrimine constituto subveniendi. Patet ergo esse disparitas. Stat ergo firmum, ponentem causam per accidens etiam proximè influentem in effectum per se malum talis effectus reum non esse, si praedicta causa secundum se est licita, et adest rationabile motivum eam ponendi, et abest intentio, et periculum complacentiae aut consensus in illum.

36. [illegible] pro complemento restat dicendum de genere peccati, quod committit is, qui vel ponit causam de se illicitam, vel etiam licitam, sed absque rationabili causa, vel cum intentione, aut periculo proximo consensus, aut complacentiae effectus mali. Ad quod dicendum est, effectum mortaliter malum ex[illegible] proprium secutum ex tali causa ad culpam gravem imputari; ad levem autem tantum, si vel causa imperfectè solum fuit volita, vel effectus solum imperfectè praevisus fuit in tali causa. Ratio primi est, quia in casu ponens illam causam saltem virtualiter, seu indirectè vult, et intendit, vel se exponit periculo proximo consensus, aut complacentiae in rem graviter peccaminosam; sed hoc ipso graviter peccat; ergo etc. Ratio verò secundi est, quia tunc deficit plena advertentia, et rationis deliberatio; et adeò non nisi culpa levis incurri [illegible].

Neque nunc recte ratiocinaris [illegible] causa, ex qua sequitur effectus in se graviter culpabilis, est causa, quae [illegible] non solum esse venialis in se; seu peccatum leve, quae contrario non potuit refundere gravem malitiam in effectum, ut hanc non praecontineat. Nam si hoc verum esset, etiam venialiter quidem peccaret, quando praedicta causa esset actio in se bona aut indifferens; quod est falsum. Hinc talis effectus [illegible] in causa esset graviter malus non tantum ratione volitionis causae, sed quia [illegible] effectus graviter peccaminosi.

Consectarium secundum.

37. Etiamsi vel cum intentione mali eventus, vel absque rationabili, justa, et proportionata causa nullo modo sit licitum cum alio voluntariè cooperari vel in actione, quae secundum se, vel circumstantias non est intrinsecè mala, sed indifferens, quae alias [illegible] peccatum est abusus; et adeò tunc talis eventus sit voluntarius et culpabilis cooperanti; attamen seclusa dicta intentione et habita justa, et rationabili, et proportionata causa, licet etiam scienter cum alio cooperari in tali actione, nempe secundum se indifferenti, dummodo in bonum, et honestum finem ordinatur pro ratione necessitatis, et utilitatis

et adeo tunc malus eventus etiam praevisus in iis circumstantiis non est moraliter voluntarius cooperanti. Prima pars constat tum ex eo, quod sicuti non licet vel sibi complacere de peccato aut proprio, aut alieno, ita neque illud intendere, aut ullo modo procurare, quod in casu contingeret, tum quia cum commode possumus, peccata proximi impedire tenemur. Unicuique enim, ut habetur Eccles. 17., Deus mandavit de proximo suo, in casu autem malum proximi commode impediri fit; ergo etc.

38 Altera vero pars suadetur ex ratione superius insinuata. Seclusa enim intentione mali eventus, atque habita justa, rationabili, et proportionata causa ponendi actionem secundum se et circumstantias indifferentem, et adeo inconnexam cum proximi peccato, tunc nulla urget obligatio de omittenda dictam actionem; quippe cum cesset obligatio propterea de malo alterius impediendo, sed nulla habita obligatione desistendi ab actione, ea certe licita est, et proinde effectus malus per accidens inde secutus non est voluntarius, et culpabilis; ergo etc.

Accedit, quod juxta dicta num. 25., licitum est ponere causam, quae sit actio licita, atque honesta, licet per se efficax effectus mali, cum abest intentio, et periculum proximum complacentiae, aut consensus in illum, et adest justum, et rationabile motivum eam causam ponendi; ergo et licitum erit etc. Quae doctrina omnino consonat, et cohaeret inconcusso Theologorum principio apud P. Viva in expositione Thesium damnatarum, asserentium, licitum nos cooperari materialiter alterius actioni, quam absque peccato exercere ne, quamvis praevideatur abusus, exhibendo, seu permittendo materiam, aut objectum, aut facultatem peccandi, dummodo tres adsint conditiones sequentes; quarum prima est, quod actio seu operatio nostra non ponatur ex intentione adjuvandi alium ad peccatum, et adeo cooperatio nostra non sit ad peccatum forte, seu ad peccatum, quia peccatum est: 2da, quod actio, seu operatio nostra non sit intrinsece mala, sed de se bona, aut saltem indifferens: 3tia, quod id non fiat absque rationabili, justa, et proportionata causa; et adeo tunc revera adsit impotentia saltem moralis impediendi peccatum proximi, seu quod cooperans non possit absque suo gravi incommodo, sub quo lex, seu praeceptum amplius non obligat, malum proximi impedire, prout totum asserimus in Consectario, ergo etc.

39 Caeterum ne abusus hujus doctrinae fiat, seu nos ne applicando ad casus, ad quos non debet extendi, in primis est advertendum, multiplicis esse generis causas, seu actiones indifferentes, quae nimirum bono, aut malo usui deservire possunt. Et primo aliae sunt, quae ex hominum abusu regulariter ad malum usum determinantur, ut est emptio venenorum. 2do aliae sunt, quae non plerumque, sed quandoque tantum ad malum usum determinari solent, ut est praeparatio, et venditio carnium tempore jejunii, et Quadragesimae: 3tio aliae sunt, quae pene semper ad bonum usum determinantur, ut est armi malium, v. g. Agni venditio, et emptio. Tandem aliae sunt quae proxime, et aliae sunt quae remote tantum deserviunt malo usui: exemplum primi est in subministratione vini homini jam incipienti se inebriare, secundi est in eadem vini subministratione homini ...

Quae causarum distinctio diligenter notanda est, quia, ut diximus, non eadem gravitas incommodi pro omnibus sufficit, ut in eis liceat cooperari actionibus.

40. Secundo adnotare oportet, quod in casibus particularibus decidendis antequam judicium proferatur, expendenda est qualitas operis, seu actionis, in qua cooperatio in peccato alieno contingit, inspiciendum scilicet est et attente examinandum, an ea actio sit in se, vel saltem attentis circumstantiis omnibus intrinsece mala, an vero sit bona, aut saltem indifferens? si enim actio mala in se erit, nullum incommodum, quantumvis gravissimum reddet tunc licitam cooperationem: et ea propter si dubium de hoc contingat, diligens examen praemittendum erit recurrendo ad sensum doctorum, et peritorum de tali materia ex professo tractantium, nec eligendo nisi eam partem quam tum ratione tum auctoritate plane confirmatam esse datum fuerit agnoscere. Ubi et cavendum erit, ne de facili fiat transitus de uno ad alium casum, et praesertim ne cooperationes proximae aut quasi proximae cum remotis aut quasi remotis confundantur: Ad quod multum juvabit prae oculis habere propositionem 51. inter proscriptas ab Innocentio XI. die 2. Martij 1679, quae ita sonat = Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, et multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a Domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur = Ita damnata propositio quam diligenter advertas.

41. Tertio etiam adnotare oportet, quod idem, aut aequale grave incommodum, quod excusat a mali cooperatione ad peccatum proximi in uno, vel altero casu, in una vel altera materia videlicet contra temperantiam, non excusat ab eadem cooperatione in alijs casibus, aut materijs, v.g. contra justitiam, et Religionem. Non enim omnia praecepta aequaliter urgent eorum observantiam, ut patet ex dictis de obligatione legum in tractatu de legibus. Quare in praesenti casu necessarium erit sub oculis habere sequentes regulas quas [illegible] communi Theologorum tradit supracitatus P. Viva in expositione citatae propositionis ab Innocentio XI. damnatae. Prima est: Quo peccatum proximi est gravius, eo major causa requiritur, ut licite possis illi materialiter cooperari. Hoc enim exigit ipsum charitatis praeceptum, quo unusquisque tenetur [illegible] de proximo [illegible]. 2da est: Si peccatum sit contra justitiam, gravior etiam causa requiritur, quam si sit contra alias virtutes. Ratio autem est, quia tunc non solum laeditur ipsa charitas, sed etiam jus alterius, quod strictius urget. 3tia est: Gravior causa requiritur, si cooperatio sit propinquior peccato, quam si sit remotior. Quod vel constat ex eo, quod causa, quae excusat v.g. a locanda domo meretrici, non excusat, ut [illegible] venienti ad peccandum [illegible]

cultum aeternum Dei. 4to. Major etiam causa postulatur, quanto te non cooperante, de facili non esset alius cooperaturus, quam si possint alii reperiri. Sic facilius excusantur caupones, et qui vendunt aleas, fucos, et alia hujusmodi, quibus plurimi abutuntur, quam qui venenum vendunt, quod de facili venale non reperitur. 5to. tandem: Major causa requiritur, si minus juris habeas ad aliquam operationem, quam si majus jus habeas. Hac enim ratione ea causa, quae te excusaret a petendo sacramento tibi necessario, v.g. baptismum, aut poenitentiam, non te excusaret a petendo sacramento non absolute necessario, v.g. confirmationem a ministro illud indigne collaturo. Hoc P. Viva, cujus doctrina clarior a nonnullis redditur exemplis, quae hic praetermittere placet, ut ea alibi dabimus, et praesertim ubi de scandalo tractabimus.

Articulus tertius.

De tempore imputabilitatis effectus mali voluntarij in causa.

42 Quod hic in discrimen a Theologis vocatur, est, an effectus mali praevisi, et voluntarij in causa ad culpam imputentur nedum pro eo tempore, quo illorum causa voluntarie, et cum praevisione, et absque rationabili motivo ponitur, sed etiam eo tempore, quo de facto, et realiter contingunt? Petrus v.g. graviter vulneravit Paulum, aut voluntarie se inebriavit praevidens se Paulum occisurum; quaeritur, an mors Pauli imputanda nedum sit Petro, cum illum graviter vulneravit, aut voluntarie se inebriavit, sed etiam cum occisus est, et mors Pauli contingit? Qua in difficultate primo tenendum est ita ponenti causam imputari effectum nedum, cum causam ponit, sed etiam cum effectus sequitur, si tunc cum effectus sequitur, sit in potestate ejus impedire effectum, v.g. in casu proposito, nec tamen impedit, aut impedire conatur. Tunc enim nedum cum causa ponitur, sed etiam cum effectus contingit, adest libertas et voluntarium ad contrahendam iterum malitiam; et proinde tunc merito dicatur tale peccatum continuatum. Secundo, teste Salas Tract. 2. de peccatis, Disp. 1. Sect. 3. num. 4. certum est, retractata per poenitentiam priori mala voluntate, effectum realiter secutum ex causa prius libere posita non esse imputabilem ad culpam eo tempore, quo contingit. Siquidem eo in casu causa illa apposita amplius moraliter in effectum non influit quia tamquam pro merito revocata non existit, ut ex suppositione. 3tio, teste eodem Salas, omnes ferme doctores concedunt, effectum in causa voluntarium tantum contingentem eo tempore, quo amplius vitari non potest, nullam addere gravitatem, vel novam malitiam causae prius appositae. Nam cum nullam habeat novam libertatem, quae jam est bonitatis, et malitiae principium, nullam addere potest malitiam. Quarto, teste eodem Salas, Doctores omnes conveniunt, saltem non retractata per veram, et sinceram poenitentiam priori mala voluntate, effectum secutum ex causa voluntaria posita imputari quoad poenas juris, et quoad obligationem restitutionis tempore illo secuto. [illegible]

quiā pœnæ illæ non tām propter effectum voluntatis pravæ, quām propter effectum ex prava voluntate ortum imponuntur. Quoad damna autem inde secuta rāo est, quiā voluntariè ponens illam causā reverā fuit injusta causa moralis talis damni.

Dixi autem: saltem non retractata per veram,
43 et sinceram pœnitentiam priori mala voluntate. Nonnulli enim magni nominis Theologi, quibus et ipse Salas loco citato consentire videtur, docent, pœnas spirituales ecclesiasticas, V.g. excommunicationis, suspensionis, interdicti, aut irregularitatis ex delicto non incurri ab eo, qui causam quidem voluntariè posuit; sed antequam effectus sequatur, sincerè doluit, et pœnituit, et dictæ pœnæ delatæ sunt effectu tantum secuto. Quod primò probant ex eo, quod tales pœnæ tantum propter delictum infliguntur, tunc autem cum effectus sequitur, nullum ampliùs est delictum, utpote pœnitentia deletum: 2do quiā ecclesia suis pœnis tantum contumaces punire solet; in casu autem taliter pœnitens cum effectus extitit, contumax non est: 3tiò quiā ecclesia verè pœnitentes statim à suis pœnis absolvit: et adeò prudenter præsumitur neque eas ferre velle sincerè pœnitentibus; ergo &c. Verùm hæc fortè vera non sunt neque etiam pro foro interno, et à fortiori pro foro externo, cum ecclesia talibus pœnis soleat etiam legum transgressores punire non solùm propter contumaciam in suas leges, sed etiam propter publicum scandalum tollendum, atque ad frequentiam transgressionum impediendam. Quod patet exemplo aliarum pœnarum V.g. carceris, triremium, et etiam mortis.

Quamquam tamen admittere non audeam modo
44 insinuatam limitationem; audeo tamen dicere cum utroque Sanchez, Suarez, Vasquez, et alijs, prædictas pœnas non contrahi propter quosdam pravos affectus tantum voluntarios in causa, qui dein sequuntur, non retinent suam objectivam, et solam deformitatem, ob quam tantùm tales pœnæ infliguntur; cujusmodi sunt illi actus, qui ex naturâ, et conditione sua requirunt actualem libertatem, et rationis usum, ut sunt Hæresis, Blasphemia, Infidelitas, perjurium, contumelia Dei. Nam etsi verba hæreticalia, blasphema, contumeliosa Dei in ebrietate prolata; et prævisa habeant rationem moralis infractionis, et inobservantiæ Deo factæ, et adeò voluntas illa causandi sit mala, et peccaminosa; attamen non sunt propriè hæresis, blasphemia Dei; et eâ propter si censura V.g. excommunicationis lata sit in formaliter hæreticum, blasphemantem Deum, tunc ab ebrio dicta verba proferente non incurratur, cum leges pœnales sint strictè interpretandæ, juxta dicta in Tractatu de legibus.

Atque ex his constat, propositam
45 ab initio difficultatem ad hoc punctum devolvi; an nempe effectus malus prævisus, et voluntarius in causa, quæ jam tolli non potest, imputari debeat ad culpam noviter, cum ponitur causa, et toto eo tempore quo impediri potest, ne sequatur (quod omnes concedunt) sed etiam eo tempore, quo ampliùs impediri nequit, ne sequatur, præsertim ubi causa antecedenter posita non fuit per veram pœnitentiam retractata. Et hoc est [illegible] lis est apud [illegible]

75 Propositio. Effectus malus praevisus, et voluntarius in causa, quae licite poni non potuit, non est proprie, et in se peccatum, nempe tolle eo etiam tempore, quo non est in hominis potestate illum impedire, aut usu rationis caret, etiamsi causa per veram, et sinceram poenitentiam non fuerit retractata. Ita mihi probabilior sententia cum Bonacina de peccatis, disp. 2. q. 4. Pun. 4. propositione 3. num. 8, cum Vasquez, Covarruvia, Sayro, Azorio apud Salonem loco citato, et alijs quamplurimis, quibus consentit P. Antoine de Peccatis. Cap. 3. in fine.

Prob. Ut quis hic, et nunc peccat, hic et nunc debet posse velle, et non velle, ponere, et non ponere actum culpabilem, et malitiosum; quinimo necessario requiritur, quod hic, et nunc aliquo saltem confuso modo advertat ad malitiam actus, uno verbo requiritur vera actualis praesens moralis libertas. Hoc enim praeterquamquod satis colligatur ex propositione 1. inter damnatos ab Alexandro VIII. die 7. Xbris 1690, nempe haec: In statu naturae lapsae ad peccatum formale, et demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua peccato originali, et libertate Adami peccantis: clare traditur a S. Augustino, et D. Thoma. Primus siquidem Lib. 3. de Lib. Arbit. Cap. 18. docet, neminem peccare in eo, quod nullo modo caveri potest, inquiens: Quis peccat in eo, quod nullo modo caveri potest? Et Con. [illegible] Peccatum, quod proprie vocatur peccatum, libera voluntate, et a sciente committitur. Has Augustini, D. Thomas autem explicans naturam voluntarij ad peccatum incurrendum 1. 2. q. 6. A. 1. in C. ait: Voluntarium dicitur esse secundum definitionem Aristotelis, et Gregorij Nysseni, et Damasceni, non solum cujus principium est intra, sed cum additione scientiae: et 2. 2. Q. 89 A. 3. inquit: Ille, qui ex lapsu linguae [illegible] jurat, siquidem advertat se jurare, et falsum esse, quod jurat, non excusatur a mortali, sicut nec a Dei contemptu; si autem hoc non advertat, non videtur habere intentionem jurandi, et ideo a crimine perjurij excusatur. Ex quibus ita subsumo: Atqui in casu nostrae propositionis, cum effectus contingit, in eo, qui causam posuit, non est vera actualis praesens moralis libertas; siquidem, vel supponitur simpliciter non posse impedire effectum, vel carere usu rationis, jam ad [illegible] necessario [illegible].

Atque huic argumento satisfit, si cum oppositae sententiae Patronis dicas, verum quidem esse, quod ad peccatum in se, et ratione sui voluntarium requiratur quidem actualis praesens moralis libertas; secus vero ad peccatum ratione alterius, nempe in causa voluntarium; cum ad hoc sufficiat libertatem, quae actu fuit moraliter, et in virtute perseverare, sicut ad validum conferendum, et quodcunque aliud sacramentum administrandum, aut divino officio satisfaciendum sufficiat virtualis intentio. Cujus ratio est quia moralis causa potest actu censeri etiam cum actu non existit, dummodo in virtute perseveret. [illegible]

argumento, ita respondeo. Falsum enim est assumptum, nec urget, immo potius fatetur paritas petita ab intentione virtuali in sacramentorum administratione, et divini officii recitatione sufficienti. Nam sub intentione virtuali in primis manet voluntas a potentia ad oppositum; et præterea cum intentio virtualiter durare dicatur, quatenus jam revera extitit, et qui semel finem voluit, insistit medijs ad finem ordinatis, et quidem hoc modo, reipsa operans vi talis intentionis aliquo saltem confuso modo advertit, vel saltem est in tali statu, ut actu advertere possit ad finem: Neutrum autem contingit in casu nostræ propositionis. Hinc ad rationem respondeo, fateor, causam moralem, quæ causat per virtutem intentionalem, uti est causa meritoria, posse quidem causare, cum actu physice non existit, quia ad hoc ut moveat donatorem v.g. ad dandum præmium, sufficit, quod extiterit, vel etiam sit futura; nego tamen, id verum esse loquendo de illa causa morali, quæ causat informando potentiam, et sic determinando ad influendum in effectum, ut accidit in casu nostro.

48\. Præterquamquod datum responsum non bene cohæret cum supra relata propositione ab Alexandro VIII. absolute damnata absque ulla limitatione. In ea enim indiscriminatim damnantur asserentes ad peccatum formale, et demeritum sufficere libertatem in sua causa; quod non est intelligendum tantummodo in causa, quæ fuit originale peccatum, et libertas Adami peccantis. Nam sicut Adamo citra novum libertatis exercitium nulla actio deinde imputanda fuisset ad culpam, etsi potuerit prævidere, et forte prævidit, quod comedendo pomum in alio peccata perpetraturus fuisset; ita neque ponenti causam moralem effectus mali effectus est imputandus absque libertatis exercitio, dum sequitur; eo ergo tempore, quo effectus malus amplius impediri non potest, et in quo non consentit voluntas, aut non habetur usus rationis, non potest ad formalem culpam imputari. Quod a paritate meriti etiam ostenditur. Quis enim dicat hominem in somno, vel extra statum usus rationis aliquid theologice posse mereri? ergo neque demereri poterit. Nam sicuti ad meritum, ita et ad demeritum necessaria est libertas.

49\. Opponens. Ad peccatum formale contrahendum non sufficit voluntarium indirectum, seu in causa, ut constat ex supradictis; sed effectus malus in sensu propositionis [illegible] contingit, sive defectu potentiæ, sive usus rationis impediti, neque etiam est indirecte, seu in sua causa voluntarius, [illegible] [illegible] contineri probo. Si effectus in sua causa [illegible] [illegible] cum sequitur, [illegible] non deberet, qui se [illegible] [illegible] omissionis [illegible] officij, aut sacri præcepti omissionis [illegible], [illegible] non peccaret, cum [in officiato ex] officium divinum, aut sacrum omittit, aut præ[illegible] [illegible], [illegible] non est dicendum, et [illegible] [illegible] accusatur [illegible] [illegible] [illegible] 2. 2. 9. 7. 1 2 3 et [illegible] negantis peccatum omissionis v.g. matutini [illegible].

[illegible] quando [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Inde dicendum est, quod [illegible] incipit [illegible] ad culpam, quando [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] causam [illegible] [illegible] omissio sequens [illegible] [illegible]. Et [illegible] 2 [illegible] 152 [illegible] 3 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible], [illegible] quam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ergo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] peccat. 2do quia si [illegible] tempore, quo matutinas horas recitare debere, et [illegible], horasque recitare, item et tempore ebrietatis [illegible] non cognosceret, [illegible] [illegible] [illegible] horas omittere aut [illegible] perdidisse; ergo &c. Confirmatur 2do. Qui volunta[illegible] se inebriat, [illegible] [illegible] homicidii secuturi in ebrietate [illegible] homicida antequam mors sequatur, quia [illegible] [illegible] ante mortem [illegible] est [illegible]; quod falsum est, ergo [illegible] homicidii, [illegible] mors in ebrietate sequitur, ergo in ebrietate peccat, [illegible] idem homicidium per se est [illegible]; ergo &c. Confirmatur 3tio. Utrumque forum, ecclesiasticum [illegible], et civile punit effectus malos in ebrietate secutos; [illegible] [illegible] Ecclesia [illegible] [illegible] excommunicationis [illegible] [illegible] [illegible] nisi effectu secuto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; ergo &c. Confirmatur [illegible] [illegible] nisi [illegible] [illegible] [illegible]; ergo &c. [illegible] [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] [illegible] lib. 5. [illegible] [illegible] [illegible] num. 34. si effectus mali in ebrietate, aut somno secuti [illegible] non [illegible], et in se peccata necesse non est, tales [illegible] in confessione [illegible], sed sufficere dicere se [illegible] causam talium effectuum, [illegible] in primis est [illegible] causam [illegible] [illegible], et [illegible] Alexandri VII. [illegible] 7 [illegible] 1555 [illegible] [illegible] propositionem [illegible] 25. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cum soluta [illegible] peccatum contra castitatem, [illegible] explicando copulam; ergo &c. Et [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] a sua causa, [illegible] effectus mali [illegible] [illegible] [illegible] ab interno dependet; ergo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] peccatum, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dependentur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; ergo &c.

Respondeo [illegible] [illegible] peccatum [illegible] [illegible]

56 [illegible] tempore, quo [illegible] [illegible] causa, aut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] usum rationis, ac [illegible] in [illegible] voluntarium [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] peccatum [illegible] [illegible] pro tempore quo [illegible] non [illegible] [illegible], aut causam ponens [illegible] rationis non [illegible] nego [illegible], et omissa minori [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omissa majori nego [illegible], ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quaeritur [illegible] [illegible] [illegible] et omissionem in sensu morali, et Theologico peccaminosam, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] et Philosophice pec[illegible]

commissam. Actio et omissio in genere morali peccaminosa est, ipsum scilicet peccatum commissionis, et omissionis, seu ipsa scilicet, seu cognita et libera voluntatis legis transgressio. Actio autem, et omissio in genere vulgari, et physico peccaminosa est ipsum materiale, [illegible] quod in modo vulgari loquendi dicimus etiam peccatum, seu est ipsa actio aut omissio physica peccati. Juxta [illegible] 2. 2. q. 79 citata docet, peccatum omissionis incipere imputari [illegible] quando fuit tempus operandi, non loquitur de omissione peccaminosa in genere morali, et theologico, sed tantum in genere physico, seu, et vulgari, quatenus tunc [illegible] actio praecepta adimpleretur, quae scilicet ante [illegible] fieri debebat, ut praeceptum adimpleretur, quae scienter [illegible] est. Voluntarie se inebriantem cum praevisione omissionis horarum matutinarum theologice non peccare in [illegible] gem praecipientem devotam, et attentam recitationem horarum, qui voluit se libere inebriare. Quod certe nunquam docuit S. Doctor. Atque ex his patet, neque urgere aliud exemplum ex eodem Doctore desumptum de virginitate, quam solum in alteram [illegible] mulierem cognoscentes perdere verum est, si in [illegible] sensu physico, et vulgari loquamur; secus vero in genere morali et theologico, ubi tunc amittit cum libere se inebriat [illegible] praevisione talis mali effectus. Ex quo et patet ad secundam [illegible] tis minoris probationem, eo nempe in casu dici non [illegible] physice horas omisisse, aut virginitatem [illegible], seu [illegible] moraliter, cum revera peccaverit contra legem praecipientem [illegible] horas [illegible], et mulierem extra matrimonium non [illegible] [illegible].

Ad 2dum confirmationem eadem valet responsio. Verum siquidem est, se inebriantem libere, et cum praevisione homicidii secuturi non posse dici physice homicidam, cum homicidium in sensu physico spectatum importat, et dicat actionem [illegible] mortis ex parte agentis, et mortem ex parte patientis. Falsum autem est non posse dici moraliter et theologice homicidam, cum ad hoc sufficiat, vel [illegible] voluntarie dederit causam actioni causativae mortis, vel quod periculo proxime talem causam ponendi se exposuerit. Neque obstat, quod addebatur de irregularitate [illegible] [illegible] [illegible] in suis capitis [illegible] noluit irregularitatem [illegible] nisi post mortem secutam, non [illegible] [illegible] [illegible] peccati, etiam pro casu quo [illegible] [illegible] 5 [illegible] [illegible] secutam voluit requiri tanquam conditionem [illegible] requisitam ad talem poenam, qua solum possit peccatum [illegible] voluit puniri. Atque ex his

[illegible] etiam [illegible], [illegible] et utroque [illegible] [illegible] etiam [illegible] poena puniri, et quidem juxta [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] secutos. Tamen hoc non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] debeant pro eo tam [illegible] ex eo quod de malitia [illegible] [illegible] quo nequeunt amplius imputari, atque voluntas [illegible] [illegible] non tollitur. Sed eo quia voluntarie se inebriare [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ebrietatis nempe, et Homicidii; et ideo non propter peccatum majoris, nempe inebriatione ipsa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible], contra [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] commissi [illegible] nuntur hujusmodi nostri [illegible], nisi se [illegible] affectui non contrahuntur, ut dixi, quia [illegible] [illegible] [illegible] alligare voluerit ad [illegible] actum [illegible]; ac sane modo suo ille, qui causam posuit voluntarie, ex qua damnum proximum sequitur, restituere non tenetur, nisi postquam [illegible] damnum est secutum, nec interim nullo modo, posse [illegible] [illegible] [illegible] damnum sequitur, ac quia [illegible] causam sincere [illegible] [illegible]. Ad ultimam confirmationem cum satis notabili sententia, quam nonnulli magni nominis Theologi apud [illegible] [illegible], nempe Vasquez, Salas, Granados, Hugo, Bonacina, et alii [illegible] [illegible] Dorantes [illegible] se loquendo non esse obligationem confitendi hujusmodi malos affectus, licet per accidens quandoque [illegible] debeant, cum satis probabili sententia, inquam, respondere [illegible], concessa majori negando minorem, sicuti et negando [illegible] esse contra [illegible] confessariorum, et fidelium poenitentium, aut coincidere cum propositione 25 inter damnatas ab Alexandro VII. Nam, ut [illegible] advertit ex [illegible] P. Dominicus Viva in expositione [illegible] propositionis [illegible] [illegible] inter actum externum [illegible], ut in casu damnatae propositionis est copula cum [illegible], et inter affectum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aut usus rationis [illegible]. Actus siquidem externus est [illegible], et absolute liber, quamvis [illegible] [illegible] cum et actu interno libero, et ideo est formaliter peccatum, ac proinde in confessione explicandus; contra affectus [illegible] in casu nostro, licet olim fuerit liber in sua causa [illegible] [illegible] posita fuit causa [illegible], et nunc [illegible] talem [illegible], hic et nunc [illegible] non est actu liber, ac proinde nec in se [illegible], ideoque nec in confessione explicandus, et quia [illegible] [illegible] ad rationem ultimo loco relatam. Etenim quidquid sit de relata sententia, et [illegible] [illegible] in confessione tales affectus mali aperiendi [illegible], [illegible] nihil sequitur contra nostram sententiam. [illegible] [illegible] [illegible] vel ex eo, quod aliter sufficienter [illegible] non intelligeretur gravitas peccati commissi in [illegible] causa, quando [illegible] fuit [illegible], cui operam [illegible], vel ex eo, quod a confessario aliter non [illegible] [illegible] obligationes a poenitente contractae [illegible] restitutionis, excommunicationis irregularitatis &c.; non autem [illegible] [illegible] [illegible] in se [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] nequeunt, vel usus rationis non habetur. Haec de voluntario indirecto, nunc

Articulus Quartus

De Voluntario Actuali, virtuali, et habituali, nec non Expresso, Tacito, seu interpretativo.

Cum de actibus nostris propriis loquendo non raro, imo saepe saepius contingat, ut vel quin advertamus, aliqua faciamus, vel [illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible] instituamus, [illegible] [illegible] intentionis expressa et actu interdum [illegible] opus aliquod, [illegible] [illegible] vel media ponimus, finis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Lib. [illegible] nota 2 num. 144

ut nos videntes aliquid aliquid facientes taceamus, ac veluti indifferentes nos habeamus, hinc primò quaerendum est an ad actionem bonam sufficiat voluntarium virtuale, et habituale? 2° an etiam taciturnitas, et silentium satis sit ad nostrum consensum alienis actionibus juxta regulam 43. juris in 6: *Qui tacet, consentire videtur*? Quare sit

§. 1. Primi Dubij Solutio.

§. 1. Propositio. Quamvis ad bonitatem, aut malitiam, seu moralitatem actionum nostrarum intentione actuali inchoatarum sufficiat voluntarium virtuale, seu virtualis intentio; non sufficit tamen voluntarium habituale à virtuali distinctum, seu intentio habitualis. Ita cum communissima sententia.

Probatur prima pars. Voluntarium actuale, seu actualis intentio non est necessaria ad moralitatem nostrarum actionum; ergo sufficit voluntarium virtuale, seu virtualis intentio in sensu propositionis. Probatur antecedens. Illud voluntarium, seu ea intentio non est necessaria ad nostrarum actionum moralitatem, quae supra hominis moralis vires morales est, quae si necessaria esset, amplos, et patens via unicuique aperiretur innumeris dubijs, scrupulis, anxietatibus, et perturbationibus, contra illud Christi Matth. 11. *jugum meum suave est, et onus meum leve*: Atqui si ad nostrarum actionum moralitatem necessarium esset voluntarium actuale, seu actualis intentio, necessarium esset voluntarium, seu intentio, quae est supra morales vires hominis hominis, cujus necessitate posita amplos, et patens via unicuique aperiretur innumeris dubijs, scrupulis &c. siquidem mens nostra ita imbecillis est, et ita innumeris distractionibus obnoxia, ut non rarò contingat, ut quando plus studemus, et conamur attendere ad ea, quae agimus, eò magis contra propositum distrahamur: Quinimò, ut unusquisque in seipso experitur, vix est actio, quam peragendo mentis divagationes non patiamur, et adeò continuò dubitare deberemus, an huic, vel illi legi, sive praecepto suo debito satisfecerimus? an valide et recte sacramentum fuerit confectum &c. quod nedum est contra unanimem [illegible] sensum, sed et ipsius Ecclesiae mentem tanquam certum censentis validam sacramentorum administrationem cum sola intentione virtuali in sensu propositionis; ergo &c. Cujus ratio à priori est quia intentio virtualis est sufficiens causa actionis, qualis ponitur attenta, et devota auditio missae, confectio sacramenti &c. Ea enim est virtus prioris intentionis actionem imperans, et dirigens executionem ejusdem objecti ergo &c.

Altera propositionis pars probatur hoc pacto. Actiones nostrae ex voluntario tantum habituali, seu ex intentione tantum habituali factae neque laude, neque vituperio sunt dignae; quia saltem homo primum sui compos, deinde ratione destitutus, primum vigilans, deinde dormiens, etiam post longum tempus absque ulla advertentia, et deliberatione rationis; sed tantum ratione habitus acquisiti operans tunc laude aut vituperio dignus est, quod tamen nulla sufficiens ratio [illegible]; ergo &c. Atque ratio est, quia actio ex tali intentione facta non procedit ex actu cum advertentia et deliberatione facto, et adeò libera dici nequit &c.

52 Urges contra 2dam partem. Æger, qui patiens absolvi, et deinde ratione privatur, si absolvatur, recipit gratiam: item christianus qui cum concilio martyrij indormijt, si etiam, cum dormit, in odium fidei occidatur, martyrij coronam meretur: quinimò si Petrus quepiam inimicum ad occidendum etiamsi intentum ad longum tempus dormiat, vel cum amico confabulatur, ac deinde nulla renovata intentione, ac veluti ex improviso occidat inimicum verè reus homicidij est; atqui tunc, seu ijs in casibus nonnisi intentio habitualis habetur; ergo sufficit intentio habitualis &c. ... Confirmatur. Si sacerdos hodie promittat Paulo se crastina [illegible] pro eo sacrificium applicaturum, licet interim sacerdos et dormiat, et ad plura distrahatur, nullamque faciat die crastino sui sacrificij applicationem, atque sacrum faciat omnino immemor suæ obligationis; tamen fructum talis sacrificij percipit Paulus: Item et validum est matrimonium per Procuratorem contractum, quamvis Principalis tunc dormiat, aut ad alia sit distractus; atqui cum in dictis casibus nonnisi habitualis intentio habeatur, et licet agatur de valore actus, ad quem aliquid plus requiritur, quam ad moralitatem; attamen actus sunt validi, sufficit intentio habitualis &c.

53 Respondeo ex relatis exemplis nihil non argui contra nostram propositionem. Et quod attinet ad primum de ægro, illud non est ad rem. Hic enim non vi actionis propriæ, sed vi sacramenti à ministro ritè confecti, ad quod jam erat dispositus, justificatur, et adeò se habet veluti subjectum patiens. Nos autem in præsenti loquimur de moralitate actionis propriæ, et respectu subjecti agentis, ut patet; in quo lata est disparitas. Quod ad [illegible] de martyrio, Deo martyrium in casu non meretur coronam. Ideo dum in somno occiditur in odium fidei, sed propter [illegible] monendi, quod habuit antiqua formula, ut [illegible] ex [illegible] in præcedenti Articulo; quamvis interim sentiendum sit, Ecclesiam aliquem in numero Martyrum non ponere, nisi [illegible] sit causa de se [illegible], eamque martyrium sustinuerit, vel mors de facto sequatur; sicut [illegible] non [illegible] irregularitate puniri [illegible], nisi mors ipsa contingat. Ad 3tium verò etiam conformiter dictis in præcedenti Articulo dicendum est, quod si vel post somnum, aut longam confabulationem nulla re [illegible] intentio, [illegible], et [illegible] intervenient, tunc verè non [illegible] reus homicidij, sicut non [illegible] ab ebrio tunc cum in ebrietate occidit [illegible] in circumstantiis [illegible].

Ad confirmationem omisso antecedente, quod a nonnullis negatur, nego consequentiam; et quoad applicationem sacrificij [illegible] applicatio sacrificij est [illegible] intentionis [illegible], [illegible] in [illegible], [illegible] legitimè [illegible], cum [illegible] quamvis non accedat nova donatio, tum ex eo, quod Deus [illegible] tunc constituitur veluti executor, et acceptat missam in talem finem, et [illegible] missa, et [illegible] renovat [illegible], contra verò intentio [illegible] actum moralem constituendum est illius actus [illegible], et [illegible] hoc [illegible] modo [illegible]
[illegible]

habituali conficiam non sit ... Quod matrimonium vero per Procuratorem contractum dico, tale exemplum ad rem non esse. Cum enim matrimonium sit verus contractus, et eiusdem generis illorum actuum sit, qui non solum per se, sed etiam per alios fieri possunt, exemplum enim non est ad rem, cum nos loquamur in praesenti de iis actionibus, quas per semetipsum tantum quis facere sit. Ceterum et in casu matrimonii per Procuratorem contracti dici sit adesse intentionem saltem virtualem mandantis in sensu morali. Nam intentio mandatarii, tanquam animati instrumenti est moraliter intentio mandantis, atqui in casu illo intentio saltem virtualis mandatarii existit; ergo &c. Atque ex his sit

§. 2. Secundi Dubij solutio.

54 Propositio. Sola scientis, neque ullo modo contradicentis taciturnitas, et silentium non est per se, et ex se signum sufficiens consensus in alterius actionem, aut omissionem; atque adeo regula 43 juris in 6 Qui tacet, consentire videtur. non est universim vera. Quae veritas in primis desumitur ex regula proxima juris 44 Is, qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur. Nam, si ut innuitur in hac regula, inter affirmationem, et negationem, seu consensum, et dissensum taciturnitas, et silentium est medium, seu medium tenet, certe de se neque cum assensu, neque cum dissensu est connexum, sed de se, et ex se indifferens, ergo &c. Quod et ipsa naturalis ratio ostendit. Taciturnitas enim, seu silentium secundum se praecise spectatum ad id institutum non est, ut significet consensum, vel dissensum, aut e contra; ergo &c. Et sane si silentium, et taciturnitas de se indicaret assensum, jam in casu, quo quis extra judicium et non servato juris ordine interrogaretur, an hunc, vel illum perpetrarit: an hoc, vel illud abstulerit aut hoc, vel illud malum fecerit? si taceret, dicendum foret, tunc confiteri se talia crimina commisisse; atque adeo nulli superesset via ad sua negotia occultanda, sicque nimis misera foret hominum conditio, cum ergo haec dici non possint, dicendum est, quod sola scientis, neque ullo modo contradicentis &c. Quare ad dignoscendum, quandonam taciturnitas, et silentium consensum, aut dissensum innuant omnes circumstantias, et adjuncta erit ponderandum. Quae, ne in re, vel obscura sint regulae sequentes.

55 Regula prima. Sciens tacens, neque cum sit, contradicens consentire videtur, ubi agitur de re, quae in ejus commodum, et favorem cedit. Ita omnes, terme Doctores. Et ratio est, quia in dubio merito praesumitur id, ad quod naturalis affectio, et propensio nos ducit, ad ea autem, quae in nostrum commodum, et favorem cadunt, e natura ipsa ferimur: siquidem, ut inquit Cicero Lib. 3. de Offic., Omnes expetimus utilitatem, et ad eam rapimur; ergo &c. Et sane quis tam hebes corpore datat, ut commoda, grata, amica, utilia &c renuat, si offerantur, donentur, legentur &c.? Dicendum ergo est, quod si quis tibi praesenti aliquid tibi donatum absque ullo onere promittat, censeris acceptare, ut sat colligitur ex Leg. Si remunerandi, §. Si passus, ff. Mandati, ubi dicitur, quod si aliquis pro te praesente, nec contradicente fidejubeat, censeris mandare, et ratum habere.

Dixi autem: scienter tacens. Si enim tacens non intelligit, vel prorsus ignorat id, quod agitur, tunc nullo modo consentire præsumi pōt. Voluntas enim in incognitum ferri non pōt. Unde in leg. Si per errorem, ff. de jurisdic. Omnium judicum, dicitur: Cum non consentiant, qui errant: quid enim tām contrarium consensui, quām error, qui imperitiam detegit.

56 Regula secunda. Quamvis ubi agitur de re, quæ in incommodum, et gravamen tacentis redundat, scienter tacens, neque contradicens plerumque consentire non videatur; attn̄ consentire censendus est, quando contradicendo, vel expressē dissentiendo facilē pōt, et præsertim debet impedire id, de quo agitur, et in contrarium nulla conjectura appareat. Prima regulæ pars constare debet tūm ex superiori propoē, tūm ex ratione contraria relata in anti regula, quiā nempe natō ipsa refugit ab ijs, quæ sibi sunt incommoda, et molesta. Secunda verō pars ex varijs juris textibus suaderi pōt. Et pmō quidem ex Capit. Si servus sciente, Dist. 54., in quo decernitur, quōd si servus sciente, et non contradicente Domino suo, in clero fuerit ordinatus, ex hoc ipso liber, et ingenuus erit: 2dō ex leg. Soluto matrimonio, §. Voluntate ff. Soluto matrimonio, ubi statuitur, quōd si filia sciens, Patrem sibi certam dotem constituere, taceat, et non contradicat, consentire videatur, etsi dos forsan sit incompetens, sicq. ei præjudicata, nisi evidenter contradicat. Cui legi et consonat Capit. Unicum de Desponsat. impuberum, in quo de sponsalibus filiorum tūm puberum, quām impuberum Bonifacius VIII. ita loquitur: Porrō ex sponsalibus, quæ parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus plerumque contrahunt, ipsi filii si expressē consenserint, vel tacitē, ut si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligantur: et ex ōis oritur justitia publicæ honestatis.

Tertiō ex Capit. Continebatur, de ijs, quæ fiunt ā Prælatis, in quo Alexander III. decernit, alienationem rei ecclesiæ, ad quam de jure requiritur consensus capituli, valere, si tantum sciente, et non contradicente Capitulo, facta est: Quartō ex Capit. Si post præstitum, de confessis, ubi Innocentius IV. dicit, reum ā judice legitimē interrogatum, et justum ad ea, quæ objiciuntur, respondere, si taceat, præsumendum eā fateri. Quintō ex Capit. Error, et Capit. Consentire, Dist. 83., in quibus decernitur, Principem, vel Prælatum, vel quemlibet alium superiorem, scientem, et potentem absquē scandalo, alteriusve mali periculo erroribus resistere, tacendo, et non contradicendo jure præsumi talibus delictis consentire. Hinc in Capit. Nemo quippe, eadem Dist. 83. de Episcopo dicitur: Episcopus itaque, qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quām Episcopus. Quod idem dic de taciturnitate, et silentio illius, qui sedens in Concilio, Capitulo etc. facilē potens non reclamat contra iniquā constitutionem, electionem etc. ubi utilitas pōt, ut Abbas, et alii docent in Capit. pmō de his, quæ fiunt ā majori parte Capit. Et ex Capit. Nonnulli, de Rescriptis, ubi decernitur, ...

ex duobus sibi illatis, seu objectis unum fatetur, alterum tacitè negare videatur; aut è contra, qui unum negat, alterum fateri censeatur, si de altero taceat. Et ratio est, quia qui sit, et debet effectum aliquem impedire, et eo modo, quo sit, non impedit, facto suo ostendit, sibi de effectu illo complacere; ergo etc.

57 Haec autem, quae hactenus dicta sunt de consensu tacito, seu interpretativo, ita intelligenda sunt, ut tantum locum habeant de ijs actionibus loquendo, quorum valor non dependet ab actuali, absoluto, et expresso alterius consensu. Si enim sermo sit de ijs actibus, quorum valor dependet ab actuali, absoluta, et expressa alterius licentia, seu consensu, tunc tanquam certum tenendum est ex sola taciturnitate, et silentio alius consensum colligi non posse, ut vel de se patet. Consensus siquidem tacitus, seu interpretativus non sit dici absolutè consensus, sed potius consensus, qui esset, aliqua posita conditione, vel ad summum consensus praesumptus; non autem simpliciter actualis, ut vel constat pro casu, quo superior sacerdoti sibi petenti facultatem ad audiendas confessiones simpliciter taceret, nullumque signum approbationis daret. Quinam verò sint ij actus, ad quos requiritur actualis, et ad quos sufficit interpretativus consensus, suis in locis dicetur; interim tanquam certum tene ad eos actus requiri actualem consensum, ad quos validè exercendos requiritur jurisdictio à superiore danda; ad eos verò, ad quos licitè tantum exercendos requiritur alterius consensus, sufficere posse consensum tacitum. Hactenus de voluntario.

Caput Tertium.
De Involuntario.

58. Ad voluntarium duo necessariò requiri, scilicet et quod actus à voluntate, tanquam ejus principio intrinseco, et quod cum cognitione finis, seu objecti procedere debeat num. 10, et seqq. ostendimus, et praeterea quod ad voluntarium liberum necessariò requiratur, quod procedat à voluntate praedita libertatis indifferentia donata num. 11. et 12. pariter diximus. Ex quo cum voluntarium involuntario directè opponatur, constat, involuntarium esse, et dici id omne, quod vel non procedit à voluntate tanquam ejus principio intrinseco, vel etsi à voluntate procedat, procedit tamen absque cognitione finis, seu objecti, vel loquendo de involuntario prout opposito voluntario libero, procedit à principio absque morali indifferentia ad utrumque contradictionis extremum.

59 Involuntarium autem multiplex est, et primò dividitur in involuntarium privativè tale, et in involuntarium contrariè, seu positivè tale. Primum est, cum voluntas de facto non vult, neque intendit aliquid, quod tamen velle posset; ita tamen ut non adsit positiva, et efficax reluctantia; sic mors inimici dicitur involuntaria ei, qui invincibiliter errans in belluam sagittam jaculatur, et inimicum occidit, quem fortè etiam occidisset, si [illegible]

cognovisset. Involuntarium autem contrarie, seu positive tale est, quo aliquid nedum non est volitum, sed etiam est nolitum, et voluntati adversum, sic amici homicidium inadvertenter patratum est contrarie involuntarium, quia si eum cognovisset, id nunquam fecisset. Quare contrarie, seu positive involuntarium differt a privative tantum involuntario in eo, quod involuntarium contrarie tale nolitioni actus superaddit renisum, seu reluctantiam voluntatis saltem interpretativam, quam involuntarium privative tale non admittit.

60 Secundo celebris est divisio involuntarii contrarie, seu positive talis in involuntarium simpliciter, et in involuntarium secundum quid tale. Involuntarium simpliciter, seu absolute tale est, quod ita voluntati displicet, ut illud nullo modo, seu sub nullo aspectu velit, sed omnino respuat, ut est mors illata omni nisu se defendere conanti, motus concupiscentiae insurgentes contra voluntatem toto affectu renitentem &c. Involuntarium secundum quid tale illud est, quod licet sub aliquo aspectu voluntati displiceat, illudque nollet; eidem tamen sub alia consideratione magis placet; ac ideo ab ipsa acceptatur, et eligitur. Exemplum dari solet in projectione mercium in mare metu naufragii facta a mercatore, qui sane libenter eas non projiceret, immo libentius conservaret, si absque vitae periculo posset; atqui quia amor vitae conservandae praevalet, ideo eas, utpote medium vitae conservandae idoneum, projicere eligit, et de facto projicit in mare. Atque hoc genus involuntarii in rigore involuntarium dici non potest, quinimo a nonnullis dicitur simpliciter, et absolute voluntarium, cum voluntas illud efficaciter velit, et agat, melius tamen dicitur voluntarium mixtum cum involuntario, quia voluntas illud quidem vult, sed cum aliqua repugnantia.

61\. Praeterea missis nonnullis aliis divisionibus involuntarium dividi potest relate ad causas, ex quibus oritur, quarum aliae se tenent, et proveniunt ex defectu cognitionis ut sunt ignorantia, et concupiscentia; aliae vero se tenent et proveniunt ex defectu principii, ut sunt violentia, et metus; et ideo aliud est involuntarium ex ignorantia; aliud ex concupiscentia; aliud ex violentia, et aliud tandem ex metu: Atque de his in praesenti per distinctos articulos agendum est.

Articulus primus.

De involuntario violento, seu coacto.

62\. Violentum ab Aristotele lib. 3. Ethic. cap. 1, et post ipsum a D. Thoma 2a 2ae Q. 175 A. 1, et Q. 22 de Verit. A. 5 definitur: Violentum est id, cujus principium est extra, nihil conferente eo, qui cogitur: et a D. Damasceno lib. 2. de Fide cap. 24 in hunc modum: Violentum illud est, cujus principium extrinsecum est, nihil suopte motu, atque conatu ad actionem conferente illo, cui vis affertur. Quare ad violentum duo requiruntur

requiruntur: primum est, quod principium vim, seu violentiam causans sit extrinsecum passo: principium enim intrinsecum passo est ipsi naturale, et proprium, sed non violentum: secundum est, quod passum, seu id, cui vis infertur, et violentia, ita eam patiatur, ut non modò sua virtute intrinseca non cooperetur, et adjuvet principium extrinsecum, sed quinimo resistat, et positivè repugnet [redacted] motui violento; unde ad violentum non sufficit passum merè negativè se habere, sustinendo motum alterius, velut illi obediendo, et patiendo se trahi, quò vis principij extrinseci trahit; sed requiritur positiva resistentia, et repugnantia saltem per oppositam inclinationem: Quia, secus lux esset violenta aeri, et dona supernaturalia animæ nostræ infusa pariter essent violenta, quod dici non potest ea potissimum ratione, quod aer vim non infert, seu positivè non resistit illuminationi, sicuti neque anima donis supernaturalibus. Atque ex his etiam patere debet, quid sit coactum, quod à violento tantum differt tanquam genus à specie, quatenus nempe violentum extenditur ad entia tum animata, tum inanimata; coactum verò tantum ad agentia animata, immò in toto rigore loquendo ad sola rationalia; et adeò violentum dicitur, quidquid fit à principio extrinseco in alio contra ejus naturalem inclinationem tam innatam, quàm elicitam; coactum verò, quod est contra inclinationem elicitam, idest à cognitione dependentem.

3\. Violentum, et coactum ita expositum aliud est absolutum, seu simpliciter tale, et aliud secundum quid tale. Primum est, cum passum simpliciter, nempe tum interius, tum exterius omni eo modo, quo potest, repugnat, non vult, reluctatur, et resistit vi sibi ab extrinseco illatæ: Alterum est, cum quis resistit quidem, sed minus efficaciter, quàm potest. Hinc virgini, stuprum V.G. ipsi illatum, non potest dici simpliciter violentum, et coactum, si vel tunc negativè, idest neque volens, neque nolens se habuit, vel verò licèt reprimere aliquo modo conata sit; attamen suas exteriores vires, quantum potuit, non adhibuit, vim sibi illatam reprimere et repellere conando; sed tunc solum dici ad plus poterit violentum, et coactum secundum quid tale. His ita expositis duplex hic movetur difficultas, et primò an violentum, seu coactum tollat voluntarium. 2dò quinam sint illi actus nostræ voluntatis, quibus violentia, et coactio inferri potest. Unde sit

64\. Propositio prima. Quamvis violentia seu coactio absoluta, et simpliciter talis efficiat actum omnimodè involuntarium, et adeò tollat omne peccatum; id tamen non præstat violentia, et coactio secundum quid talis. Ita Theologi omnes cum S. Thoma 1. 2. Q. 6. A. 5. in corpore asserente = sicut in rebus, quæ cognitione carent, violentia aliquid facit contra naturam, ita in rebus cognoscentibus, facit aliquid esse contra voluntatem. Quod autem est contra naturam, dicitur esse innaturale: et similiter quod est contra voluntatem, dicitur esse involuntarium. Unde violentia involuntarium causat = et infra ad 2dum ita concludens = Unde cum actio infertur ab aliquo exteriori, manente v...

eo, qui patitur, voluntate patiendi, non est simpliciter violentum: quia licet ille, qui patitur, non conferat agendo, confert tamen volendo pati. Unde non sit dici involuntarium. Haec S. Doctor.

Prima autem pars probatur hoc pacto. Ut actus aliquis, aut omissio sit, et dicatur voluntaria, et in culpam theologicam imputabilis, debet a voluntate saltem consentiente, et morali libertate donata procedere, ut patet vel ex ipsa voluntarii notione, et quia ad merendum, vel demerendum in statu naturae lapsae requiritur libertas a coactione et a necessitate; atqui ubi adest violentia absoluta, et simpliciter talis actus non procedit a voluntate consentiente quidem, ac morali libertate donata, ut meditanti patet; ergo etc. Quod et corroboratur auctoritate SS. Patrum. Nam S. Ambrosius lib. 5. de Virginibus relatus causa 32 q. 5. in Decreto Gratiani docet, pudicitiam violenter, seu per violentiam absolutam eripi non posse can. 1. inquiens: Virgo prostitui potest, adulterari non sit. Ubicunque virgo Dei est, templum Dei est. Nec lupanaria infamant castitatem: et can. 2. Raperam non sit corpo corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta: et can. 4. Proposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, ipsi corpori non aufert sanctitatem violentia libidinis alienae, quam servat perseverantia suae continentiae. Quod et ibidem confirmat exemplo stupri per vim a filio Tarquinii Regis illati Lucretiae nobili matronae Romanae dicens: Mirabile dictu, duo fuerunt, et adulterium unus commisit: et can. 6. de pudicitia loquens concludit. Unde a violento stupratore nec ipsa eripi sit: Patet ergo per vim, seu violentiam auferri voluntarium, et omnem culpam, et actu per violentiam facto: quinimo personae patienti quaerenti, resistenti dabitur occasio meriti, et coronae, ut patet ex responso dato Paschasio Praefecto a S. Lucia dicente: Si invitam jusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Atque ex his et natura debet 2da propositionis pars, ex eo nempe, quod ubi voluntas non omnino resistit, ibi remaneat aliquid rationis voluntarii, majus jam, aut minus, prout voluntas plus, aut minus resistit. Atqui ubi vis et violentia non est nisi secundum quid talis, tunc voluntas omnimode non resistit, ergo etc. Quod omnino consonat Scripturae Deuter. 22. praecipienti lapidari virginem domi stupratam, quod non in agro violentiam passam, eo quia nempe in domino uti potuit clamare noluisset: quod cum non fecerit, sponte consensisse merito praesumitur, ergo etc.

Neque contra primam propositionis partem objicit, mortem martyribus illatam ipsis fuisse voluntariam, licet fuerit sit, fuisse violentam quinimo contra eorum voluntatem ..... fortes, qui quia dum noverant, juxta Xti mandatum sibi fugam consulebant. Imo quia ipse Xtus, ut ait Aug. Tract. 52. in Joannem, per illa verba Cum esses junior, cingebas te, et ambulabas, quo volebas: cum autem senueris, alter te cinget, et feret, quo non vis: ipse Xtus inquam, mortem martyrum designat; ergo etc.

Respondeo enim, et dico, tanquam certum tenendum, mortem SS. martyrum Xti unius non fuisse simpliciter violentam, sicuti non fuit Xto, juxta illud Isaiae 53. Oblatus est quia ipse voluit. Et sane licet ..... sit ..... mortem .....

ipsis SS. martyribus violentam, et quatenus actio illativa mortis erat à principio extrinseco; et quatenus erat actio iniqua, in quam quâ talem ipsi SS martyres non consentiebant, sed omnino repugnabant, item quatenus appetitus sensitivus reluctabat, attamen profecta mors ipsis non erat violenta, sed omnino voluntaria, quatenus sciebant se patienter eam ferendo daturos gloriam Deo debitam, et christianae fidei augmentum; et adeò sub hoc respectu tali morti consentiebant, eam libenter pro Christi fide patiendo. Hinc cum primum fatear, Christum discipulos sibi fugam multoties consuluisse, sed vel dum nondum erat nati Christi praeceptum urgebat, vel nondum advenerat tempus ab ipso Deo praestitutum: Ad secundum verò dico, auctoritatem oppositam procedere de voluntate appetitus sensitivi, non autem appetitus rationalis, qui nempe est secundum rationem superiorem. Hactenus primo difficultas.

57 Propositio secunda. Quamvis voluntas nostra in actibus à se immediatè elicitis pati nequeat violentiam absolutam, et simpliciter talem; pati tamen potest in actibus ab ipsa imperatis per aliarum potentiarum virtutem exercendis. Est sententia quam expressis terminis docet Angelicus Praeceptor 1.2. Q. 6. A. 4. in corpore inquiens = Secundum, quod duplex est actus voluntatis, unus quidem, qui est ejus immediatè, velut ab ipsa elicitus, scilicet velle. Alius, qui est actus voluntatis à voluntate imperatus, et mediante alia potentia exercitus, ut ambulare, et loqui, qui à voluntate imperantur mediante potentiâ motivâ. Quantum igitur ad actus à voluntate imperatos, voluntas violentiam pati potest . . . . Sed quantum ad ipsum proprium actum voluntatis, non potest ei violentia inferri = Hic S. Doctor.

Dicitur quoad primam partem propositio. Nihil potest esse violentum, et coactum, quod non sit à principio extrinseco, et et contra naturalem inclinationem ejus, in quo est, et adeò cum resistentia, et repugnantia positiva passi: patet haec propositio ex ipsa violenti, et coacti notione; Atqui actus immediatè à voluntate eliciti in primis non sunt à principio extrinseco, quia sicuti voluntas esset, ut supponitur, et non esset illorum principium: quod repugnat: secundò non sunt contra naturalem inclinationem ipsius voluntatis, ac cum ejus resistentia ac repugnantia positiva. siquidem vel sunt actus amoris. et adeò prosecutivi objecti sibi tanquam boni repraesentati, vel sunt actus odij; et adeò aversativi objecti sibi tanquam mali repraesentati; ac proinde sunt ipsa actualis inclinatio voluntatis; ut hinc meritò concludendum sit cum S. Anselmo de libero arbitrio cap. 6: invitus nemo potest velle aliquid, quia non potest velle nollens velle: ergo &c.

Confirmatur, seu magis roboratur hoc argumentum. Nullus actus essentialiter voluntarius potest esse violentus, et coactus siquidem voluntarium, et violentum, seu coactum inter se opponuntur: Atqui omnis actus à voluntate immediatè elicitus est essentialiter voluntarius est enim à principio intrinseco cum cognitione finis, seu objecti: ergo &c. Quam doctrinam et intellige de actibus mixtis voluntatis quorum ideam dedimus num. 6. nam et isti sunt actus immediatè à voluntate eliciti.

58 Altera propositionis pars suadetur hoc pacto. Illud est violentum, seu coactum, quod fit ab agente extrinseco contra naturalem inclinationem et repugnantiam

ejus in quo fit, atque actus à voluntate imperati per alienam potentiam virtutem exercendi producuntur, debent ab agente extrinseco contra naturalem inclinationem, et positivam ipsius voluntatis repugnantiam, ut ipso proxime ostendet. Quid enim notius, et manifestius est, quam quod efficaciter determinatus, ac omni nisu contendens templum ingredi ad audiendum sacrum à violentiori seu per vim detineatur, ne ingredi possit; vel quod manus omnino reluctantis per vim adigatur ad alterum occidendum, vel vulnerandum &c.; ergo &c. Atque ex his probatam habes utramque propositionis partem, ex quibus facile colligere potes, ut peccatum in actibus elicitis voluntatis potissimum consistat, neminem proprie, et in sensu rigoroso ad peccandum cogi posse, ut vel patet etiam ex dictis in superiori propositione.

Oppones contra primam propositionis partem: Ea potentia in actibus suis violentiam patitur, quae contra propriam inclinationem licet reluctans à principio extrinseco ad motum cogitur, ut patet in eo qui per vim licet omnino reluctans, ac omni nisu contendens in carcerem detruderetur, coram idolo genuflectere adigeretur &c.; atqui voluntas nostra contra propriam inclinationem licet reluctans à principio extrinseco ad motum cogi potest; ergo &c. Probatur minor. Voluntas nostra à Deo necessitari potest ad aliquid volendum, ut patet in amore Beatifico, quinimo cogi potest velle id, quod nollet, aut nolle, quod vellet, ut patet in damnatis, qui à mira qualitate ipsis impressa coguntur velle poenas, quas sponte nollent, aut nolle beatitudinem, quam vellent; sed hoc totum fit omnino à principio extrinseco, adeoque contra inclinationem voluntatis appetitivae, et appetentis bonum, ac malum aversantis; ergo &c. Confirmatur. Impedire rem aliquam à motu, aut ab operatione, ad quam ex natura sua est inclinata, atque efficaciter determinata, est ei violentiam inferre; sed Deus potest voluntatem nostram impedire à motu, atque operatione, ad quam ex natura sua est inclinata, atque efficaciter determinata: Potest enim Deus, Petrum v. g. efficaciter determinatum ad odium Pauli efficaciter determinare ad amorem ejusdem: quinimo potest, Beato divinum amorem actualem subtrahere suum concursum, sine quo amare non potest; ergo sicuti igni proxime expedito ad comburendum violentia infertur, si impediretur, ne combureret, item et lapidi jam descendenti, si impediretur, ne descenderet; ita et voluntati violentia infertur; cum non minus connaturale sit voluntati Beatae Deum amare, ac sit igni comburere, et lapidi descendere, ergo &c. Confirmatur 2do. Non solum alicui rei violentia fit, cum à principio extrinseco impeditur ab actu, sed etiam quando ab extrinseco fit, ut majori impetu feratur, quam feratur ejus naturali inclinatione, alias sic lapis violentatur non solum, cum impeditur, ne descendat, sed etiam quando deorsum jacitur majori impetu, quam ejus gravitas expostulat. Atqui quando Deus necessitaret voluntatem nostram ad aliquem rei amorem, tunc voluntas majori vi in illam tenderet, quam ipsa expostulet; ergo &c.

Respondeo in primis, oppositum argumentum involvere difficultatem, an Deus voluntati liberae, sicuti et ceteris creaturis, vim, et violentiam proprie dictam inferre possit, quam cum Scotti in Tract. 2. de Deo q. 88 num. 15; Gerlet

De Voluntario, et Involuntario Disp. 1. S. 4. §. 5. num. 82; et alij numerosissimi contra aliorum negationem respondent, innixi auctoritati tum S. Augustini, tum D. Thomae. Primus enim Lib. 26. contra Faustum Cap. 3. ait = Deus creator, et conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit: id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, a quo est omnis modus, numerus, et ordo naturae = Alter vero q. 6. de Potentia A. 1. ad 17., et q. 1. A. 3. ad finem inquit = Omnes creaturae quasi pro naturali habent, quod a Deo in eis fit. Et, propter hoc in eis distinguitur potentia duplex. Una naturalis ad proprias operationes, vel motus, alia [illegible] obedientiae dicitur, ad ea, quae a Deo recipiunt = ex quibus Angelici praeceptoris verbis patet, quod sicuti in potentiis, et membris corporalibus duplex est inclinatio; particularis una ad proprios motus; alia universalis ad obediendum voluntati propter bonum totius; ita in voluntate creata, alijsque creaturis duplex est inclinatio; una particularis, qua propendent in bonum suum particulare; alia universalis, et magis praecipua, qua propendent in bonum universale, quod est Deus, ut de illis, quod voluerit, faciat; Hinc sicuti cum a voluntate nostra detinetur pes, ne incedat, manus, ne tangat, oculus, ne videat, nulla vis, et violentia propria talibus dictis membris a voluntate infertur, cum eorum potentiarum sit veluti Domina, ita neque a Deo vis, et violentia proprie dicta infertur voluntati, et alijs creaturis, cum contra bonum illarum particulare, in bonum universale moventur; ergo etc.

Respondeo ideo diruta [illegible]

Di. mi.: ea potentia in actibus suis violentiam patitur, quae contra propriam inclinationem [illegible] tum particularem, tum universalem a principio extrinseco ad motum mere passive, seu ad patiendum motum cogitur conc.: ea potentia in suis actibus violentiam patitur, quae contra inclinationem tantum particularem a principio extrinseco ad motum, [illegible] seu activum producendum cogitur, seu determinatur nego mi., et di. mi. Atqui voluntas nostra contra propriam inclinationem particularem, licet voluntas ad motum passive, seu ad patiendum motum, non loquendo de actibus elicitis, cogi potest omitto: Atqui voluntas nostra contra propriam inclinationem tum particularem, tum universalem ad motum nostrum, seu [illegible] producendum, loquendo de actibus elicitis, cogi potest, nego mi., et consequentiam. Ad violentiam, et coactionem proprie talem ex dictis requiritur, ut motus actio sit a principio extrinseco, et adeo quod is, qui violentiam, et coactionem patitur, nihil omnino agat; vel etiam, ut vim patiens omnino volentem actionem illam patiatur tum contra inclinationem suam particularem, tum universalem; in casu nostro autem, loquendo nempe de actibus elicitis voluntatis mere passive non se habet, sed est [illegible] activum principium, itemque neque cogitur saltem contra inclinationem universalem; ergo etc. Hinc ad minorem probationem non differor voluntatem nostram a Deo necessitari [illegible] volendum aliquid, sicut jam notavi, nisi adesset circulum

cum efficacia à uno determinans esse nego, cum proxime tom non sit. Neque idem est voluntatem necessitari, et voluntatem violentari seu cogi, ut vel patet ex eo, quod necessarium non opponatur voluntario, immo voluntarium abstrahat à necessario, et libero, cum ut supra diximus num 12, voluntarium dividatur in necessarium, et liberum; contra verò violentum, et coactum è diametro opponatur voluntario, et mediante natat, et jâ ostendimus, et adeò licet voluntas à Deo necessitari possit de aliquo determinatè volendo; ast proxime cogi non sit. Secundum ut voluntas necessitetur, sufficit, quod à Deo ad unum efficaciter moveatur absque judicij indifferentia, et sic mota voluntas actum suum eliciat; quod à Deo fieri nullum est inconveniens. Ut autem voluntas nostra violentetur, seu cogatur in suis actibus elicitis, requiritur, ut tales actus producantur a principio extrinseco, ac in ipsa voluntate recipiantur, ea nihil agente, immo contradicente; quod implicat, cum tunc praedicti actus essent ab ipsa voluntate, et simul non essent, ut patet, ergo &c. Unde, falsum est, quod in objectione dicitur de damnatis, quod nempe cogantur velle, quod nollent, et nolle, quod vellent; de facto enim solum necessitantur, quatenus eorum voluntas est ita alligata ad volendum executionem divinae justitiae, ut eam nolle non possint. Quod licet sit contra particularem inclinationem, non est tamen contra universalem inclinationem ipsius voluntatis, ac proinde talis eorum volitio, aut nolitio non est violenta, et coacta, cum et sit ab eorum voluntate, et non à principio extrinseco.

12 Ad confirmationem in primis respondeo, arguentem extra scopum divagari. Nos enim proposuimus, quod actus immediate à voluntate eliciti, ac producti nequeant esse violenti, et coacti, seu voluntatem [illegible] actus elicit, non posse pati vim, et violentiam; argumentum autem probat, voluntatem posse pati violentiam in cessatione ab actu; quod est toto caelo diversum. Caeterum ne videamur dissimulare difficultatem, ad respondeo dist. min.: Impedire rem aliquam à motu suo est ei violentiam inferre, si tale impedimentum apponatur à causa particulari, cui pro viribus ea res contranititur conc., si tale impedimentum apponatur à causa universali, nempe Deo, nego min. et data minori cum exemplis nego consequentiam. Nam, ut num. 70 diximus, in unaquaque re creata est universalis inclinatio ad se subordinandum causae universalissimae, quae est Deus, contra quam particularis inclinatio non nititur, et adeò cum Deus [illegible] vel à motu cessare, ei non infert violentiam proprie tamen. Hinc fit, ut solum igni v.g. prohibito ascendere ad combustionem, aut lapidi descendere, infertur vis, ac violentia infertur, si ab aliquo particulari agente agere impedirentur; non autem si ab ipso Deo id fieret; ita neque efficacitate Dei determinato ad aliquid vis infertur, si ad amorem efficaciter determinabitur ab ipso Deo, cum hoc fiat solum per mutationem inclinationis, sicut neque Beato violentia fit si à Deo subtrahatur concursus ad amorem, utpote cum Beato solum sit [illegible] amare ipsum Deum supposito semper divino concursu, qui in casu deficeret.

13 Ad 2dam confirmationem omissa majori, quam nonnulli negant, et existimantes; tunc motum illum majorem quam vis à principio extrinseco causatum non fore violentum, nam [illegible], sed [illegible], quia nempe non est contra, sed [illegible] inclinationem [illegible], nego min. Ratio autem [illegible] est quia voluntas est potentia appetitus rationalis in omnibus

sequitur cognitionem, et dictamen rationis, et adeo ex natura sua inclinatur, ut vehementiori impetu feratur in objectum, quod illi praesentatur absque judicij indifferentia, quam in aliud, quod illi ut medicto indifferentia proponitur: unde aeque naturaliter est agere necessario, ac libere, ergo &c.

Instabis. Ad violentiam inferendam non est necesse, quod actio sit semper a principio extrinseco; sed sufficit, quod a principio extrinseco ad motum res determinetur contra suam inclinationem, quia sensus intellectus, et aliae potentiae cognoscentes non patiuntur in actibus suis vitalibus, utpote ut hi semper sint a principio intrinseco: quod est falsum; Atqui voluntas nostra ab extrinseco principio moveri potest contra propriam suam innatam inclinationem, ut patet in actione peccaminosa, quae, ut ait Damascenus Lib. 4 de Fide Orthodoxa Cap. 21, est contra rationalem hominis naturam; ergo &c. Respondeo in primis negando majorem, ad cujus implicitam probationem distinguendum est inter intellectum, aliasque potentias vitales, earumque vitales actus absolute, et secundum suam substantiam sumptos, ac inter intellectum, aliasque potentias vitales, earumque actus respective consideratos, seu prout ordinationem habent ad voluntatem, a qua imperantur; si primum; falsum est intellectum, aliasque potentias pati posse violentiam; quia hoc ipso, quod actus sunt vitales, procedunt a principio intrinseco, et adeo impossibile est, quod sint violenti. Si vero secundum; intellectus, aliaeque vitales potentiae voluntati subditae, pati possunt violentiam, quatenus nempe a principio extrinseco determinari possunt ad agendum contra voluntatis imperium, ejusque absolutam renitentiam. Sed jam tunc actus ab intellectu eliciti, sicuti et aliarum potentiarum vitalium actus in se nequeunt dici violenti; ergo neque et actus a voluntate eliciti; et eo magis, quod isti non erunt subordinati alteri particulari potentiae a qua imperantur. Contingit et falsa est probatio minor. Nam licet actio peccaminosa sit contra inclinationem inadaequatam voluntatis, seu contra inclinationem particularem, qua appetit bonum honestum, et rationi consonum, non est tamen contra inclinationem adaequatam hominis, qua nempe bonum generatim appetit, prout bonum illud dicit solam rationem delectabilitatis, ut ergo et ratio delectabilitatis, nempe sensitivae et [illegible] est in peccato, voluntas aliquid peccare nonne agit contra suam naturalem inclinationem; ergo &c.

Articulus Secundus.

De involuntario ex metu.

76 Metus ab Aristotele 2. Rhetor. Cap. 5 definitur, quod sit perturbatio ex imaginatione futuri mali corruptivi, vel dolorem, seu molestiam afferentis: a juristis vero ex Leg. 1. ff. de eo, quod metus causa, definiri solet hoc pacto. Metus est instantis, vel futuri mali causa mentis trepidatio. Ab Angelico autem Praeceptore 1. 2. Q. 41. A. 2. sic definitur. est passio animi [illegible]

malum futurum difficile, ut vitari non sit. Unde metus cum distinctione quam plurimorum definiri sit hoc pacto. Metus est fuga mali imminentis difficiliter evitabilis. Quare id dicitur fieri ex metu, quod quis causa declinandi, et evitandi alicujus mali imminentis facit, alioquin non facturus, si malum illud non immineret. Dicitur autem mali imminentis, quia cum malum vel de distans utpote non satis apprehensum non sollicitat, et afficiat movere voluntatem nostram; ideo additur mali imminentis, licet cæteroquin et malum remotum, seu distans amplius aliquando id præstare possit; quo in casu sufficeret ad metum inducendum.

77. Metus ita expositus plures patitur divisiones, et primo dividitur in metum ab intrinseco, et in metum ab extrinseco. Metus ab intrinseco est, cum quis ad avertendum malum aliquod a causis naturalibus, vel fortuitis imminens aliquid agit, quod alias nollet facere, v.g. metu naufragii merces in mare projiciat, votum peregrinationis faciat &c. metu mortis a naturali morbo imminentis pinguem vovet eleemosynam, missas, preces &c. Metus vero ab extrinseco incussus est, qui a causa libera provenit, seu ab homine directe incutitur ad aliquid extorquendum ab eo, cui talis metus incutitur, qui aliter id nollet, ut si quis mortem latro intentaret, nisi ei det pecuniam, aliquod jus cedat &c. Hic autem timor, seu metus alius est juste, et alius injuste incussus. Metus juste incussus est, qui fit a persona, quæ jus habet, seu juste fit, et debet incutere talem metum, ut si is, qui valida sponsalia contraxit cum aliqua, aut eam sub spe matrimonii violavit, nolens eam ducere ab ecclesiastico judice, intentata excommunicatione, ad matrimonium contrahendum compellatur. Metus vero injuste incussus est, qui fit ab eo, qui nullum jus incutiendi habet, uti si pater, cujus filiam violasti, intentet mortem, nisi eam ducas in matrimonium, latro minetur mortem, nisi ei pecuniam tradas &c. Utrque autem hic timor vel incutitur ad extorquendum actum, qui fit, vel ad extorquendum aliquid aliud. Exemplum primi est in eo, quem domus invento turpiter agente cum filia intentaret mortem, vel eum accusaturum apud judicem competentem, nisi statim aliquam, ad in matrimonium duceret. Exemplum alterius est in eo, qui latroni minitanti mortem, nisi ei pecunia tradatur, ut a morte evaderet, promitteret, se ejus filiam in matrimonium ducturum.

78. Deinde metus præscindendo ab eo, quod sit justa, seu juste, an injuste, seu per injuriam incussus dividitur in metum gravem, seu cadentem in virum constantem, qui dicitur etiam justus et probabilis, et in metum levem, seu non cadentem in virum constantem, qui et dicitur injustus, et improbabilis. Gravis est, quo grave malum vitæ, famæ, vel fortunæ timetur imminens, vel intentatum puta nomine malum idque viro forti et constanti sit merito formidabile, sicuti est metus mortis, mutilationis membrorum, atrocis cruciatus, servitutis, carceris diuturni, gravis infamiæ, stupri violenti, amissionis omnium bonorum, vel notabilis partis, excommunicationis injustæ, et alia similia. Hæc enim omnia mala etiam viro forti sunt formidanda. Levis vero metus, nempe levis, seque

in virum constantem cadens est, qui ob levia mala, quae nempe in morali hominum aestimatione nullius parvi momenti sunt, suscipitur. Quamvis autem ad dignoscendum in casibus particularibus, an metus incussus sit vere gravis, an levis tantum, certa generalis regula assignari non possit, ut notat Glossa in Capit. Cum dilectus, De his, quae vi, et clare habetur in leg. Metus autem, ff. ex quibus causis Majores, ubi dicitur: Non sufficit quolibet terrore adductum timuisse, sed hujus rei disquisitio judicis est: viri nempe docti ac prudentis, attamen non tam difficile erit rectum proferre judicium, si prae oculis sequentia habeantur. Primo scilicet attente, ac diligenter inspiciendum est, an malum, quod timetur, in morali hominum aestimatione sit revera grave, gravem scilicet molestiam afferens: qualia sunt mala, quae num. anteced. attendimus: 2do spectanda est qualitas personae metum patientis, ut satis indicatur in Capit. Sicut, De Homicidio, et in Capit. Indignantur cau. 32. q. 6., ubi dicitur in imponendis poenis non tantum spectandam esse qualitatem, et quantitatem delicti, sed etiam personae, sexus, conditionis &c. Quod et ab ipsa experientia comprobatur. Quotidie enim videmus, malum, quod tanquam omnino leve apprehenditur, et reputatur contemnendum ab una persona, ab alia tanquam grave, quinimo gravissimum apprehendi, et reputari: Unde metus, qui non erit gravis respectu viri, erit gravis respectu puellae, foeminae, aut senis, utpote cum sint imbecilliores, et facilius terreantur: 3tio et perpendendum est, quod ad hoc ut quis ex metu operari dicatur, necesse non sit, quod malum timeat in propria persona, sed sufficiat, si illud timeatur in filiis, in uxore, et aliis proxime conjunctis intra quartum gradum, ut nonnulli docent ex Capit. Sciant cuncti, De electione in 6, et ex Capit. Quicumque, De Sent. excom. pariter in 6., ita tamen ut haec extensio non fiat ultra quartum gradum, ut colligitur ex Capit. Non debet, De consanguinitate, et affinitate. Et ratio est, quia inter se conjuncti intra quartum gradum in morali hominum sensu censentur una persona, secus vero qui ita inter se non sunt conjuncti; praesertim ubi tales personae non essent inter se valde familiares, et amicitiae, quo in casu plurimi doctores censent, et metum Amico incussum cadere in alterum amicum, ut non obscure colligitur ex citato Capit. Quicumque, De Sent. excom.: 4to et observandum est, an metum patiens ex levi periculo, etiam tanquam tali apprehenso motus fuerit ad operandum, an ex gravi, et justo periculo saltem ut tali apprehenso fuerit operatus: si enim rationabiliter non timuit metum incutientem executurum minas, tunc non est metus cadens in virum constantem: 5to etiam advertendum est, an metum incutiens sit potens executioni mandare, et probabiliter praesumatur executurus minas intentatas: si enim vel ex aequo sit impotens, vel rationabiliter praesumi non possit, malum intentatum executurum, tunc timor vanus est, et imprudens: Sexto demum inspiciendum est, an metum patiens possit, et valeat resistere vel per semetipsum, vel per alios, v.g. ope amici, vel adhibendo servitiorum, aut alio modo malum intentanti: si enim facile resisti potest, tunc metus non est constantis, sed inconstantis viri, ut patet.

80 His ita circa metum gravem, et levem ab extrinseco injuste expositis, pro complemento adnotabis metum reverentialem, incussum namque a persona superiori personae sibi subditae, ut a Patre Filio, a marito uxori, a Domino servo, a Principe sibi subdito, a Tutore, aut Curatore Pupillo, aut Minorenni censendum esse gravem, et cadentem in virum constantem, cum naturali pudori, et reverentiae adduntur rigida tractatio, vultus asperitas ad longum tempus, minae verberum, continua exprobratio, comminatio privationis bonorum magni momenti. Ex quibus idem et dicendum, si importunae, et saepius repetitae preces adjungantur. Admodum animi durum, et difficile est, filio, uxori, subdito etc. illis semper resistere, quinimo valde facile est animo cedere.

81 Tandem metus dividitur in concomitantem, et antecedentem. Concomitans est ille, qui nullo modo est causa moralis influens in actionem, sed solum est in operante, cum agit; talis est timor, quo angitur latro, dum furatur, ne videlicet a Domino deprehendatur. Metus antecedens est ille, qui antecedit, et est causa moralis influens in actionem; talis est timor naufragii in projiciente merces in mare, metus mortis in dante crumenam latroni, ne occidatur. Ubi tamen notandum est, metum hunc dupliciter influere posse in actionem ex metu factam, totaliter nempe, et partialiter. Totaliter influit, cum ita influit, ut eo praecise ablato metu nullo modo fieret actio: Partialiter vero influit, cum ita influit, ut nihilominus ex aliis causis fieret actio, etsi talis metus abesset. Exemplum primi est in muliere honesta, quae sicario minitanti mortem, nisi se cognosci permittat, cedit. Exemplum secundi est in muliere inhonesta, quae indulgeat sicario mortem minitanti, nisi usum sui corporis concedat, jam ceteroquin ex aliis causis parata indulgere.

82. Circa metum autem triplex hic a Theologis solet moveri difficultas. Prima est, an metus causet involuntarium, seu an opera ex metu antecedenti facta sint involuntaria? Altera est, an metus praesertim gravis, et in virum constantem cadens excuset a transgressione legis sive humanae, sive divinae etiam naturalis? Tertia est, an contractus ex metu praecipue gravi celebrati sint validi? Verum cum de secunda difficultate jam satis dixerimus in Tractatu de legibus, § 5° de incommodis, sub quibus humanae leges obligant a num. 208, et pluribus sequentibus, ibidem dicta relege, ex quibus primo intelliges, legem naturalem ex toto suo genere praeceptivam, seu nullam admittentem circumstantiam, in qua cesset obligare, quocunque metu imminente, observandam esse, sicuti et legem naturalem etiam ex toto suo genere non praeceptivam, seu admittentem aliquam circumstantiam, in qua obligatio legis cesset, ex adimplendam esse, etiamsi etiam metus mortis immineat, dummodo vero metus non efficiat eam circumstantiam, sub qua lex ipsa naturalis non obligat, sicut efficeret in casu, quo aliquis aggressor mortem intentaret, et ab eo aggressus nullo modo liberare se posset, nisi [illegible], aut vero occidendo. Secundo intelliges [illegible] dictis legem divinam positivam, sicuti et humanam regulariter non obligare ad sui observantiam cum metu gravi notabilis damni temporalis, et a fortiori gravissimi, nisi videlicet id sit necessarium ad bonum publicum, Fidei et Religionis augmentum. Quare sit

§. I. Primæ Difficultatis solutio.

Propositio. Quicumque metus rationem non perturbans, neque advertentiam tollens non causat involuntarium simpliciter, sed tantum secundum quid: ac proinde id, quod ex metu fit, est simpliciter voluntarium; involuntarium autem tantum secundum quid. Ita communissime Doctores cum S. Thoma 1. 2. q. 6. A. 6. in c., ubi cum dixisset: Quæ per metum aguntur, mixta sunt ex voluntario, et involuntario: paucis interjectis subjungit: Sed si quis recte consideret, magis sunt hujusmodi voluntaria, quàm involuntaria: sunt enim voluntaria simpliciter; involuntaria autem secundum quid. Probatur. Illud non est involuntarium simpliciter, sed tantum secundum quid, et proinde est voluntarium simpliciter, et involuntarium tantum secundum quid, quod licet conjunctum sit cum aliqua actuali, aut virtuali nolitione, seu aversione, displicentia, ac tristitia voluntatis; attamen voluntas cum advertentia, et deliberatione rationis illud eligit, et efficaciter vult: Propositio hæc continet ideam voluntarij simpliciter, et involuntarij secundum quid, ut patet ex num. 80: Atqui omnis ex quocumque metu rationem non perturbante, neque advertentiam tollente agens, v. g. metu mortis dans latroni pecuniam, metu naufragij projiciens merces in mare, licet id faciat cum aliqua actuali, aut virtuali nolitione, seu aversione, displicentia, ac tristitia, attamen cum advertentia, et deliberatione id eligit, et efficaciter vult, ut meditanti patet; ergo &c. .... Confirmatur, seu potius roboratur idem argumentum. Illud est voluntarium simpliciter, et involuntarium tantum secundum quid, quod non obstante aliqua nolitione inefficaci procedit à principio intrinseco, nempe voluntate cum cognitione singulorum, in quibus est actio; sed non obstante quocumque metu non perturbante rationem, neque advertentiam tollente, actus v. g. projiciendi merces metu naufragij, dandi pecuniam latroni metu mortis &c. procedit à principio intrinseco, nempe à voluntate cum cognitione singulorum, in quibus est actio, licet cum aliqua nolitione inefficaci, ut patet; ergo &c. Pro hoc facit Lex Si mulier. § penult. ff. De eo, quod metus causa, ubi dicitur: Si metus causa adii hæreditatem, puto me hæredem fieri. Quia, quamvis, si liberum esset, noluissem, coactus tamen volui: Item Lex Cum proponas, Cod. De Hæredibus instituendis, in qua dicitur: Potuit enim, quamvis jubente Domino nolle adire: Idem et cum habet, quod docet Augustinus relatus in Canon. Merito, causa 15. q. 1., nempe peccatum per metum factum dici non posse actum nolentis, sed dicendum esse actum volentis, et in Canon. Vires causa 23. q. 6. dicens, relinquentem malum operari propter metum posse bene operari.

9. Hinc metus quicumque sit, etiam ab extrinseco injuste incussus, dummodo deliberationem rationis, atque advertentiam non tollat, (quod notandum est, quia cum absque rationis deliberatione, atque advertentia peccatum esse non possit, si hanc à metu tolli contingeret, actio amplius imputabilis non est,

per se, et ratione sui neque aufert malitiam ab actu alicito contra
legem adhuc sub tali timore obligantem, neque secundum se bo-
num sua bonitate spoliat, se nihil alicunde deficiat, ut primò
patet in reo pejerante, ne suspendatur, in xtiano fidem nega-
te, Idola adorante, ne flammis dedatur, in puella alienæ libi-
dini consentiente, ne occidatur &c. 2dò in evitante peccato
propter gehennæ, et pœnarum metum, quæ fugam certè est actus
bonus, et honestus, dummodo voluntatem peccandi excludat,
ut patet ex Cap. 4. Sess. 14. Trid. Concilij. Quamvis interim fa-
tendum sit, in casu aliquo modo culpam diminui, ut constat
ex Capit. Sacris, de his, quæ vi, metuve cavsa, ubi dicitur, quod
metus attenuat culpam, atque eam prorsus non excludat: cui con-
sonat sacrum Synodi Ancyranæ, et Nicænæ, tolerabiliorem pœnam
imponentis ijs, qui metu mortis, et cruciatuum ceciderant, quàm
ijs, qui sponte deliquerant. Hæc tamen diminutio saltem regulari-
ter non erit tanta, ut peccatum de mortali veniale fiat.

Opponès primò. Projectio v.g. mercium in mare
85 facta à mercatore metu naufragij, et traditio pecuniæ latroni
metu mortis &c. non sunt actus simpliciter voluntarij; ergo
&c. Probatur antecedens, et primò, quia projectio mercium in mare, et tradi-
tio pecuniæ latroni secundum se sunt actus involuntarij; ergo
et sunt involuntarij accedente metu naufragij, et mortis: quod
enim secundum se est tale, quolibet addito, remanet tale, ut
patet in corpore secundum se calido, quod tale semper rema-
net, cuicumque conjungatur: 2dò quia projectio, et tradi-
tio prædicta fiunt reluctante voluntate; sed quod fit re-
luctante voluntate non est simpliciter voluntarium;
ergo &c. Tertiò quia metus multoties excusat à culpa: non
peccat enim, qui die festo se detinens domi, ne à sicca-
rio occidatur missam omitteret, aut timens aliquod grave
incommodum die jejuni à carnibus non abstineret; sed quod à
culpa excusat, tollit voluntarium; ergo &c. 4tò, quia contra-
ctus simpliciter voluntarij invalidi esse nequeunt defectu
voluntarii, atqui contractus ex metu gravi initi non sunt
valid[i], ut patet in matrimonio, voto solemni &c. ex me-
tu gravi et extrinseco injustè incusso factis; ergo &c.

Confirmatur primò. Projectio mercium facta
à mercatore metu naufragij, et traditio pecuniæ latroni me-
tu mortis sunt actiones tantum volitæ ex suppositione: nam
tali metu cessante de facto non fierent; sed quod tantum
est volitum ex suppositione non est voluntarium simpli-
citer, sicuti id, quod est necessarium solum ex suppositio-
ne v.g. auxilij efficacis, et electionis voluntatis non est sim-
pliciter necessarium; ergo &c. Confirmatur 2dò. Eadem actio
nequit esse simpliciter voluntaria, et non simpliciter
voluntaria; in casu autem metus præsertim gravis
in primis est simpliciter voluntaria, ut supponimus; et
etiam est non simpliciter voluntaria, utpote cum saltem
includat nolitionem inefficacem; ergo &c. Vide Angelicum
Doctorem 2. 2. q. 142. a. 3. cum docuisset, quod id, quod
ex metu fit non est simpliciter voluntarium; quod verò fit
ex concupiscentia sit simpliciter voluntarium, ad 3tium
ait, quod in timiditate magis est voluntarium secundum

et non simpliciter. Cui consonat Cap. Majores, de Baptismo, in quo Innocentius III dicit, quod qui terroribus, et suppliciis violenter [redacted] attrahitur, ne detrimentum incurrat, baptismum suscipit, conditionaliter, sed non absolute valet; ergo &c.

Respondeo nego ant., ad hujus primam probationem omisso anti nego conseq.ᵃ, ad cujus implicitam probationem dico, quod illud, quod nullum ordinem, seu relationem ad alia, v.g. ad circumstantias dicit, atque secundum se est tale, quolibet addito, tale remaneat; secus vero quod ad alia ordinem, et relationem dicit. Quae doctrina est S. Thom. quaest. et Art. citatis ad 2dum ajentis: Dicendum, quod ea, quae absolute dicuntur, quolibet addito, remanent talia, sicut calidum, et album: sed ea, quae relative dicuntur, variantur secundum comparationem ad diversa: Quod enim est magnum comparatum huic, est parvum comparatum alteri. Voluntarium autem dicitur aliquid non solum propter se quasi absolute, sed etiam propter aliud quasi relative. Et ideo nihil prohibet aliquid, quod de se non est voluntarium, alteri comparatum fieri voluntarium, per comparationem ad aliud. Hec S. Doctor

Ad 2dam antis probationem d.° mã: Projectio mercium in mare metu naufragii; et traditio pecuniae latroni metu mortis fiunt voluntate secundum quid, et inefficaciter reluctante, conc.do, absolute, et simpliciter, et efficaciter renuente, nego mã: et d.° mã: sed quod fit voluntate absolute, simpliciter, et efficaciter reluctante, non est simpliciter voluntarium conc.do, fit voluntate solum secundum quid, et inefficaciter renuente, nego mã, et conseq.ᵃ. Ubi metus praesertim gravis intervenit, est quidem aliqua voluntatis repugnantia; verum cum haec inefficax sit, licet forte impediat, quominus actus sit mere voluntarius, non impedit tamen, quominus actus sit simpliciter voluntarius. Agens siquidem hunc sciens, et volens actum illum amplectitur, atque ad illum efficaciter sese determinat, licet forte cum aliqua displicentia, quae non obstat voluntario simpliciter tali.

Ad 3tiam antis probationem nego assumptum. Nam qui propter metum quantumvis gravem alicujus magni incomodi v.g. die festo missam non audit, die vigiliae non jejunat a carnibus abstinendo, non excusatur a culpa defectu voluntarii ad peccatum sufficientis, sed quia sub tali incommodo lex cessat obligare, seu vis legis ad talem circumstantiam non extenditur. Si enim etiam sub eo metu lex obligaret, jam revera peccatum fieret, ut patet in mentiente, blasphemante, adulterante &c metu mortis. Ad 4tam antis probationem utpote involventem difficultatem an contractus nec non celebrati sint validi patebit ex infra dicendis.

Ad primam confirm.ᵉᵐ d.° mã Projectio mercium &c sunt actiones tantum volitae ex suppositione in actionem influente conc.do, non influente in actionem nego mã, et d.° mã. Sed quod tantum est volitum ex suppositione nullo modo influente in actionem, non est simpliciter voluntarium omitto: est volitum ex suppositione influente in actionem, non est simpliciter voluntarium nego mã, et conseq.ᵃ Cum non

naufragium imminet, aut latro viatorem aggreditur, medium vitandi
naufragium, et mortem sit projectio mercium in mare, et traditio
pecuniae latroni, in casu metus naufragii, et mortis moraliter
influit, seu movet voluntatem ad libere projiciendas merces, et ad
pecuniam latroni tradendam. Quod sufficit ad voluntarium simpli-
citer tale. Atque ex his ad paritatem disparitas est, quia ad rationem
necessarii simpliciter talis requiritur, ut ita sit, ut nullo modo aliter
esse non possit. Quod autem est tantum ex aliqua suppositione ne-
cessarium est ita, ut nullo modo aliter non possit: siquidem illa suppositio-
ne non posita, non poneretur; contra ad simpliciter volunta-
rium sufficit, quod sit a voluntate deliberata, et efficaciter volen-
te, et aliquanta operari, quod contingit, ubi etiam metus graves
interveniunt. Ad 2dam contra concessa majori nego minorem.
88 sicuti enim optime componitur, quod idem actus secundum
unam rationem sit bonus, et secundum aliam sit malus, ut au-
ditio missae ex vanagloria; ita optime stat, quod eadem mer-
cium projectio metu naufragii sit efficaciter volita, ut est me-
dium ad vitam tuendam, et sit inefficaciter nolita ratione dam-
ni, quod subiri debet; quae [redacted] nolitio inefficax non tollit
rationem voluntarii simpliciter talis. Hinc ad auctoritatem
S. Thomae dico, S. Doctorem nomine voluntarii simpliciter talis
intelligere voluntarium, quod est pure, et absolute tale, seu
nihil involuntarii admixtum habet; sicuti et nomine volun-
tarii secundum quid talis intelligere voluntarium, quod ali-
quid involuntarii admixtum habet. Quod nobis non obstat.
Quod et dicendum est ad Capit. Majores, de Baptismo: ly nempe
conditionaliter, significare, quod revera remoto metu sup-
plicium noluissent baptismum suscipere; non autem signifi-
care, quod reipsa efficaciter non voluerint baptizari.
Opponens 3tio contra 2dam partem: Involunta-
89 rium secundum quid semper habet conjunctam voluntatem ali-
quam conditionatam oppositam actui efficaciter volito; sed
quae fiunt ex metu semper conjunctam non habent dictam
voluntatem; ergo etc. Prob. min. Fuga, et detestatio peccati ex
metu gehennae et poenarum concepta, utpote actus bonus, et
honestus, et quidem in ordine supernaturali, ut docet Trid.
loco supra citato, conjunctam non habet voluntatem etiam
conditionatam sibi oppositam, v.g. hanc, aut similem: Nollem
detestari peccatum, nisi esset infernus: vellem peccare, nisi
esset infernus Dei; tunc enim haberetur aliqua complacentia
peccati; et ideo dicta fuga, et detestatio esset actus malus:
ergo etc. Respondeo in primis argumentum nos non ur-
90 gere. Nam nunquam intendi dicere, quod opus ex metu factum
sit semper involuntarium secundum quid; sed solum, quod metus
possit ut plus causare involuntarium secundum quid; et prop-
terea quod non possit tollere voluntarium simpliciter. Ultro autem
fateor, opus etiam ex metu factum aliquando posse reddi simpliciter
tale et pure, et absolute voluntarium: quod praecipue con-
tingit, ubi ea, quae fiunt, sunt ipsi natura appetibilia, ut est
sumptio vini grati ad curandum morbum hypochondriacum,
deambulatio deliciosa ex metu infirmitatis suscepta; su-
[illegible] cum observantia mandatorum, et fuga peccati sit [illegible]

lucrosa, meritoria, et conducens ad consecutionem perpetuae conspectus ac aeternae Beatitudinis, etiam ut concepta ex metu infami poterit esse purè voluntaria. Caeterum nihil obstat, quominus dicamus, fugam, et detestationem peccati propter metum gehennae conceptam esse posse secundum quid involuntariam; et nihilominus esse actum bonum, et honestum. Nolitio siquidem, et displicentia licet tunc inficeret actum quando in ipsum tenderet, ut est bonus, et praeceptus; adeo ut agens ita animo comparatus esset, ut nisi metus urgeret, nollet agere bonum, et legem adimplere, sed saltem affectivè vellet praeceptum transgredi, et peccare; non inficeret tamen, ubi nolitio, et displicentia tenderet in actum, ut praecisè importantem aliquam difficultatem, et molestiam appetitui contrariam, nulla facta deliberatione de eo, quod faciendum esset, nisi talis metus adesset. Tristitia enim, et displicentia illa, posita tota se tenens secundum partem inferiorem mala non est, sed quinimo meritum augere potest, ut patet vel in repugnantia, quam ipsi sancti in divinae legis observantia passi sunt; quinimo in tristitia, et dolore, quem ipse Christus Dominus in Horto Olivarum habuit, non quidem de observatione praecepti moriendi sibi à Patre impositi, sed de difficultate, et molestia operis praecepti secundum se, et praecisè sumpti. Hinc hoc secundo modo peccatum detestans ex metu gehennae elicit actum bonum, et honestum, licet secundum quid involuntarium. Atque ex his

§. 2. Secundae Difficultatis Solutio.

Ut ea, quae extra controversiam sunt posita, omnibus dubiis confundamus, in primis operae pretium est binotare, inter se convenire Doctores, nullum metum quantumvis gravem ab intrinseco, seu à causis naturalibus, puta ab infirmitate, naufragio, incendio, inundatione &c. provenientem invalidare contractus, promissiones, vota &c.; et proinde si quis infirmitate correptus gehennae metu ducat, quam sub spe matrimonii violaverit, validum erit matrimonium, si naufragii periculo perculsus voveat se eleemosynam daturum, peregrinationem [illegible] &c. validum erit ipsum votum. Tunc enim quis ratione talis metus contraheret, voveret, promittit &c. voluntariè, atque à nemine superiorem passus contrahit, vovet, promittit &c.

Secundo etiam notare oportet, nullum metum etiam ab extrinseco, seu à causa libera, nempe ab homine provenientem, justè tamen incussum ad extorquendum actum [illegible] sive debitum, sed etiam indebitum, seu liberum irritare contractus, promissiones, vota, &c. si praesertim excipias matrimonium, et professionem Religiosam de quibus in utramque partem disputant Doctores. Ratio autem est modo ante relata. Hinc si judex ecclesiasticus sub poena excommunicationis, aut judex saecularis sub poena mortis aut carceris compellat stupratorem ad ducendam, aut dotandam virginem, quam sub spe matrimonii defloravit, validum erit matrimonium: item si tuo debitori mineris, cum justè accusare de crimine patrato, nisi tibi solvat, [illegible] tibi [illegible] poteris retinere, &c. quinimo si [illegible]

te acceptatum datum, nisi voveat, se daturum, sive eleemosynam
pauperibus, sibi traditam pecuniam promittat &c., non facta accep-
tione tenetur praestare votum emissum, tradere pecuniam promis-
sam.

Tertio etiam advertere oportet, plures inter se-
93 convenire Doctores, nullum metum etiam ab extrinseco injuste
incussum, sed non ad extorquendum talem actum, sed ad alios
fines obtinendos, irritare, seu annullare contractus, aliasque
promissiones, saltem excepto matrimonio, et Professione Re-
ligiosa de quibus lis est apud Doctores. Unde si quis latronibus aggres-
sus, ut ei pecuniam, et vitam eripiant, voveat aliquid Deo si
à tali periculo liberatur, votum tenet, sicuti et tenebit pro-
missio facta de pecunia tertio, ut eum à praedictis liberet la-
tronibus: item et valebit donatio pecuniae facta à puella im-
pudico conanti ei inferre stuprum ut nempe à violentia desistat; de-
li ratio est, quia licet in his, aut similibus casibus metus injuste
incussus sit occasio ita vovendi, promittendi, donandi &c.;
attamen non fuit vera causa voti, promissionis, donationis,
&c., sed sola libera voluntas eligentis tale medium ad eva-
dendum malum imminens, jam praeter intentionem incuti-
entis metum. Ex quibus patet totam praesentem difficulta-
tem versari circa metum injuste incussum ad extorquendum
contractum, et proinde difficultas est, an contractus initi ex metu
praesertim gravi ad extorquendum consensum sint ipso facto ir-
riti, ac nulli?

In qua difficultate triplex circumfertur sen-
94 tentia. Prima quam tuentur Molina, Rebellus, Pontius, Diana, Sanchez,
cum Sporer hic Tract. 1. Proemiali cap. 2. sect. 4. Assertione 8.
§. 1., quibus et ipse Sporer, et alii assentiuntur, docet, metum gra-
vem injuste incussum ad extorquendum consensum, jure naturae
non annullare contractum. Altera sententia huic è diametro oppo-
sita sustinet, omnes, et quoscunque contractus jure naturae spectato esse
validos, licet fateatur nonnullos esse jure positivo irritos; alios
autem irritandos, ac rescindendos venire à metum patiente, alio-
rum quod metus causa, si res integra non sit, vel si res inte-
gra sit, exceptione metus. Hancque sententiam defendunt Lugo
Tract. 2. de Peccatis cap. 1. Part. 8. num. 4. pro ea referens Salmant., Ga-
briel, Cassium, Thomam Sanchez, et alios quamplures, Tamburinus hic
Tract. 1. cap. 1. de Voluntario et Involuntario sub 9. num 89, Cum
Gotti hic Tract. 2. q. 1. de Voluntario Dub. 5. § 4. num. 19, P. Antoine
de Contractibus cap. 2. q. 3 Responsione 1., et alii quamplurimi. Tertia
vero sententia distinguit inter contractus lucrativos, ut sunt promis-
sio, donatio, testamentum, legatum, commodatum, Precarium &c.,
et inter contractus onerosos, ut sunt emptio venditio locatio
conductio &c., atque docet, contractus primi generis naturali jure
esse invalidos, contractus vero secundi generis naturali jure attento
esse validos. In tanto itaque Doctorum dissidio sit

Propositio prima. Contractus ex metu gravi ab extrinseco
95 injuste incusso ad extorquendum consensum initi jure naturali non
sunt irriti, seu invalidi. Ita cum secunda sententiae Patronis, quam
satis communem vocat P. Antoine.

Probatur. Contractus, de quibus in praesenti disputa-
mus, ipso naturali jure spectato, metu injuste incusso ad extor-
quendum consensum ablato, revera est verus et obligator

ut ex ipso Questionis statu supponimus atqui ipso, jure naturali spectato, prædictus metus ita se habet, ac si revera non esset, ergo &c. Prob. min. Ipso jure naturali spectato ad valorem contractus nihil aliud requiritur, quam habilitas personarum ad contrahendum, capacitas rei, ut contractui subjiciatur, et, si contractus est onerosus, æqualitas rei ad rem, et mutuus moralis consensus utriusque contrahentium sufficienter notus; atqui metus etiam injuste incussus ad extorquendum consensum, quantum est de se, nec reddit personas inhabiles ad contrahendum, neque rem efficit incapacem, ut contractui subjici possit, neque de se inducit inæqualitatem rei ad rem, ut meditanti patet, item neque aufert mutuum moralem consensum utriusque contrahentium sufficienter notum; nam metus quicunque sit, ut supra diximus, non tollit voluntarium simpliciter tale sufficiens ad actum humanum liberum, quinimo ad peccatum; ergo &c.

Confirmatur. Contractus per dolum celebrati naturali jure spectato, non sunt irriti, et invalidi, ut patet in matrimonio per errorem circa qualitatem personæ, puta circa nobilitatem, divitias, virginitatem &c. contracto; licet ceteroquin ad matrimonium ea omnis libertas, quæ ad quemcunque alium contractum est necessaria, requiratur; ergo et ipso naturæ jure attento, contractus per metum etiam injuste incussum celebrati: siquidem metus, et dolus in jure æquiparantur ut patet ex Capit. Quamvis, de Pactis in 6. Unde in Leg. Dolo, ff. de inutilib. stipulationib., generatim de omnib. contractib. sancitum juris definitur esse validos; licet exceptione doli mali, vel metus veniant irritandi: et in Capit. Propositum, de eo, qui duxit in matrimonium, dicitur, deceptorem non posse a contractu resilire, cum deceptus contractui stare velit: quæ jam dici non possent, si prædicti contractus, nempe per metum celebrati ipso jure naturæ essent invalidi. Hinc sicuti valet Baptismus per metum susceptus, ut patet ex Capit. Majores, § Item quæritur, de Baptismo; ita et dicendum est de contractu; ergo &c.

16 Propositio 2da. Contractus cujuscunque generis, sive lucrativi, sive onerosi per metum etiam injuste incussum ad extorquendum consensum celebrati, paucis exceptis, jure etiam positivo spectato, non sunt ipso facto irriti. Ita cum præcitatis Doctoribus communis sententia.

Prob. ex utroque jure. Nam in Capit. Abbas de iis, quæ vi, metusve causa Alexander III. mandans, coactum per metum renuntiare Beneficio in integrum restitui, hanc reddit rationem: Quia quæ metu, et vi fiunt, debent in irritum revocari. Et Innocentius III. idem præcipiens in Capit. Ad audientiam eodem titulo hanc subjungit rationem: Quia quæ vi, metusve causa fiunt, carere debent robore firmitatis: In Leg. autem Venditiones de his, quæ vi, metusve causa gesta sunt, ita definitur: Venditiones, Donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt, præcipimus infirmari: Et in Leg. Si mulier relata num. 83

ita concluditur: Sed per Doctorem restituendus sum, ut obtinendi mihi potestas tribuatur. Jam vero actus, qui in irritum revocari, qui sua firmitate spoliari, qui infirmari, qui tandem per judicem ad suum pristinum statum restitui debent, non sunt ipso facto irriti, et invalidi, sed solum irritandi, ac invalidandi, ut per se patet, quia secus, deest si ipso jure invalidi essent, frustra prosciberentur, ut irritarentur; ergo ipso jure positivo attento contractus per metum &c.

Quod et ipsa ratio probat: siquidem contractus habens omnia requisita jure naturali spectato necessaria ad eiusdem valorem nequit dici jure positivo invalidus, nisi ostendatur jus clarum talem invalidans contractum; atqui ex una parte contractus per metum etiam injustum incussum ad extorquendum consensum jure naturali spectato habet omnia requisita necessaria ad ejusdem valorem, ut patet ex superiori propositione; ex alia vero parte, paucis exceptis contractibus, ostendi non fit jus clarum illum invalidans, ut ex objectionum solutione patebit; ergo &c.

Notanda autem sunt primo verba illa: Paucis exceptis: in propositione posita. Nonnulli enim sunt contra-
72 ctus per metum injuste incussum ad extorquendum consensum initi, qui ab ipso jure positivo invalidantur, et irriti ipso jure declarantur. Inter hos autem primo est Matrimonium, ut constat ex Capit. 13, 14, et 15. De Sponsalibus, et Matrimoniis. 2do est professio Religiosa, ut habetur in Capit. Perlatum, De iis, quae vi, et ostenditur ex Decreto Concilij Trid. sess. 25 Cap. 19 De Regularibus decrementis, quod ille, qui praetendit, se per vim, et metum Religionem ingressum, non audiatur nisi intra quinquennium a die professionis reclamaverit. 3tio nulla ipso jure est promissio, vel traditio rerum ecclesiae, ut decernitur in Capit. Perveniet, De jurejurando. 4to nulla est ipso facto absolutio ab excommunicatione, suspensione, vel interdicto, vel eorum revocatio, ut decisum est in Capit. unico, De iis, quae vi, in 6. 5to jure communi attento ipso jure nullus est usus testium per vim coactorum in Testamentis, ut habetur in Leg. Qui Testamento, § ultimo, ff. De Testamentis. 6to jure pariter communi spectato nulla ipso facto est promissio, et obligatio facta in gratiam ejus, qui aliquem metu gravi ad hunc finem injuste incusso in carcerem conjecit, vel in eo detinet, ut decisum est in Leg. Qui in carcerem, ff. De eo, quod metus causa, ubi dicitur: Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueretur: quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti sit. Ubi notabis verba illa: Ad hunc finem: Nam si ad alium finem, puta ob delictum quis recte in carcerem sit detrusus, et tunc, ut libertatem acquirat, aliquid promittat, tunc juxta probabiliorem sententiam valida est promissio, ut quamplures tenent Doctores apud Fagnanum &c. [illegible] Tract. 2. Disp. 1 Dub. 9. num. 2. Itaque hi sunt praecipui actus, in quibus contractus aut quicumque alij actus facti per metum injuste incussum ad extorquendum consensum sunt ipso facto nulli secundum jus positivum, prout communissime tenent Doctores.

73 Alij vero casus, de quibus inter Doctores in utramque partem controvertitur, sunt sequentes. Primo dubitatur de sponsalibus, an validae sint ipso jure, et ipso facto

invalidi, an tantum irritandi veniant, si per metum injuste incussum ad extorquendum consensum inita fuerint? 2do de Voto, an nempe ejus promissio, et solutio dicto metu extorta sit ipso facto irrita? 3tio de Constitutione Procuratoris ad negotia? 4to de jurisdictione data, vel prorogata per dictum metum? 5to de sententia per metum lata à judice? 6to de Renunciatione Beneficij? 7mo de contractu facto cum Pupillo per auctoritatem Tutoris metu prædicto extortam? Denique, multis alijs, dubitatur, an si quis metu etiam injuste incusso ad extorquendum consensum cogatur indeterminatè contrahere matrimonium cum aliqua ex pluribus tali, teneat matrimonium? Verum cum de his suis in locis dicendum erit, hic supersedeo, et aliàs mentem meam aperiam. Interim de hoc vel consulere poteris Delad loco citato, ubi diffusè hæc dubia examinat, et solvit.

99 Notanda secundò sunt verba illa: Non sunt ipso facto invalidi. Siquidem dictos contractus irritabiles, atque rescindendos esse, satis clarum est ex citatis textibus utriusque juris pro utraque propositione. Cujus et ratio est, quia nempe metum illum incutiens injuriam intulit metum passo; quæ injuria tolli non potest nisi per rescisionem contractus, si hanc compensationem velit injuriatus: et proinde etiam ante sententiam judicis contractus erit rescindendus, si metum passus id exigat, utpote cum manifesta, et clara sit injuria illata. Quæ doctrina et locum habet primò, ubi metus etiam non esset incussus ad extorquendum consensum, sed ob alium finem; utpote cum et tunc verum sit, quod metum incutiens injuriam intulerit metum passo: 2do et locum habet, ubi metus ad extorquendum consensum incussus fuit à tertia persona, ut deducitur ex capit. Ad aures, et ex Capit. Abbas, de ys, quæ vi, in quibus Summus Pontifex mandat eum, qui metum injustè passus fuerat etiam à tertia persona, reddi suæ ecclesiæ, quam renunciaverat. Et clarius in leg. si cum exceptione § In hac actione. ff. de eo, quod metus causa, ubi etiam decernitur: In hac actione non quæritur, utrum is, qui convenitur, an alius metum fecerit: sufficit enim hoc docere, metum sibi esse illatum, vel vim. Ex quibus etiam patet, metum injustum passum, jam suam repetere posse etiamsi sit in manu etiam tertij, qui nullo modo prædicto metui cooperatus est, eamque bona fide detineat.

100 Oppones contra utramque propositionem. Atque ex mutuo, libero, et voluntario utriusque partis consensu nullus contractus sive jure naturali, sive positivo fit esse validus, atqui ubi metus gravis injustè incussus ad extorquendum consensum intervenit, prædictus consensus non habetur. Nam ut dicitur in Capit. Cum locum, de sponsalibus, locum non habet consensus, ubi metus, vel coactio intercedit: et in leg. 117. ff. de Regulis juris: Nihil consensui tam contrarium est, quàm vis, atque metus. Ergo etc. Præsertim cum nimis durum sit, aliquem sua contra propriam voluntatem privari, ut in casu accideret.

Respondetur primò: Consensus per metum extortus est consensus per actionem injustam, et per injuriam extrinsecus

Sed hujusmodi consensus non potest dici ad contractus valorem suffici- 102
ens, quia secus quis per injuriam, et actionem injustam, posset alte-
rius rei dominium acquirere, et sic ex iniquitate sua lucrum repor-
tare; quod non est dicendum, ~~utpote~~ cum nullo modo dici possit
jus naturae, aut jus positivum injuriae, aut injustitiae favere; ergo &c.
Confirmatur 2do. Si consensus per metum injuste ~~extortus~~ suffice-
ret ad valorem contractus, in metum incutientem per talem
contractum transferretur verum dominium rei contractui subj-
ectae: siquidem de ratione legitimi contractus est transferre do-
minium, et jus rei contractui subjectae: Hoc dici non potest, et
primo ~~ex~~ leg. Metum autem praesentem, §. Volenti, et §. [illegible], ff.
de eo, quod metus causa, ubi conceditur actio ei, qui metum pas-
sus est, non solum in personam, sed etiam in ~~[illegible]~~ rem, hac
ratione reddita: Quia res in bonis ejus est, qui vim passus est;
2do, quia si metum incutiens dominium bene acquireret, bene si
ille haberet creditores Antiquiores, et Privilegiatos, tales praefe-
rendi essent in re illa ipsi, qui coactus metu rem tradidit: 103
Quod est contra communissimam omnium sententiam, 3tio, quia qui per
metum coactus promisit, de debitum jam [illegible], eam tradere
teneretur metum incutienti; quod est falsum, et tantum
abest, quod sic verum, quod quilibet metum incutiens, rem si
apud se habeat, statim reddere tenetur; ergo &c. Et pro-
inde hic locum habeat, quod dicitur in leg. Qui in carcerem,
num. 97. relata Confirmatur 3tio praesertim quoad contractus gra-
tuitos, seu lucrativos. Ut donatio &c., et promissio gratuita va-
leat, requiritur voluntas liberalis, et gratuita. Haec siquidem
in hujusmodi contractibus est titulus dominium transferendi; at-
qui ubi intervenit metus gravis injuste incussus ad extorquen-
dum consensum, ibi non invenitur voluntas liberalis, et gratu-
ita, ut patet; ergo sicuti solutio usurarum ipso naturae jure est
nulla, quia ibi deficit titulus liberalis, et gratuitus ad ejus valo-
rem, ita [illegible] quod vel suadetur per leg. Donationes, ff. de do-
natione, ubi dicitur: Dat aliquis ea mente, ut statim velit ac-
cipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti: et propter nullam ali-
am causam facit, quam ut liberalitatem, et munificentiam exerceat;
haec proprie donatio appellatur. ~~Ex~~ qua [illegible] sic subsumo: Atqui
qui metu gravi impulsus donat, non donat ea mente, ut nullo
in casu ad se revertatur res tradita, neque donat ea [illegible]
causa, ut liberalitatem, et munificentiam ostendat; ergo &c.
Resp. concessa majori negando min. Nam ut
104 à num 83 ostendimus, sub metu gravi, quicumque sit, remanet
consensus ad peccandum sufficiens. Hinc Cajet. cit. loco:
consensus ad peccandum venit de consensu omnino, et pure libero, et volunta-
rio et absque injuria extorto, sine quo certe matrimonium ut-
pote vinculum omnino indissolubile ex juris dispositione nullum
est, et proinde verum est, quod locum non habeat consensus ad
matrimonium sufficiens, ubi metus, et coactio injuste intervenit.
Quod idem et dicendum est ad oppositam legem 117, quae ut ibi
de canonit. Glossa, loquitur de voluntario spontaneo, non autem
simpliciter libero, et voluntario, quem metus certe non tollit, ut
supra diximus, licet tollat voluntarium spontaneum.

102. Ad primam confirmationem concessa majori, nego minorem, ad cujus implicitam probationem fateor, neminem ex injuria, et actione injusta posse immediate acquirere dominium rei alienae, falsum autem est, neminem ex injuria, et actione injusta mediate tale dominium acquirere posse, ut patet in Filio Patrem occidente, qui jam licet ratione tam indignae actionis Paternam haereditatem non adeat, sed ratione juris successionis, altero mediante tanta iniquitate haereditatem capit. Sic in casu nostro non ratione injuriae per metum illatae metum incutiens immediate acquirit dominium rei subjectae contractui, sed ratione juris exorti ex contractu, licet mediante metu id totum fiat. Atque ex his patet etiam, verum esse, jus naturae positive non favere injuriae ac injustitiae, eam nempe approbando, licet postea falsum sit, jus naturae non favere negative injuriae ac injustitiae, quatenus nempe in casu nostro, supposito contractu ex metu inito, illum non irritat, et invalidat, sed ad eum mere negative se habet, nempe illi non contradicendo.

103 Ad secundam confirmationem dico: Si consensus per metum injustum extortus sufficeret &c., transferretur verum dominium, sed infirmum, et revocabile concedo, firmum, et irrevocabile nego majorem, et sub data distinctione concessa, et negata minori nego consequentiam. Licet enim in casu in metum incutientem per contractum celebratum transferatur dominium rei contractui subjectae; cum tamen talis contractus ad instantiam metum passi de jure veniat rescindendus, dominium illud non est firmum, et stabile, sed satis infirmum, et instabile; et proinde tale, ut ex eo parum utilitatis perveniat metum incutienti. Hinc ad primam minoris probationem, nempe ad Leg. Metum autem praesentem, facilis est responsio. Minime siquidem dicitur, rem esse in bonis metum passi, quia eam facile secundum jus recuperare potest; et proinde in jure habens actionem utilem, et facilem in rem, eam habere dicitur sicut habetur in Regula 15. ff. de Regulis juris, ubi dicitur. Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

Ad 2dam negatae minoris probationem nego sequelam, quia cum ad instantiam metum passi de jure rescindi debeat contractus, et per restitutionem metum passi resolvatur omne jus quod in re illa metum incutiens habebat, consequens est, illius creditores nullum jus amplius habere ad illam rem; quia eorum jus in illius jure fundatum erat. Mirum hic facit, quod Bartolus in Leg. si ex duobus. § sed et Marcellus, ff. de in diem Addictione ait: Resoluto jure emptoris per pactum addictionis, resolvitur jus ejus, qui ab eo rem accepit.

Jam dein ad tertiam negatae minoris probationem dico majorem: Qui per metum coactus promisit se daturum pecuniam, eam reddere tenebitur metum incutienti, si nolit, se uti jure, et beneficio rescissionis contractus, injuriam condonando concedo; si velit, se tueri jure rescissionis nego majorem, et sub data distinctione concessa, et negata minori, nego consequentiam. Quemadmodum enim si Petrus sit debitor, simul et creditor Pauli, debitumque ex utraque parte sit aequale, ejusdemque naturae, saltem in foro conscientiae solvere non tenetur Paulo petenti, si actione sua se tueri velit; licet teneatur, si

retinere nihil, sed creditum suum condonare; ita et in casu proposito [illegible] est. Atque id, quod addimus, ultro concesso, metum iniustè incussum ... [illegible] rem acceptam teneri restituere, cum metum passus injuriam non remisit, quamvis à metum passo remittente tradere, petere non posse promissum, hoc tamen non fit defectu dominii, aut juris acquisiti ad petendum, sed ratione injuriae illatae, sicuti [illegible] debitor suo creditori tenetur dare pecuniam, non defectu dominii, quod in rem habet, sed ratione juris, quod est in creditore, [illegible] exigendi, et accipiendi. Et ex his patet, [illegible] in [illegible] casum, non urgere. Talis siquidem casus est ex exceptis, ut diximus num. 91, nisi vel dicere velis cum Salmanticensibus de contractibus Tract. 14. Cap. 1. Pun. 2., illum aut similes contractus in jure dici nullius momenti, [illegible] rescindendos.

104 Ad tertiam confirmationem respondeo, quod licet ad donationem, et promissionem gratuitam perfectam, firmam nempe, et irrevocabilem requiratur voluntas omnino absoluta, et simpliciter liberalis, et gratuita, attamen ad donationem et promissionem gratuitam imperfectam, videlicet non omnino firmam, sed revocabilem non requiratur voluntas omnino absoluta, et simpliciter liberalis, et gratuita, sed sufficiat voluntas, et simpliciter libera, et voluntaria, ut clare innuitur [illegible] Variationes num. 96 in probatione nostrae assertionis [illegible] relatam; quae voluntatem meam potiores habet. Atque urget [illegible] in solutione usurarum petita; Ubi enim auctarium propter [illegible] mutuum datur, deficit animus transferendi dominium: datur tunc [illegible] auctarium tanquam pretium mutui, quod pretio dignum non est. [illegible] usurarium acquirere dominium [illegible] animo transferendi dominium [illegible] nostrae sententiae. Atque ex his [illegible] patet etiam de [illegible] Donationes. Ea siquidem loquuntur de donatione omnino nempe firma, et irrevocabili, non autem de quacumque donatione, et [illegible] in qua [illegible] Donationis species [illegible]

105 [illegible] addendum, hec [illegible] non disputari. Nos licet quoad dominium restitutionis [illegible] metum [illegible] ad reddendam rem acceptam metum incutientem aequè teneri [illegible] contractus per metum [illegible] jure invalidi, sive tantum rescindendi variant, id tamen scire posse [illegible], et quidem quoad praxim multum [illegible]. Si enim V.G. dicamus, renunciationem Beneficii per metum factam ab initio validam, Beneficiatus in beneficii [illegible] amplius ornari non tenebitur, neque ad [illegible] beneficii amplius [illegible] potuit: [illegible] si [illegible] nulla [illegible] renunciatio taliter facta: similiter si testamentum per metum factum ab initio [illegible] per sententiam judicis rescindendum [illegible] ab intestato non potuit statim adire haereditatem, [illegible] si vel ab initio fuit nullum: Item, ut alia omittam, si sponsalia per metum etiam gravem celebrata à suo initio fuerint valida, [illegible] contrahatur impedimentum publicae honestatis, [illegible] rescinduntur; [illegible] si vel ab initio [illegible]

Consectarium

206. Ex his, quæ de metu gravi injustè incusso ad extorquendum consensum diximus, talem namque metum nunquam jure naturæ, non nisi verò autem jure positivo ipso facto irritare contractus præsertim sua rescindibiles, sed solùm irritandos efficere, constare debet, veluti à fortiori metum vanum, impactis scilicet omnibus, levem nullos contractus ipso facto irritare, saltem matrimonio et professione religiosa exceptis de quibus Doctores varia sentiunt. Cum enim metus inspectis omnibus levis facilè repelli sit, merito censetur, suâ sponte, et omninò voluntariè consentire voluisse, qui talem metum passus est; et adeò si quæ tunc injuria intervenit eam sponte nàti voluisse. Quare non atque verò in jure metum levem etiam injustum passo denegatur actio ad contractus tali metu initos rescindendos; quia, ut dicitur in lege Metum autem, 6 ff. de eo quod metus causa. metus vani hominis non est justa excusatio, sed is qui in constantissimum cadit. Quod consentaneum verè est pro foro externo, utpote cui et rationi necessarium sit ad propè innumeras lites impediendas. Quid verò nostrò sit pro foro interno, de quo dissidium est inter Doctores. Alij quidem stantes à valore talium contractuum tam pro foro externo, quam interno: Alij negantes obligationem pro foro conscientiæ ad ijs standum: Alij denique distinguentes inter contractus lucrativos, et onerosos; sicuti supra diximus de patiente metum gravem. Hæc de involuntario ex metu. Nunc.

Articulus tertius.

De Involuntario ex concupiscentia.

207. Concupiscentiam, quæ, prout hic à Theologis sumitur, est passio, seu animæ sensitivæ motus bonum sensibile prosequens, aut malum sensibile fugiens, secundum se spectatam, nullo voluntatis motu, seu consensu, complacentia aut desiderio ejusdem motibus accedente in ordine morali malam non esse constat ex Trid.no Sess. 5. in Decreto de Peccato Originali anathematizante omnes eos, qui eam verè, et propriè peccatum esse senserint, ut proinde meritò S. Pius V., et Gregorius XIII damnaverint duas sequentes Michaelis Baij propositiones, quarum prima est ordine 50. ita sonans: Prava desideria, quibus ratio non consentit, et quæ homo invitus patitur, sunt prohibita præcepto Non concupisces: Altera ordine 51. est hæc: Concupiscentia, sive lex membrorum, et prava ejus desideria, quæ inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia. Ex quibus et constare debet, motus illos concupiscentiæ qui ità vehementes sunt ut præveniant perimantque rationis et libertatis usum, et sunt motus primò primi, nullo modo dici posse esse peccata, neque ad ullam theologicam imputari. Cum enim ex cognitione, et rationis advertentia non procedant, nullo modo sunt voluntarij, et liberi. Hinc tota difficultas de involuntario ex con

concupiscentia describitur, et procedit ex illis concupiscentiis, seu passionis motibus, quæ licet aliquando ipsam rationem turbent, nunquam rationis usum omnino tollunt. Hæc autem alia est actualis, et alia consequens. Concupiscentia actualis est, quæ voluntatis actum præcedit, et voluntatem alliciat, et moveat ad prosequendum amore, aut odio aversandum objectum aliquod, ut cum quis viso objecto pulchro, et amabili excitatur ad ejus amorem, et desiderium, aut viso objecto opposito, seu contrario, v.g. inimico excitatur ad vindictam. Concupiscentia consequens est, quæ ex propria voluntatis actu oritur, et cum ex deliberatione voluntatis excitatur passio in corpore: et hæc concupiscentia licet sæpius sit ipsa simpliciter consequens, potest tamen etiam actualis, si rursus et ipsa deinde excitat, et movet voluntatem ad ulteriora, v.g. ad consummandum opus concupitum. His notatis sit

108 Propositio prima. Concupiscentia actualis per se, et ratione sua non causat involuntarium positivum ne quidem secundum quid tale; frequenter tamen causat per accidens. Ita communiter Doctores cum S. Thoma 1. 2 Q. 6. A. 7. in corpore contra quosdam, quod concupiscentia non causat involuntarium: sed magis dum, quod concupiscentia non causat involuntarium: sed magis facit aliquid voluntarium: et ad 2dum, cum reposuisset discrimen inter operantem ex metu, et operantem ex concupiscentia, ita concludendo: ideo quod per metum agitur, quodammodo est involuntarium; sed quod per concupiscentiam agitur, nullo modo. Atque prima pars suadetur hoc medio. Ad hoc ut actus aliquis sit, et dicatur involuntarius vel debet esse a principio extrinseco, et a voluntate distincto, vel quamvis a voluntate tanquam ejus principio intrinseco sit, debet tamen cognito objecto voluntas [illegible], vel saltem debet haberi contra voluntatis inclinationem naturalem, seu cum nolitione, aversione, displicentia, et tristitia quadam illius; atqui id, quod ex concupiscentia, seu ex sensitiva [illegible], ut primus non procedit a principio extrinseco, seu a voluntate distincto ut manifestum; 2do concupiscentia ratione sua, et per se non tollit cognitionem objecti volito, quin potius, cum applicat intellectum ad rationem objecti ejus secundum delectabilitatem, magis attendere facit ejus cognitionem sub ratione delectabilitatis [illegible], sub qua voluntas illud in eo [illegible]: 3tio neque stante vi concupiscentiæ actus fit contra voluntatis inclinationem naturalem, seu cum nolitione, aversione, displicentia, et tristitia quadam illius quin potius concupiscentia per se facit, ut cum majori delectatione, et complacentia se efferat voluntas in objectum volitum [illegible] ipsum concupiscentia [illegible] est, ergo [illegible].

Secunda propositionis pars in suo hoc modo. Concupiscentiam actualem frequenter per accidens causare involuntarium secundum quid contingit eo, quod concupiscentia frequenter ratione sua moveat, et alliciat voluntatem ad tale volitum, quam vi concupiscentiæ ablata, deposito nollet voluntas, et a quo stante etiam concupiscentia ab alia causa [illegible], et [illegible] aliquo modo licet inefficaciter retrahitur, atqui [illegible] aliquo modo contingit, ut in [illegible] patet. Siquidem hoc frequenter contingit, ut [illegible], qui licet abstracti, peccatores non non [illegible], cujus motus cedant alii attento et [illegible] concupiscentiæ [illegible]

ratione, et honestate virtutis nollent ita operari: unde hinc fluere illud Apostoli Rom. 7. Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio; ergo etc.

109 Propositio secunda. Quamvis concupiscentia antecedens augeat potius, quam minuat voluntarium imperfectum, seu spontaneum, regulariter tamen minuit voluntarium perfectum, aut liberum. Ita cum communi sententia.

Prima pars probatur. Illud non minuit, sed potius auget voluntarium imperfectum, seu spontaneum quod voluntatem inflammat, afficitque, ut ardentius, et majori cum intensione, ardore, et inclinatione in objectum feratur, quin ullo modo rationem, seu cognitionem objecti concupiti, seu voliti, quoad voluntarium impediat; atqui concupiscentia antecedens ex una parte voluntatem inflammat et afficit, ut ardentius, et majori cum intensione, ardore, et inclinatione in objectum feratur, ut ipsa experientia constat, et videre est in homine, qui mulierem diligit, inimicum odit etc., atque ostendit illud Jacobi. Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, et illectus; ex altera vero parte praedicta concupiscentia nullo modo rationem, seu cognitionem objecti concupiti, seu voliti, quoad voliti impedit: Nam licet concupiscentia rationem turbat, et impediat, quominus advertat ad ea, quae ab objecto volito retrahunt, scilicet ad turpitudinem actus, injustitiam, offensam Dei etc., non tamen impedit, quominus advertat ad sensibilem delectabilitatem sensui congruam, quinimo efficit, ut intensius haec percipiatur, ut cuique notum est, ergo etc. Altera propositionis pars non multo ostenditur. Ad voluntarium perfectum nedum requiritur inclinatio, seu propensio voluntatis, atque cognitio objecti voliti, sed etiam eorum, in quibus est actio, seu adjunctorum quae actum circumstant: Ad voluntarium vero liberum praeterea requiritur indifferentia voluntatis ad utrumlibet libertatis extremum. Propositio haec quoad primam partem patet ex voluntarii perfecti notione. Quoad secundam vero ex ratione libertatis. Atqui in primis concupiscentia antecedens minuit saepe cognitionem adjunctorum, quae objectum concupitum circumstant. Efficit siquidem, ut operans vix advertat ad ea, quae ab actu retrahunt, ut cuique manifestum est: secundo et minuit indifferentiam ad utrumlibet libertatis extremum. Per concupiscentiam enim magis in unam, quam in alteram partem operans inclinatur, juxta illud Trahit sua quemque voluptas. ergo etc. Accedit, quod concupiscentia antecedens minuit peccatum, prout docet Angelicus Praeceptor 1. 2. q. 77. a. 6. in c., atqui quod peccatum minuit, minuit etiam voluntarium, et consequenter liberum; ergo etc. Ubi tamen advertas concupiscentiam antecedentem non necessario rationis usum tollentem, de qua jam loquimur, ex augmento afficere, ut peccatum ita minuatur, ut de mortali fiat veniale, cum vix accidat, ut superiorem advertentiam ad gravem malitiam non relinquat.

110 Propositio tertia. Concupiscentia, quae simul sit consequens, et antecedens, non minuit, sed auget voluntarium, et peccatum. Ita cum divo Thoma 1. 2. q. 77. a. 6. in c., ubi S. Doctor, cum concupiscentiam distinxisset in antecedentem, et consequentem

atque minorem peccatum minuere desistat ita potenior [illegible]
consequenta subjungit. Porro autem consuetudo non diminuit pecca-
tum, sed magis auget, vel potius est signum magnitudinis ejus,
in quantum scilicet demonstrat intensionem voluntatis ad actum
peccati. Et sic verum est, quod quanto aliquis majori libidine, vel 113
concupiscentia peccat, tanto magis peccat. Haec Angelicus Pra-
ceptor, ex quibus et ipsa ratio eruitur. Talis enim concupiscentia
est affectus ipsius voluntatis, quae in semetipsa sponte, libere, ac
[illegible] ardorem mali inflammavit, ac proinde affectus ma-
[illegible] insurgentes sunt intensius, ac ardentius voli-
ti, ergo etc. Hinc qui ex pravo habitu, ac mala consue-
111 tudine peccant, gravius peccant, ac qui ex concupiscentia sim-
[illegible] in peccata prolabuntur, quia cum voluntarie
[illegible] actus inde producentes sunt in se et
in causa libere, eoque majores, quo propensius feruntur in ma-
lum. Porro hi pravos suos habitus fovere censentur, qui eos
[illegible] negligunt. Immo peccant, quoties de prava sua con-
suetudine cogitantes, eam emendare non proponunt, aut
[illegible] in proximo peccati periculo immorari
[illegible] habitu, et consuetudine.
Ut proinde contra peccantes ex habitu, et consuetudine
[illegible] dictum fuerit in Concilio Cabaronensi 3. Can. 7. Tanto
graviora sunt crimina, quanto diutius animam infelicem 114
tenuerint: Et Innocentius XI. die 2. Martij 1679. merito proscripsit
propositionem sequentem, quae est 60: Non tenemur confessario in-
terroganti fateri peccati alicujus consuetudinem. Quae tamen locum
non habent in eo, qui per actus contrarios consuetudinem, et ha-
bitus suos malos pro viribus extirpare conatus est adhibendo re-
media ad id opportuna, et necessaria. Tunc enim habitus, et con-
suetudo [illegible] amplius non influ-
it in actus inde [illegible] intentionem emergentes, licet physice
influeret; quod tamen ad peccandum non sufficit.
Oppones contra primam, et secundam propositionem
112 [illegible] est, quod est a principio intrinseco cognoscente
singula, in quibus est actio [illegible] ex voluntaria dispositione. Atqui
concupiscentia [illegible] minuit, vel etiam impedit cognitionem singulorum
in quibus est actio [illegible] concupiscentia
[illegible]
[illegible] ergo concupi-
[illegible] voluntarium [illegible]
[illegible]
[illegible] minuit [illegible] ergo et voluntarium [illegible]
[illegible]
[illegible] voluntarii [illegible]
[illegible] Confirmatur [illegible] est 115
voluntas [illegible]
[illegible] voluntarium [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] peccati est actus

saltem secundum, ne involuntarius, cum conscientia ab eo continuo retrahat; ergo &c. Hinc sicuti metus causat secundum quid involuntarium; ita et concupiscentia. Nam sicuti timidus agit id, quod non ageret, si metus abesset; ita a concupiscentia victus agit id, quod non faceret, si concupiscentia abesset.

113. Respondeo distinguo majorem: Voluntarium perfectum illud est, quod est a principio intrinseco &c. concedo, vel omitto majorem: Voluntarium imperfectum, seu spontaneum illud est, quod est &c. nego majorem, et omissa minori nego consequentiam. Inter voluntarium perfectum et imperfectum, seu spontaneum illud discrimen intercedit, quod in voluntario perfecto necessario attenditur cognitio objecti voliti, rationis et earum, quae ipsum circumstant, seu quae et moveant, et retrahant ab illo: In voluntario autem imperfecto attenditur solum cognitio objecti voliti, praescindendo ab iis, quae ipsum circumstant. Jam vero licet concupiscentia v.g. loquendo de ea circa vindictam minuat cognitionem respectu rationum retrahentium voluntatem a vindicta, non minuit tamen, sed potius auget cognitionem, et apprehensionem mentis respectu rationum voluntati proponentium vindictam tanquam habentem rationem boni sensibilis; ergo &c. Atque ex his patet ad minoris probationem; sicuti et ad ultimam consequentiam, quae legitima esse non fit, nisi loquamur de involuntario negativo tali; falsa autem est de involuntario positivo tali, ut meditanti patet, cum ad hoc requiratur aliqua nolitio, et displicentia voluntatis.

114. Ad primam confirmationem omisso antecedenti nego consequentiam ad hujus primam probationem fateor, concupiscentiam autem minuere motum ab intrinseco, idest voluntatis indifferentiam ad utrumque contradictionis extremum, quia nempe statim, et quasi sine discursu in objectum suum trahit voluntatem. Falsum autem est, minuere motum ab intrinseco, seu voluntatis propensionem in objectum, in qua ratio voluntarii imperfecti, seu spontanei potissimum reposita est; non autem in indifferentia ad utrumlibet contradictionis extremum; cum ergo illam non tollat, sed relinquat, quinimmo augeat concupiscentia autem, dici nequit, concupiscentiam minuere voluntarium, licet minuat liberum. Ad 2am negatur consequentia, probatio, quae movit difficultatem, an divisio voluntarii in liberum, et necessarium sit substantialis, an accidentalis? de qua disputant Theologi variis rationibus, falsum esse principium, quod diminuta specie diminuatur et genus. Cum enim species plurimis constat, et genus, ea subsistere poterit quoad esse generis, quin subsistat, quoad esse speciei, ut vel constat in mortuo perdente formam aliquam substantialem. Quo eo magis verum est in casu nostro, quia [illegible] transeunte actu ab esse liberi, transit in esse actus necessarii, quae est species actus voluntarii.

115. Ad 2am confirmationem secundum satis probabilem Philosophiam negantem potentias animae ab ipsa anima distingui, atque asserentem, actum omnem vitalem, etiam rationalem partialiter produci, ac sustentari ab ipsa anima, neganda est propositio major. Contrarium hoc omisso, et data majori distinguo minorem: Sed quod est voluntati extrinsecum, et reali voluntatis inclinationi oppositum non fit causare simpliciter voluntarium concedo. Quod est voluntati extrinsecum, sed ejus reali

inclinationi consonu nego mi, et conseqa. Dato etiam quod vis con-
cupiscendi sit quid voluntati adequati extrinsecu. alia cum vo-
luntas de se, et ratione sui appetat nedu bonu honestu, sed etiam
delectabile, hinc cum concupiscentia ei proponat objectum de-
lectabile tanquam magis appetibile, tantu abest quod minuat,
ut quinimo augeat voluntariu. Sicuti accideret in casu quo
quis jam inclinatus est ad miserendu, si preces amicus, et ba-
rentes persone adjungantur. Tunc siquidem preces faciunt,
ut promptior sit misericordia: et ideo pariter a ...
urget adversariu. Ad 2tam confirmationem concessa majori
116 D. mi. sed peccatum spectata ratione, et alia causa à concupiscentia
vi est actus secundu quid involuntarius condo, spectata precisè
vi, et concupiscentie ratione nego mi, et conseqa. Argumentum hoc
probat, concupiscentia ante rem accidens causare involuntariu
secundu quid, ut et nos diximus num. 108: non autem per se,
et ratione sui causare involuntariu, quod nunc tantum in du-
biu cadit. Atque ex his ad paritatem à metu petitam disparitatem
assignat S. Thoas quest., et Art. citatis ad 2m inquiens:
Timor est de malo, concupiscentia autem respicit bonum: Ma-
lum autem secundum se contrariatur voluntati, sed bonum
est voluntati consonu. Unde magis se habet timor ad causan-
du involuntariu, quam concupiscentia.
Instabis. Concupiscentia saltem non au-
117 geat voluntarium etiam spontaneum. Probo. Peccatum ex ma-
litia gravius est peccato ex concupiscentia, sed malitia
non augeat voluntarium, ergo &c.
Respondeo nego assumptu, ad hujus pro-
118 bationem D. mi. Peccatum ex malitia gravius est peccato
ex concupiscentia, et hoc quia magis liberum condo, quia
magis voluntarium nego mi, et concessa minori nego con-
sequentiam. Peccatum ex malitia, utpote cum ex plena
libertate, sine ignorantia, sine passione committatur, Deest
ea gravius peccatis, que ex infirmitate, seu passione proce-
dunt cum hec non cum tâ plena rationis deliberatione
et advertentia fiant. Est non ideo plus voluntarii habet,
quod quinimò minus voluntariu est. Nam ubi major est
libertas, ibi major est indeterminatio, seu indifferentia:
ubi vero major est indeterminatio, seu indifferentia, ibi
minus est inclinationis, ac proinde voluntarii; ergo &c.
Vires contra 2dam partem 2æ propositionis.
119 Actio minus libera est actio minus meritoria, patet: nam ad me-
ritum theologicum requiritur libertas, atqui concupiscentia non
minuit meritum, quod quinimò adaugeat: Magis enim meretur
qui a concupiscentia tentatus abstinet V.G. à venereis, quam qui
ob defectus carnis nullo modo illectus caste vivere pergit; er-
go &c.
Respondeo D. mi: Actio minus libera est actio
120 minus meritoria, quando imminuta libertate minuitur diffi-
cultas operis eliciendi conc. quando imminuta libertate,
crescit difficultas operis eliciendi nego mi, et omissa minori
nego conseqa. Eo magis enim actio est meritoria, quo magis ...

ditur difficilis, et ardua: Porrò ubi intervenit concupiscentia ad malum inclinans, et excitans opus redditur magis difficile; ergo &c. Atque hæc sint de involuntario ex concupiscentia; quibus adde, nos supra locutos esse de actu, cujus concupiscentia est veluti causa; non autem de eo, à quo ipsa retrahit: concupiscentiam enim hunc saltem secundum quid involuntarium efficere posse non diffitear, cum hæc aliquam molestiam, tædium, et displicentiam in operante valeat generare.

Articulus quartus.

De involuntario ex ignorantia.

121 S. Thomas 1.2. Q. 76. A.2. in c. cum dixisset, ignorantiam à mera nescientia in hoc differre, quod nescientia præcisè dicat negationem scientiæ, seu cognitionis; ignorantia verò importet scientiæ privationem, docet, ignorantiam esse privationem scientiæ, seu cognitionis eorum, quæ quis aptus natus est scire. Quare mera nescientia in eo ab ignorantia discriminatur, quod ea dicat carentiam cognitionis in subjecto vel ex natura sua, vel in suo statu respectu illius incapaci: Hæc autem, nempe ignorantia dicat carentiam cognitionis in subjecto et ex sua natura, et ex suo statu illius capaci. Quare ignorantia propriè dicta definiri potest, Privatio scientiæ in subjecto pro tunc illius capaci. Ignorantia autem tum ratione subjecti, in quo est, tum ratione rei, quæ ignoratur, tum etiam ratione actionis, quæ ex ea fit, varias patitur divisiones.

122 Et primò ratione sui subjecti dividitur primò in ignorantiam simplicis privationis, et in ignorantiam pravæ dispositionis. Ignorantia simplicis privationis est carentia scientiæ, seu cognitionis alicujus rei, absque positivo errore contrario veritati ignoratæ: Talis ignorantia est in adulto rationis compote nescientia ea, quæ adhibita morali diligentia scire potest, quin tamen oppositum sentiat. Ignorantia pravæ dispositionis est positiva deceptio, et error veritati ignoratæ contrarius. Talis est Hæreticorum, et Infidelium ignorantia circa fidei, et Religionis Catholicæ Romanæ veritates: Hi enim nedum eas ignorant, sed insuper erroneè judicant, rem aliter se habere. Secundò ignorantia ratione sui subjecti dividitur in vincibilem, et in invincibilem, et vincibilis in affectatam, et non affectatam, et hæc in latam, crassam, seu supinam, et in non latam, non crassam, seu non supinam, seu levem. Verùm de his cum dixerimus in Tractatu De Conscientia Articulo secundo De conscientia erronea, num. 50. relege ibidem dicta, sicuti et relegas numerum sequentem, ex quo intelligas discrimen, quod inter ignorantiam vincibilem, et invincibilem intercedit, et habebis regulam dignoscendi, quandonam ignorantia dicenda sit vincibilis, aut invincibilis? Præterea relegas num. 55. ex quo percipias, quomodo error vincibilis superandus, et deponendus sit: Tandem et relegas totum Paragraphum sextum à num. 75. ex quo habebis, quo, et quanta diligentia uti quis debeat, ut ignorantiam suam vincibilem depellat.

123 Secundò ignorantia ratione rei ignoratæ alia est ignorantia juris, et alia est ignorantia facti. Ignorantia juris est cum ignoratur lex, ejusve obligatio, ut si quis nesciat hoc die urgere præceptum jejunandi, sacrum audiendi &c; et ignorantia hæc per ordinem ad præceptum ve-

ristatem varias patitur divisiones; et hinc alia erit ignorantia juris naturalis, alia juris divini positivi, alia juris positivi ecclesiastici, et alia juris civilis. Ignorantia facti est, quando quis ignorat factum aliquod esse prohibitum, quod tamen revera in se est illicitum, et prohibitum, ut si quis à longe se moveri videns ad feram jaculetur sagittam, hominemque ibi existentem occidat: item si quis nesciat, aut non advertat, non recordatur, hodie esse diem Veneris, aut Vigiliæ, aut carnem sibi appositam esse non carnem, eamque comedat. Quod exemplum addo, quia etiam inadvertentia, inconsideratio, et oblivio veniunt nomine ignorantiæ. Nonnemo hic addit ignorantiam pœnæ, quæ tunc accidit, cum quis scit adesse legem actionem aliquam prohibentem; attamen nescit in transgressores aliquam pœnam esse latam: Ut si quis sciat lectionem libri hæretici esse prohibitam; attamen nesciat, esse sub censura ecclesiastica vetitam.

124 Tertiò tandem ignorantia ratione actionis dividitur in antecedentem, concomitantem, et consequentem. Ignorantia antecedens, quæ et dicitur invincibilis, et est causa operis, ea est, quæ omnem voluntatis actum antecedit, ac proinde nullo modo est voluntaria, nec indirectè quidem; attamen est causa effectus, quatenus si ea abesset, nullo modo actus fieret: Talis est ignorantia venatoris, qui videns aliquid in sylva se moveri, ac post adhibitam diligentiam ad discernendum credens esse feram sagittam jaculatur, et amicum occideret; quia in casu talis ignorantia est causa actus, quatenus ea ablata revera sagittam non jacularetur. Atque hujus ignorantiæ antecedentis signum juxta Aristotelem 3 Ethic. cap. 1. est, cum quis facti statim pœnitet, postquam ignorantia remota fuit. Ignorantia concomitans, quæ et dicitur ignorantia, quæ non est causa operis, ea est, quæ non est volita, nec est causa actionis, in quantum ea etiam sublata adhuc fieret actio, quæ proinde non fit ex ignorantia, sed præcisè cum ignorantia: Talis ignorantia est in eo, qui post sufficientem adhibitam diligentiam, ne hominem occideret, inimicum latentem occidit, quem æquè occidisset, si ibi latere scivisset. Tandem ignorantia consequens, dicta etiam vincibilis, ea est, quæ vel directè, vel indirectè volita est, ut cum quis ignorat hunc diem esse jejunii, aut quia positivè noluit, aut neglexit inquirere: Et hæc quandoque est causa actionis, quandoque non, quatenus ea sublata adhuc fieret actio. His præmissis, et diligenter notatis sit

125 Propositio prima. Quælibet ignorantia consequens, seu vincibilis causat voluntarium simpliciter; involuntarium autem secundum quid, præsertim si non est affectata; et adeò dicta ignorantia non excusat à culpa, licèt eam minuat, si non est affectata. Ita Theologi cum S. Thoma 1. 2. q. 6. A. 8. in c. de prædicta ignorantia dicente: Cum ipsa ignorantia sit voluntaria aliquo istorum modorum (nempe directè, aut indirectè) non potest causare simpliciter involuntarium; causat tamen secundum quid involuntarium: Et q. 76. A. 3. in c. de ignorantia voluntaria propter negligentiam addiscendi concludit: Ideò talis ignorantia non totaliter excusat à peccato: Et A. 4. cum de eo, qui sua sponte nescit aliquid, ut liberius peccet, dixisset, quod talis ignorantia videtur augere voluntarium, et peccatum, subinde de eo, qui nescit, quia

in studio non vult laborare, subjungit: et talis ignorantia diminuit voluntarium, et per consequens peccatum.

126 Probatur autem per partes, et quoad primam vel ex eo patet, quod ignorantia consequens, seu vincibilis sit simpliciter voluntaria, et volita saltem in negligentia addiscendi; et adeo simpliciter voluntarius, et volitus est effectus ex ea secutus: siquidem qui vult causam, seu antecedens, ex quo sequitur effectus, seu consequens, vult etiam consequens, seu effectum. Accedit, quod illud est simpliciter voluntarium saltem indirecte, quod ita a voluntate procedit, ut potuisset, et debuisset non procedere, et quidem obligatione satis cognita, et animadversa; atqui quod fit ex ignorantia consequenti, seu vincibili, et culpabili ita a voluntate procedit, ut ~~jam~~ potuerit, et debuerit non procedere, et quidem obligatione satis cognita, et animadversa; ut patet, quia secus talis ignorantia non esset vincibilis, et culpabilis contra suppositionem; ergo etc.

127. Altera pars etiam suadetur vel ex eo, quod ex una parte ignorantia consequens, saltem non affectata impedit, ne mens peccatum, ejusque adjuncta in se saltem clare apprehendat, et ~~illud necessario~~ velit voluntas; ex alia vero parte id, quod ex ignorantia consequenti non affectata fit, non raro fit contra aliquam voluntatis inclinationem: qui enim ex ignorantia consequenti non affectata agit, plerumque ita affectus est, ut secluso tali ignorantia nullo modo operaretur, ut patet in eo, qui non facta sufficienti diligentia ad inquirendum rectus occidere feram, occidit hominem, solitus singulis diebus festis sacrum audire, hoc die festi sacrum omittit etc. Atqui id, quod cognitionem objecti minuit, et efficit, ut actus contra aliquam voluntatis inclinationem fiat, causat involuntarium secundum quid; ergo ignorantia consequens, seu vincibilis causat involuntarium secundum quid, saltem si praedicta ignorantia non sit affectata. Quod addidi quia ultro fateor, ignorantiam affectatam peccatum reddere magis voluntarium, quam si ea abesset. Tunc enim homo vult data opera ignorare, ut liberius peccet; et adeo ut cum majori, et ardentiori affectu feratur in actum propositum secundum rationem talis ignorantiae.

128 Atque ex his ceterae propositionis partes constare debent. Item quod voluntarium omnino non tollit, neque omnino aufert malitiam ab actione: Quod vero minuit voluntarium, et culpam diminuit. Quae et ex ipsis scripturis demonstrantur. Siquidem quod ignorantia consequens, seu vincibilis a culpa omnino non excusat, satis clarum est ex illo Num. 15: Si anima nesciens peccaverit, offeret capram anniculam pro peccato suo; et deprecabitur pro ea sacerdos, quod inscia peccaverit coram Domino impetrabitque ei veniam, et dimittetur illi. Item ex illo Actor. 3: Fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut et Principes vestri: cui congruit illud 1. Corinth. 2: Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Porro quod expiatione indiget, et venia, culpa non caret: item judaei Christum crucifigentes horrendum peccatum commiserunt, ignorantia ergo consequens,

seu vincibilis omnino a culpa non excusat: licet, si affectata
non sit, eam minuat, ut Luc. 12. inuit Xtus inquiens. *Ille ser-*
vus, qui cognovit voluntatem Domini sui, et non facit secun-
dum voluntatem ejus, vapulabit multis; qui autem non cogno-
vit, et facit digna plagis, vapulabit paucis. Qui enim mi-
norem poenam meretur, minus peccavit, ut per se patet. Quod
tamen ita intelligendum venit, ut non ita diminuat peccatum,
ut de mortali illud veniale reddat, nisi forte negligentia
fuerit levissima, aut saltem ita levis, ut in aestimatione
morali omittens ulterius inquirere gravis culpae redargui
nequeat. Quod quinimo cum communi sententia dicendum vide-
tur, ejusdem speciei peccato se obstringere, tam qui scien-
ter, quam qui ex culpabili ignorantia legem aliquam
transgreditur, tum quia utrinque peccatum eidem praece-
pto adversatur, et eidem virtuti opponitur; tum quia
idem numero respicit objectum; tum quia regulariter
circumstantiae speciem mutantes non interveniunt; er-
go etc. Dices contra primam propositionis partem.

129. Ex dictis laborans ignorantia consequente plerumque ita affectus
est, ut si adesset scientia, non ageret; ergo ignorantia con-
sequens plerumque causat simpliciter involuntarium; er-
go excusat a peccato. Prob. conseq. Ignorantia antecedens, seu invin-
cibilis non alia ratione dici potest causare simpliciter invo-
luntarium, quam quod eo laborans ita agit, ut non ageret,
si scientia adesset, ergo etc. .... Confirmatur. Nulla actio potest
dici voluntaria, nisi fuerit cognita, et volita; sed cum
quis ductus ignorantia consequente operatur, neque cognovit,
neque voluit malitiam actus, hanc enim ignoravit; ergo
etc. ..... Confirmatur 2do. Causa effectus ex ignorantia conse-
quenti secuti est negligentia addiscendi, atqui hae
non fuit positive cognita, et volita, ergo etc.

130. Respondeo concesso antecedente nego consequentiam, ad hu-
jus probationem nego antecedens. Non enim ideo solum ignorantia
antecedens causat simpliciter involuntarium, quia privat scientia,
quae si adesset, impediret id, quod ex ea fit; sed etiam quia ea
neque est directe, neque indirecte voluntaria, nec supponit
actum aliquem voluntatis, in quo tanquam in causa sit vo-
lita. Quare cum ignorantia consequens saltem indirecte sit
voluntaria, utpote cum supponat actum liberum volun-
tatis in quo tanquam in causa sit volita, licet excludat sci-
entiam, quae si adesset, actus non fieret, causat tamen volun-
tarium simpliciter, etiamsi id non praestet ignorantia
antecedens. Ad primam confirmationem dico: minorem. Nulla actio potest di-
ci voluntaria, nisi fuerit vel clare, vel confuse cognita, et si-
si fuerit vel directe, vel indirecte volita concedo, nisi fuerit
clare cognita, et directe volita nego minorem, et do maiorem: sed cum
quis ductus ignorantia consequente operatur, neque clare cogno-
vit, neque directe voluit malitiam actus omitto, neque confu-
se cognovit, neque indirecte voluit malitiam actus nego minorem
et consequentiam. Distinctio patet ex dictis. Nam malitia actus in ca-
su fuit saltem confuse cognita, quatenus ignorans scit,
vel dubitat se ignorantia, se esse constitutum in periculo peccan-
di: Deinde et talis malitia est saltem indirecte volita nempe
in negligentia voluntaria addiscendi.

Ad secundam confirmationem omissa majori nego minorem. Cum enim quis aliquo modo advertit, se teneri sibi procurare cognitionem legis, seu præcepti, ac se exponere periculo legem aliquam violandi, hoc ipso negligentia addiscendi est positivè cognita, et volita; ergo Deus.

131 Propositio secunda. Ignorantia concomitans de se, et purè talis neque positivè, et simpliciter voluntarium, neque positivè, et simpliciter involuntarium causat, sed præcisè non voluntarium, seu negatione involuntarium: id est opus ex ignorantia concomitante de se, et purè tali factum præcisè attenta ratione hujus ignorantiæ et secluso alio speciali voluntatis actu neque positivè voluntarium, neque positivè involuntarium dici potest, sed tantum non voluntarium, seu negatione involuntarium, et adeò talis ignorantia excusat à peccato. Ita communis sententia cum S. Thoma Q. 6. A. 8. citatis in ○ de ignorantia concomitante in hunc modum concludente. Et talis ignorantia non facit involuntarium, ut Philosophus dicit (nempe Lib. 3. Ethic. Cap. 1.), quia non causat aliquid, quod sit repugnans voluntati: sed facit non voluntarium, quia non potest esse actu volitum, quod ignoratum est: et Q. 76. A. 3. pariter citatis de ignorantia invincibili, qualis est concomitans ignorantia, de qua loquimur, dicente: Si verò sit talis ignorantia, quæ omninò est involuntaria, sive quia est invincibilis, sive quia est ejus, quod quis scire non tenetur, talis ignorantia omninò excusat a peccato.

Ex qua autoritate et ratio desumitur. Nam ex una parte illud non potest dici positivè, et simpliciter voluntarium, et adeò ad culpam theologicam imputabile, quod est omninò incognitum, nulloque modo, seu neque in se, neque in sua causa absolutè volitum: siquidem tum ad voluntarium positivè, et simpliciter tale, tum ad peccatum requiritur advertentia, et cognitio, et volitio: ex alia verò parte neque illud dici potest positivè, et simpliciter involuntarium, quod non repugnat inclinationi, quinimò est conforme propensioni ipsius voluntatis: involuntarium enim positivè, et simpliciter tale omnem rationem voluntarii excludit. Atqui ex una parte, quod fit cum ignorantia concomitante omninò est incognitum, nulloque modo, seu neque in se, neque in sua causa absolutè volitum: supponimus enim operantem præmisisse diligentiam moralem necessariam ad veritatem cognoscendam, et sciri non potuisse; et adeò ignorantiam esse invincibilem: ex alia verò parte et id, quod fit cum tali ignorantia, non est contra naturalem propensionem, sed secundum inclinationem operantis; quippe cum operans sit ità affectus ut si sciret, libentius operaretur, quinimò post factum sciens veritatem non dolet, sed gaudet, ut supponitur; ergo Deus.

132 Dixi autem Ignorantia concomitans de se, et purè talis. Quia licèt cum Sporer hic Tract. 1. Dogmat. Cap. 1. Sect. 4. § 2., cum Suarez Lib. 3. de Juramento Cap. 7., Sanchez, aliisque dicendum sit, cum tali ignorantia operantem non peccare, licèt sit habitualiter ità dispositus, ut vellet ac tum, etiamsi ejus malitiam adverteret, quia nempe habitus, tamen

neque meremur, neque demeremur, ac Deus non imputat homini peccata, quae faceret, si hoc vel illud in mentem veniret; sed illa gratiae attribuendum est, quod in animo de facto non incitat. Licet, inquam, id dicendum sit, attamen si de facto inter actualis animi ignorantia ad faciendum actum in se malum, V. G. ad occidendum hominem inimicum, tunc operans etiam cum ignorantia concomitante procul dubio peccabit, ut de se patet. Sicuti et talitur operans, si post factum habeatur gaudium, complacentia, et approbatio, theologice usque rursus [illegible]. Verum hoc erit extrinsecum ignorantiae, et adeo ratione ignorantiae actus non imputabitur, sed ex alia ratione, nempe ratione illius pravae dispositionis. Immo ut communius tenent Theologi apud P. Viva in expositione propositionis 2dae inter damnatas ab Alexandro VIII, talis prava dispositio non efficiat, ut actus in se spectatus sit voluntarius, V. G. ut sit voluntarium homicidium cum praedicta ignorantia patratum; et adeo qui ita occiderat, irregularitatem ex delicto non contraheret, neque excommunicationem si occisus esset clericus, sicuti neque onus restitutionis, si damnum aliquod secutum esset. Ratio est, quia talis prava animi dispositio, qua V. G. dicatur: Vellem nunc occidere inimicum, si ibi esset, non est causa, ut jaculetur sagitta, sed talis causa est voluntas absoluta occidendi feram. Atque ex his patet, quomodo intelligi debeat S. Thomas, dum 1. 2. Q. 76 A. 3. in 0 ait, ignorantiam concomitantem non excusare a peccato; ibi nempe S. Doctorem loqui de ignorantia concomitante cum prava actuali animi dispositione conjuncta. Quo in sermone loquitur in sequenti articulo, dum docet, praedictam ignorantiam nec augere, nec minuere peccatum.

133 Dices contra. Cum quis ignorantia concomitante ductus agit, V. G. credens occidere feram occidit hostem, tunc etiam isto actu concurrit cum intentione saltem habituali, vel etiam conditionata: Vellem hostem occidere, si scirem ibi adesse; atqui talis habitualis intentio, et actus conditionatus sufficit ad denominandum voluntarium tale homicidium; ergo etc. Probatur minor tum ex eo, quod talis habitualis intentio, et actus conditionatus ab actu tollit rationem involuntarii; tum etiam a pari. Nam in casu, quo quis ignorantia vincibili ductus amicum occiderat, existimans vulnerare belluam, habitualis intentio, et animus conditionatus non occidendi actum, seu homicidium reddere saltem secundum quid involuntarium; ergo etc....... Confirmatur. Ideo ignorantia tollit voluntarium, quia removet scientiam, quae, si adesset, impediret affectum; sed ignorantia concomitans non removet scientiam, quae si adesset, impediret affectum, quod quinimo tunc libentius poneretur; ergo etc.... Confirmatur 2do. Quilibet actus humanus vel est voluntarius, vel est involuntarius: nam nullus actus indifferens in individuo datur; atqui actus factus cum ignorantia concomitante non est involuntarius; ergo etc.

134 Respondeo omissa majori nulla nisi [illegible] primam subsumptionem dico, talem habitualem intentionem, et actum conditionatum tollere quidem ab actu rationem involuntarii positive talis; non vero negative talis; et adeo solum efficit involuntarium negative; non autem positive tale; quod jam concedimus. Atque ex his ad paritatem dico, et in eo casu [illegible] tunc. Nam intentionem non posse causare nisi involuntarium secundum quid negative; non autem positive tale.

Nã ad voluntariũ positivè tale requiritur, et quòd à voluntate proce-
dat, cũ propria illius cognẽ; et fiat secundũ actualem quandam volun-
tatis propensionem: sicut et ad involuntariũ positivè tale neces-
se est, ut fiat contra nãlem voluntatis propensionẽ, et absque
propria objecti cognẽ. Quòd neutrũ in casu nostro intervenit; er-
go &c. Ad primã contivẽ nego causalem absolutè
prolatam. Ea enim causalis licèt admitti possit, loquendo de
ignorantia, quę causat non voluntariũ, seu involuntariũ positivè
et simpliciter tale, negari tñ debet de ignorantia, quę causat non
voluntariũ, seu involuntariũ negãe tale. Ad hoc enim sufficit,
quòd à voluntate procedat absque objecti cognẽ. Separatũ omissa
causali D. mĩ: sed ignorantia concomitans non removet sci-
entiam, quę si adesset, impediret affectũ quoad sui entitatẽ,
seu substãm physicã concedo, quę impediret affectum quoad ratiõẽ
non voluntarij, seu involuntarij negãe talis nego mĩ, et con-
sequentiã. Quamvis verũ sit, quòd tam habita, quã non ha-
bita scientia, qua ignorantia concomitans privat operantem,
adhuc poneretur idem affectus physicè spectatus; falsum tñ est,
quòd idem affectus moraliter consideratus poneretur. Habi-
ta enim scientia, qua concomitans ignorantia privat, in ca-
su affectus est cognitus, et volitus, et adeò positivè volunta-
rius. Non habita verò dicta scientia affectus õinò incogni-
tus est; et adeò non volitus, et per consẽns saltem negãe in-
voluntarius; ergo &c. Ad 2dã contivẽ non inficior, quemlibet
actum hũi, quà hũi, seu sub eã ratiõe, quã cognitus, et vo-
litus, aut nolitus est, esse voluntarium, aut involuntarium,
secus verò dicendũ est de actu incognito, et invincibiliter
ignorato, ut per se patet: In casu autem ignorantię con-
comitantis actus est invincibiliter incognitus, et ignoratus
sub ea ratiõe, qua ignoratur; ergo non est &c. Hęc de igno-
rantia concomitante. Nunc

Propoõ tertia. Ignorantia verè
135 ãns, et invincibilis sive facti, sive juris, etiam nãlis,
causat involuntarium simpliciter, et absolutè tale, et pro-
indè excusat à peccato. Ita certissima õiũ Catholicorum
sententia contra Lutherum, Jansenium, eorumque asseclas con-
cedentes quidem ignorantiã antẽ, et invincibilem excu-
sare à peccato, si ea sit circa precepta, et leges positivas,
secus verò si sit contra precepta juris nãlis. Quorum
proindè sententia Romæ facile castigata fuit die 7 Xbris
1690, Alexandro VIII. damnante propoõem ordine secundũ hu-
jus tenoris: Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturę,
hęc in statu nãe lapsę operantem ex ipsa non excusat à pec-
cato formali. Et quoniã duabus partibus constat propoõ

Probo quoad primã hoc pacto. Quòd causat affe-
ctu õinò incognitũ, et nolitum, et repugnantem inclinati-
oni, seu propensioni tũ actuali, tũ habituali voluntatis,
causat involuntariũ simpliciter: Patet hęc propoõ ex notione
involuntarij simpliciter talis sub num. 60 tradita; atqui ignorantia
verè ãns causat affectum õinò incognitum, et nolitum, et repu-

quanto inclinationi, seu propensioni tum actuali, tum habituali voluntatis patet et haec propositio ex dictis a num. 129; ergo etc. Atque ex his constat et veritas 2dae partis nostrae propositionis. Nam, ut constat ex 46. propositione Michaelis Baij damnata a S. Pio V, Gregorio XIII, et Urbano VIII, voluntarium est de ratione, et natura peccati: et propositio est haec: Ad rationem, et definitionem peccati non pertinet voluntarium; nec definitionis quaestio est, sed causae, et originis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium. Unde S. Augus lib. 1. Retract. Cap. 13. ajebat: Usque adeo peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium: et S. Thomas 1. 2. Q. 76. A. 3 in O ajt: Ignorantia, quae est causa actus, quia causat involuntarium, de se habet, quod excusat a peccato, eo quod voluntarium est de ratione peccati: cum ergo ex dictis ignorantia voluntarium causat involuntarium simpliciter, excusat omnis, et invincibilis causat involuntarium simpliciter, excusat a peccato. Ubi non valet reponere, transgressionem legis in ea adhuc esse voluntariam in causa, nempe in voluntate Adae peccantis, ac peccato Originali Nam hoc effugium profligatum fuit a praefato summo Pontifice Alexandro VIII. damnante propositionem ordine primam, quae est: In statu naturae lapsae ad peccatum formale, et demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua, peccato originali, et libertate Adami peccantis.

136. Hujusque veritas ulterius suadetur scripturae auctoritate. Nam Christus Joan. 9 ajt: Si caeci essetis, non haberetis peccatum: et Cap. 15: Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Ex quibus ita argumentari licet: Atqui laborans ignorantia invincibili reverà caecus est, ita ut ei nunquam venit in mentem cogitare de malitia sui operis, vel si venit, morali adhibita diligentia veritatem inquirere non potuit, ergo etc. Cujus argumenti vis non eluditur dicendo cum Jansenij sectatoribus, eum loqui de jure positivo, utpote de sua doctrina, et praeceptis. Eadem enim est ratio tam pro ignorantia ... et invincibili juris naturae, ac juris positivi. Non enim alia ratione ignorantia invincibilis juris positivi a formali culpa excusat, quam quod legis transgressio tunc esset omnino involuntaria, seu quia, ut ajt S. Augus Tract 89 in Joan, non tenens opus legis in corde nec contempsit, nec restitit voci Christi, sed sincere dicere potest: Non vidi, non audivi: Atqui id ipsum dici debet, ut sit de invincibiliter juris naturae ignorante, ut patet, ergo etc.

Hinc merito S. Augus lib 3o de nat. et gratia Cap. 67. de invincibiliter ignorante indiscriminatim ajebat: Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras, sed quod negligis quaerere, quod ignoras. et Epist 48. Certe nullius criminis maculat nescientem; ergo etc. Et sane si ignorantia juris naturae, etiam dum invincibilis est, non excusaret a formali culpa, jam Deus praeciperet impossibilia, utpote cum esset obligatio ad observandum praeceptum, quod omnino ignoratur: Item et evenire posset, quod homo peccaret in iis actibus, quos necessitate compulsus faceret Quinimmo contrariae

possit, quod quis crederet, se teneri V. G. mentiri pro tuenda vita proximi: quo in casu, si ignorantia invincibilis non excusaret a peccato, jam peccaret mentiendo, ut vult adversarius, et etiam non mentiendo, cum ageret contra conscientiam; et adeo necessitate compulsus agere peccabit: Neutrum autem dici fit: Non jam primo, quia, ut docet Trid. sess. 6. cap. 11. Deus impossibilia non jubet. Non item secundum, ut constare debet ex propositione 67. Baji a S. Pio V., Gregorio XIII., et Urbano VIII. proscripta, quae est: Homo peccat, etiam damnabiliter, in eo, quod necessario facit: Ne ergo haec dicantur, fatendum est, ignorantiam antedictam, et invincibilem a culpa theologica omnino excusare; quia secus dicendum esset, etiam SS. Patres peccasse, et etiam nunc plurimos, sapientissimos, piissimosque Doctores sibi contradictoria sustinentes, et adeo nonnulla docentes, quae sunt contra jus naturae, ab ipsis invincibiliter ignoratum, peccare. Sed jam audiamus adversarios.

137\. Plurima sunt, quae contra eam doctrinam hactenus traditam congerunt Jansenistae, tum ab auctoritate scripturarum, et Patrum, tum a ratione petita, quorum plura jam solvimus in Tractatu de Conscientia, ubi utrumque Rigorismum rigidum nempe, et mitem rejecimus, et nonnulla expendimus in Tractatu de Legibus, ubi dari posse, et de facto dari ignorantiam invincibilem juris naturalis quoad remotas conclusiones statuimus. Ne ergo dicta repetamus, vide ibidem dicta. Interim sunto reliqua, saltem praecipua. Opponunt itaque primo ex scripturis nonnulla exempla: et primo peccavit Abimelech Saram Abrahae uxorem tollendo, ut eam sibi conjugem faceret, ut patet ex poena mortis, quam ei Deus minatus est; et tamen Abimelech invincibiliter ignorabat, eam fuisse Abrahae uxorem, eamque sibi licitam fuisse: Deo siquidem mortem minitanti ipse Rex respondit, se id fecisse in simplicitate cordis sui, et in munditia manuum suarum. Quod et ipse Deus ei concessit inquiens: Et ego scio, quod simplici corde feceris: ergo etc.

Secundo judaei Christum Dominum crucifigentes peccarunt in eum non solum tanquam hominem, sed etiam tanquam Deum, ut docet S. Thomas 3. part. Q. 47. A. 5: inquiens: judaei peccaverunt, non solum hominis Christi, sed etiam tanquam Dei crucifixores: judaei autem invincibiliter ignorarunt Christum saltem tanquam Deum, ut constat ex Apostolo 1. Corinth. 2. ajente: si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. tum ex testimonio ipsius Christi Lucae 23. in hunc modum illos excusantis: Pater, dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt: Quod idem et dicendum est de Apostolorum Persecutoribus, ut patet ex illo Joan. 16. Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur, se obsequium praestare Deo. Quod et de semetipso testatus est Apostolus inquiens 1. Timoth. 1. Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate; ergo etc.

Tertio Num. 15: praeceptum fuit, ut offerrentur sacrificia pro oblivione, et ignorantia; cui et consonat factum Davidis hominis juxta cor Dei facti, qui Psal. 24. Deum sic exorabat: Delicta juventutis meae, et ignorantias meas ne memineris Domine: Quapropter Christus Lucae 12. jussit, servum scientem voluntatem Domini sui, aeque contra facientem vapulare multis,

nescientem verò, et digna plagis facientem vapulare paucis; ergo &c.

138 Respondeo, ex objectis, aut alijs similibus scripturarum exemplis nihil concludi posse, utpote cum de ignorantia vincibili variant exponendo. Et quod attinet ad ignorantiam Abimelech, quæ jam tota circa factum versabatur, et proinde ad rem non est, utpote cum et ipse Jansenius concedat, ignorantiam invincibilem facti à peccato excusare, ea verò vincibilis fuit. Nam licet forte verum esset, quod ipse Abimelech ex invincibili ignorantia sibi suasisset, Saram non esse Abrahæ uxorem, quod tamen Abulensis negat, cum non interrogaverit et Abrahamum, attamen non laborabat ignorantia invincibili, an Sara verè esset conjugata, quia pro merito non requisivit hoc ab ipsa Sara, aut Abrahamo: Item dato, quod et hoc invincibiliter ignoraret, adhuc tamen, ut notat A Lapide, Abimelech in eo peccavit, quod Saram tulit invitam.

Item de facto Judæorum Christum crucifigentium et Apostolos persequentium, sicut et ad factum Pauli dicendum est, id processisse ex ignorantia vincibili Judæi siquidem è vita, signis et prodigiis Christi scire poterant, et debebant, Christum esse verum Deum ac omnium Salvatorem, quamvis Gentilis, nec literas sciens, aut Prophetis usus ut habetur Math. 27. satis advertebat, quod per invidiam tradidissent eum. quomodo nostrâ Judæi sacris litteris, et Prophetis usi scire non poterant, eum esse Prophetam magnum, verumque Messiam in scripturis promissum, Mundi Redemptorem, et verum æterni Patris Filium, qualem se esse dicebat, et miraculis confirmabat? Eorum ergo ignorantia culpabilis fuit. Qualis et fuit Apostolos persequentium, et ipsius Pauli, utpote qui jam satis audierant de vita, miraculis, et prodigiis Christi, quinimò doctrinam ipsam, quam Apostoli tradebant, portentis continuò confirmatam inspiciebant: Unde in quo peccaverunt, in eo processerunt saltem cum neglectu melioris notitiæ, vel etiam ex nimia temeritate, et odio.

139 In quibus et patet, quid dicendum sit ad Sacrificia in lege veteri offerri præcepta pro oblivione, et ignorantia, eam nempe vincibilem fuisse; quod vel constat ex eo, quod ignorantia cærimoniarum ea erat, et adeò juris positivi; quæ proinde neque juxta Jansenium ad culpam poterat imputari, nisi voluntaria fuisset. Ceterum sacrificia illa vel offerebantur pro peccatis ignorantiæ, pro peccatis scilicet, quæ quidem cum scientia facta fuerant; sed deinde peccantes obliti erant; vel pro peccatis ignorantiæ, de quibus dubitabatur, an culpabiliter, an inculpabiliter commissa fuissent? Quod si vel aliquando etiam sacrificia fiebant pro peccatis ignorantiæ, licet invincibilis et adeò inculpabiliter talibus, de offerebantur in expiationem quandam legalem, ut alij dicunt contra legem; alii verò cautelares erant; vel etiam quia in foro externo præsumebantur facta cum culpa, et adeo contra sufficiant de foro eorum culpam. Præterquamquod de Davidis factum sic stat, illud non urget. David enim et ipse homo erat, et adeò ex numero eorum, qui in multis offendimus; et proinde mirum non erat, si et ipse quandam ignorantiam peccata committebat, cum et id sanctis viris quotidiè contingat.

Atque ex his patet etiam, ignorantiam servi de quo loco citato meminit S. Lucas, vincibilem fuisse, ut docet etiam S. Thomas in Catena Aurea in Lucam, ubi hæc Theodori verba refert = Hic objiciunt aliqui: Merito punitur, qui sciens voluntatem Domini non prosequitur sed cur punitur ignorans? Quia cum ipse noluisset, noluit; sed pigritans ipse fuit ignorantiæ suæ causa = Quid inquam clarius, ergo &c.

140 Opponunt secundò ab Auctoritate Patrum, et Ecclesiæ: Atque ex Patribus Augno, quo Jansenistæ præsertim abutuntur:
Et primò ex Lib. de Grãa, et Libero Arbitrio Cap. 3, ubi hæc habet = Aliud
est nescisse, aliud est nescire noluisse. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur: Noluit intelligere, ut benè ageret. sed
et illa ignorantia, quæ non est eorum, qui scire nolunt, sed eorum, qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat
ut sempiterno igne non ardeat; si propterea non credidit,
quia non audivit omninò, quid crederet; sed fortassis ut mitius ardeat = Hæc Augus, ex quibus jam patet, qui nihil õinò audivit, et ideò simpliciter nescit, damnandũ iri igne sempiterno; Qui autem nihil õinò audivit, et simpliciter nescit, ignorantia invincibili laborat, ergo &c.

Secundò ex Epist. 194; aliàs 105: num. 25,
ubi de se excusantibus, quia non audierunt, ait S. Doctor = Hanc
nos excusationem non habere asserit, (Xtus) qua possint dicere: non audivimus, ideò non credidimus. Hũo quippe superbia
tanquam præsumens de viribus liberi arbitrij excusatam
se putat, quando ignorantiæ, non voluntatis videtur esse,
quod peccat = Ex S. Augõ ergo peccat, qui non credit, etiamsi
non audiverit, et ubi etiam nullus est voluntatis defectus,
et proindè etiamsi ex ignorantia invincibili non credat,
ergo &c.

Tertiò ex Lib. 1. Operis imperfecti, ubi S. Doctor
primò sub num. 47 inquit = Tertiũ verò genus, ubi peccatũ ipsum est et
pœna peccati, potest intelligi in eo, quem dicit. Quod nolo malum, hoc
ago. ad hoc pertinent etiam omnia, quæ per ignorantiã cũ aguntur
mala, non putantur mala, vel etiam putantur bona = Ideò sub
num. 106. subjungit = Necesse est, ut peccet, à quo ignoratur justitia, nunquid ideò cum justitiam cognoverit, non sunt ei remittenda peccata, quæ ignorantiæ necessitate comisit? . . . non igitur
impunitatis securitas in necessitate peccandi = Jamverò actiones, quæ non cognoscuntur tanquam malæ, sed bonæ putantur, ita
ut eas voluntas nollet amplecti, si ut malas cognovisset, et tunc
ex necessitate ignorantiæ, certè invincibiliter ignorantis, cum
ergo tales actiones ex Augõ in culpam imputantur, invincibilis
ignorantia à peccato non excusabit. Quibus consonat, quod idẽ
Augs docet contra Pelagiũ Lib. de naẽ, et grãa, asserens nedum
culpabilem esse eam ignorantiã, qua hõo scire neglexit, quod
scire debuisset, sed etiaẽ eam, qua laborat is, qui intelligere
vellet, nec ei fit scire, et cognoscere [illegible]: item ic, quod habet
Epist. 47. sub num. 4: inquiens = Si quis bonũ putaverit, quod malũ est, et fecerit hoc putando, utique peccat: et ea sunt omnia
peccata ignorantiæ, quando quisque benè fieri putat, quod malè
fit =

Quare meritò Patres Synodi Palestinæ,
seu Diospolitanæ damnarunt sequentem propoem, quæ erat unus ex
Pelagij erroribus = Oblivio, et ignorantia non subjacent peccato, quia
non secundum voluntatem, sed secundum necessitatem eveniunt = Et proinde verum est, quod habet Regula 13. juris in 6: Ignorantia facti, non juris excusat: Quod et consonat Capit. Continebatur, de Homicidio, ubi punitur Diaconus propter Homicidiũ inadvertenter commissum. item et capit. Si Quis, cañ 34. Q. 1, et
2, in quo cognoscenti sororem uxoris suæ existimatam suam conjugem, idque se ex ignorantia omninò involuntaria fecisse probanti injungitur peracta pœnitentiam sibi impositam; ergo de mente
Ecclesiæ ignorantia invincibilis à peccato non excusat.

141 Respondeo ex objectis, aut ijs similibus Augustini testimonijs nihil confici posse contra nostram certam propositionem. Certum siquidem est de mente Augustini esse, ignorantiam invincibilem, quæcumque sit, a formali peccato excusare, ut patet tum ex ijs, quæ ex Augustino adduximus in limine nostræ propositionis, tum ex ijs, quæ alibi habet idem S. Doctor, et præsertim ex illo libri 3. de libero Arbitrio cap. 18., ubi veluti summatim nostram doctrinam tradens inquit = Jam laboriosum est, omnia mandare memoriæ hoc brevissimum teneo: Quæcumque ista causa est voluntatis, si non ei potest resisti, sine peccato ceditur. Quis enim peccat in eo, quod nullo modo caveri potest = Hinc in objectis testimonijs loquitur de ignorantia vincibili, et culpabili. et sane quod in primo objecto loco Augustinus loquatur de ignorantia vincibili; patet tum ex verbis illis tanquam simpliciter nescientes quæ satis indicant, dicta ignorantia laborantes non adhibuisse moralem diligentiam ad reperiendam veritatem requisitam: tum ex verbo illo: mitius, utpote cum neque Augustinus, neque cuiquam alteri poterat esse dubium, ignorantia invincibili laborantem mitius puniendum fuisse; et adeo hoc mitius cadit super ignorantiam vincibilem; tum denique quia Augustinus loquitur contra eos, qui Religionem nostram, seu Evangelium ignorabant, quorum ignorantia certe neminem excusat, quin igne sempiterno ardeat, etiamsi nunquam de ea loqui audiverit, utpote cum ipsa in causa fuerit, et quidem voluntaria, quod ignorarent. Si enim legem naturæ, quæ in horum cordibus scripta est, observasset, si supernæ lucis, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, bonum usum fecisset, si lucidam vitam non degisset, si denique bene usus fuisset rationis lumine, Deus certe non ei denegasset gratiam, qua ad veritatem pervenisset. Ceterum etsi adversarius Jansenista velit, talem ignorantiam fuisse invincibilem, in casu adhuc fateor, eos damnandos, non jam propter dictam ignorantiam, ut constat ex hac propositione 68, quæ est inter Bajanas a supradictis tribus Summis Pontificibus damnatas: Infidelitas, pura negativa in his, in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est: sed damnandi sunt tum propter originale peccatum, tum ob alia peccata contra legem naturalem commissa.

142 Ad verbum ex citata Epist. 199 desumptum dico neque ex eo quidquam confici posse. Nam ibi S. Doctor loquitur contra Pelagianos, qui dicebant, et Divinam gratiam interiorem, et internam Spiritus Sancti illustrationem non esse necessariam ad bene operandum in ordine ad æternam salutem, sed sibi sufficere externam revelationem mysteriorum fidei, ideo negabant existentiam peccati originalis, et adeo ignorantiam esse peccatum, malitiæ vitium a natura in pœnam originalis culpæ contractum. Quæ reprehendens S. Augustinus docet, eos, qui nec viribus corporis, ac nullo modo a Deo gratiam petentes non audierunt, ac ideo non crediderunt, esse inexcusabiles, quia nempe, quod non audierint, ipsi propriis peccatis in causa fuerunt.

143 Tertius autem locus ex Augustino objectus ad rem non est. Siquidem S. Doctor, ubi loquitur de peccato improprie tali, seu materiali tantum. Nam primo pars procedit de peccato improprie tali, nimirum consistente in actibus indeliberatis concupiscentiæ, nec non peccatum originale adversus spiritum rebellis, quæ peccatum appellatur, non quod vere, et proprie in genere peccatorum sit, sed quia ex peccato est, et ad peccatum inclinat.

ut loquitur, et declarat Trid.um Sess. 5. Can. 5. in fine, ubi anathema dicit contrarium asserentibus. Cum ergo S. Aug. subjungit: *ad hoc pertinent etiam omnia, quae per ignorantiam cum aguntur &c.*, de peccato improprie tali, seu materiali loqui manifestum est. Caeterum et si de peccato formali velis intelligi locutum Aug.m, tunc Aug. de ignorantia vincibili locutum esse exponere oportet, ut nempe tantus Doctor sibi cohaereat.

144 In quarto autem loco Aug. locutus est non de necessitate physica omnino insuperabili, sed de necessitate consequenti, seu morali, exorta nempe ab ipsa concupiscentia ad malum alliciente, ex prava consuetudine peccandi, ex perturbatis animi affectibus, et etiam ex ignorantia culpabili. Ita enim exponere adigunt loca superius allata: *Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras; sed quod negligis quaerere, quod ignoras*: Quaecumque *ista causa est voluntatis, si non ei fit resisti, sine peccato* dicitur. Atque ex his, et aliis, quae supra diximus, patet et ad duo reliqua loca ex Aug. depromptos; in primo nempe de natura, et gratia ostendere voluisse, ignorantem legem aliquam ex eo quia noluit a Deo gratiam petere; ac proinde eam violantem, a culpa immunem non esse. Quod et nos concedimus: sed ignorantia tunc est vincibilis: In secundo vero patet et S. Doctorem ibi locutum esse de eo, qui culpabiliter putat esse bonum, quod malum est, et cum tali persuasione operatur. Haec ad Argum. Nunc

145 Ad ecclesiae doctrinam, quod ad primum spectat respondeo, Patres synodi Diospolitanae merito damnasse propositionem illam in sensu Pelagianorum intellectam. Pelagius enim, et cum ipso Asseclae primo ut diximus, peccati originalis existentiam negabant, ac proinde ignorantiam non habere originem ex originali peccato (quod significabant per illud. *Non subjaceat peccato*), sed esse ex infirmitate, et conditione naturae asserebant. Secundo negantes necessitatem gratiae interioris contendebant, omnem ignorantiam, quae naturae viribus vinci non fit, esse invincibilem: Quae cum sint errores contra fidem manifesti, proinde Diospolitani Patres dictam damnarunt propositionem. Quod non spectat [illegible]. Atque ex his ad canonicos textus dico, eos intelligendos esse pro toro externo, in quo non praesumitur ignorantia juris, sed solum ignorantia facti; et ideo ista tantum, non illa excusare dicitur; et adeo quoties juris ignorantia intervenit, poena nihilominus infligitur. Quod jam non evincit, ubicumque est juris ignorantia etiam invincibilis, culpam theologicam incurri.

146 Opponunt tertio a ratione. Ad peccandum sufficit libertas in causa, seu effectus malus secutus ex causa culpabili libera et voluntarie posita est imputabilis ad culpam, ~~ut habet communis dictum~~: *Quod sequitur ex voluntario, est voluntarium*, sed nedum omnis ignorantia juris negativa naturalis sequitur ex peccato originali jam culpabiliter libero, et voluntario; sed aliqua etiam ignorantia juris naturalis sequitur ex propria culpa personali: Deus enim in poenam peccati personalis derelinquit hominem ad ignorandum etiam ea quae sunt juris naturae; ergo &c. Unde hinc fit illud, quod habet S. Thomas in Cap. 1. ad Rom. lect. 7. inquiens: *Ignorantia nata ex culpa non excusat*. Quod et constat ex homicidio in ebrietate patrato, quod ad culpam imputatur ratione ebrietatis liberae, et voluntarie positae; ergo &c.

Juribus accidit, quod ignorantia juris naturae est ignorantia eorum, quae
sunt proprij officij omnium hominum, qui sunt rationis compotes, [illegible]
ta enim notitia talis juris omnibus sit insita; atque ignorantia eorum
quae sunt proprij officij a culpa non excusat: nam ut ait S. Thomas. igno-
rantia illa, qua quis ignorat ea, quae tenetur scire, non est absque
peccato: cui doctrinae consonat et capit. Si culpa, de injurijs, ubi
dicitur, ignorantiam non excusare, quando quis debuit scire; ergo
ignorantia . . . . Respondeo argumentum pati fatalem retorsionem
147 in effectibus ex stultitia, furore, caecitate corporis dei factis, utpote qui
stultitia, furor, corporis caecitas dei redditum sequantur ex originali;
sed etiam quandoque ex personali culpa; et adeo furiosus, amens,
aut caecus cum aliquem occiderit, reus est homicidij: quod ne-
mo dixerit. Quare ad peccatum personale non sufficit volun-
tarium in causa voluntate aliena, nempe Adami peccantis,
ut constat ex propositione prima inter damnatas ab Alexan-
dro VIII., a nobis num. 135. relata; sed requiritur, quod sit li-
berum, et voluntarium voluntate propria; atque hoc non quo-
modocunque, sed quod etiam praevisum fuerit ex tali causa
secuturum, et quod talis causa non fuerit efficaciter retra-
ctata. Si enim effectus etiam secutus ex causa voluntaria
posita voluntate propria nullo modo praevisus fuerit, vel
causa efficaciter fuerit retractata, nullo modo ad formalem cul-
pam poterit imputari, ut superius ostendimus. Cum au-
tem ignorantia invincibilis adest, quae etiam sit effectus culpae
personalis, tunc ea non fuit in causa praevisa; ergo dei
Ex quibus jam patet ad principium: quod sequitur ex volun-
tario, est voluntarium; sicuti et ad locum ex S. Thoma objectum;
item et quid dicendum sit ad homicidium in ebrietate secu-
tum et quid dicendum sit ad homicidium in ebrietate secu-
Tunc enim supponitur, et ebrietatem fuisse voluntariam po-
sitam, atque homicidium fuisse saltem confuso modo prae-
visum, ac debitam diligentiam, ne sequeretur, non fuisse adhi-
bitam. . . . . Si, quod additur, potius probat dari non pos-
148 se ignorantiam invincibilem juris naturae, quod tanquam falsum
rejecimus in Tractatu de Legibus; non autem supposito, quod ta-
lis ignorantia datur, eam a tali culpa non excusare. Etenim
si argumentum probaret, jam evinceret, ignorantiam juris per-
tinere, etiamsi esset invincibilis, non excusare a culpa in ijs,
quae ad proprium munus spectant: quod tamen est falsum,
etiam per ipsum [illegible]. Hinc fateor, ignorantiam, utpote
vincibilem non excusare in ijs, quae sunt proprij officij par-
ticularis, v.g. judicis, Medici, Confessarij, si versatur circa
primas generales veritates, et principia, ac proximas horum
conclusiones; secus vero si versetur circa ab-
[illegible] conclusiones, et non facile deducibiles conclusiones. Quod et a for-
tiori verum est, si sermo sit de ijs, quae sunt officij generalis,
quale est honeste, et christiane vivere, ut sunt juris naturae prae-
cepta, praesertim loquendo de remotissimis, aut remotio-
ribus conclusionibus. Haec de involuntario ex ignorantia,
quibus addenda essent solutiones duarum aliarum difficul-
tatum, quarum prima est, an de facto detur ignorantia invin-
cibilis juris naturae? Altera an ignorantia neque excuset a pec-
cato? Verum de prima, jam agimus in Tractatu de Legibus

a num. 120, et pluribus sequentibus; de altera autem in Tractatu de Censuris dicemus. Hactenus prima pars Tractatus. Nunc sit

Pars Altera.

De Bonitate, et malitia Actuum Humanorum.

Explicata in prima parte natura, et multiplicitate, ac constitutivis ad actum humanum necessarijs, modo in hac altera parte dicendum est de Principijs, multiplicatione, et augmento moralitatis, seu bonitatis, et malitiae actuum humanorum, ubi et de eorum indifferentia agemus: Quae ad confusionem vitandam per distincta capita praestabimus.

Caput primum.

De Principijs Moralitatis Actuum Humanorum.

149. Quidquid sit de speculativa quaestione, quam nonnulli instituunt speculationi insistentes, in quonam nempe reponenda sit essentia metaphysica moralitatis Actuum humanorum; illud tanquam certum in praesenti habendum est, idem esse actum esse moralem, ac esse bonum, aut malum, aut saltem indifferentem in genere moris, seu esse honestum, ac virtuosum, et laude, ac praemio dignum, aut e contra esse inhonestum, ac vitiosum, et vituperio, et poena dignum, aut saltem nec honestum, nec inhonestum, nec laude, nec vituperio, nec poena, nec praemio dignum; et proinde bonitas, seu honestas, aut malitia, seu inhonestas, aut saltem indifferentia, si non est forma essentialis, saltem est praerequisitum omnino, et simpliciter necessarium ad actus humani moralitatem. Bonitas autem est conformitas, seu conso-

150. nantia actus advertenter, et deliberate facti regulis morum, sicuti malitia est difformitas, seu dissonantia ejusdem actus ipsis morum regulis: Indifferentia autem est ea ratio, qua actus neque est conformis, neque difformis morum regulis: Quarum una est externa, et remota, quam esse legem aeternam constat ex ijs, quae diximus in Tractatu de Legibus, ubi ostendimus, legem omnem ab aeterna Dei lege derivari, Altera vero est intrinseca, et proxima quam esse propriam uniuscujusque conscientiam legi aeternae Dei conformem, in Tractatu de conscientia ostendimus probantes obligationem sequendi conscientiam moraliter rectam. Quae est doctrina Angelici Praeceptoris 1. 2. q. 71. a. 6. in c. ajentis = Regula voluntatis humanae est duplex. Una propinqua, et homogenea, scilicet ipsa ratio humana, alia vero est prima regula, scilicet lex aeterna, quae est quasi ratio Dei. Haec S. Doctor. Ex quibusnam vero principijs, seu fontibus praedicta moralis bonitas aut malitia humanorum actuum sit desumenda, pariter docet praecitatus Angelicus Praeceptor 1. 2. q. 18. a. 2, 3, et 4 ostendens eam optime desumi primo ex objecto, 2° ex circumstantiis, et 3° ex fine operantis: Atque de his sigillatim, per distinctos Articulos modo agendum est

Articulus primus.

151. #### De Moralitate Actus humani ex Objecto.

Pro intelligentia difficultatis, an moralitas, seu bonitas, aut malitia Actus humani desumenda sit ex objecto, ad-

vertendū est, nomine objecti hic non intelligi oē id, quod voluntati agentis objicitur, quia sic etiam finis extrinsecus operantis, ac circumstantiæ objecti nomine venirent; sed intelligi id, quod primò, et per se à voluntate attingitur: sic res aliena est objectū furti, Deus est objectū charitatis, et vita proximi est objectū homicidii. Hujusmodi autem objectum bifariam considerari pt, materialiter nempe, seu secundū eē physicū, et naturæ, prout scilicet est purū quid extra nihilū positū, quo in sensu de objecto in præsenti sermo non est. Nā res aliena V.G. non prout præcisè est res, sed prout vetita rōe prohibet, ne res aliena surripiatur, est objectū furti; sicuti neque objectum, ex quo sumptio cibi, aut potus est bona, aut mala, est ipse cibus, aut potus secundū se, sed prout sumitur modo congruo aut incongruente naturæ rationali quâ tali. Secundò dictum objectū considerari pt moraliter seu secundū eē moris, prout nempe ab agente attingitur, aut attingibile est modo, qui rectæ rōi congruit, aut ab eadem discrepat, et adeò prout conforme aut difforme morū regulis, et præcipitur, aut prohibetur, approbatur, vel permittitur à lege æterna, ac natali, ac positiva, sive divina, sive hūna. Atqui hoc objectum tali modo sumptū coincidit cum fine operis, seu fine intrinseco operantis. ex quibus sit

152 Propoō Actus hūus præsertim sub præceptū cadens, suam moralitatem, seu bonitatem, et malitiam, eamque primariò desumit ab objecto in eē morali considerato. Ita communissimè Theologi cū S. Thoā 1. 2. q. 18. in [illegible] ita disserente = Sicuti pma bonitas rei nālis attenditur ex sua forma, quæ dat speciem ei; ita et pma bonitas actus moralis attenditur ex objecto conveniente ... et sicut in rebus nālibus pm malū est, si res generata non consequitur formā specificam, ita pm malum in actibus moralibus est, quod est ex objecto = Quod clarius? Ast nihilominus propoō probatur hoc pacto. Ab eo moralitas, seu bonitas, et malitia actus hūi, et quidem primariò est desumenda, à quo actus hūus habet, quod sit bonus, aut malus in genere moris, per quod quæpiam virtutes, et vitia, et proinde omnes actus à se invicem specie differunt; atqui hoc tam quam à primario fonte, et radice, itemque ex una parte actus hūus vel præcipuus [illegible] ab objecto in eē morali considerato habet, ut sit bonus aut malus in genere moris, atque per illud virtutes [illegible] et vitia et proinde omnes actus à se invicem specie differunt. ex alia verò parte hoc ab eo [illegible], seu innotur tamquā à primario fonte, et radice; ergo &c. Major de se constat. Minor autem ostenditur tum ex illo Osee 9 Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt ex quo Angelicus Doctor loco jam citato ita subjunxit: Fit autem hōo Deo abominabilis propter malitiam suæ operationis: ergo malitia operationis est secundum objecta mala quæ hōo diligit, et eadem rōne [illegible] bonitate actionis [illegible] exemplis: sic certè virtutes Theologicæ specie differunt à moralibus ex eo, quod Theologicæ pro objecto habent ipsū Deum, quam non habent morales, sicuti etiā homicidiū, et furtum, et adulterium specie inter se differunt, eò quod eorū objecta specie

discrepant inter se: ex quo veritas primæ partis minoris constat. Altera verò ejusdem minoris pars suadetur ex eo; quod moralitas, quam actus hūus ab objecto in genere moris considerato desumit, actui ante quamcunque aliam ità convenit, ut etiamsi aliæ mutentur, eadem semper remaneat. Moralitas enim, seu bonitas, et malitia actus hūi ab objecto desumpta ità actui inest, ut absque ea hūus actus concipi nequeat, licèt concipi possit sine alijs: sic furtum licet concipi possit sine circumstantijs speciem mutantibus, v.g. sacrilegij, peculatus &c. item absque malitia, quæ derivant ex fine extrinseco furantis, attñ eo ipso, quòd intelligitur injusta rei alienæ ablatio, aut detentio, non pt concipi sine malitia, quæ ex objecto provenit; atque adeò malitia, et bonitas moralis ab objecto desumpta debet dici primaria; ergo &c. Quapropter cum quandoque dicitur, actum ex objecto bonum esse bonum in genere, sic accipiendum est, ut in hujusmodi sermone genus pro specie sumatur, quomodo dicimus totum genus hūnum, totam hūam speciem intelligendo.

153. Dixi autem primò Actus hūus, respectivè sub præceptum cadens. quia si objectum actus hūi est omninò indifferens, ut est neque ex sua natura bonum, aut malum, neque sub aliquo præcepto cadens, tunc minimè contendo, actum hūum ab eo speciem bonitatis, aut malitiæ desumere, cum ab eo summum speciem quamdam moralitatis indifferentiæ desumere poterit... Dixi 2do. Ab objecto in esse morali considerato. Ultrò siquidem fatendum est, objectum in esse physico et naturæ tantum considerato ex se non tribuere speciem actui hūo: quod vel constat ex eo, quod diversi actus voluntatis quorum unus sit bonus, alter malus, ferri possunt in idem objectum secundùm esse rei, et entitativè spectatum: sic eadem pecunia fit esse objectum furti, restitutionis, et eleemosynæ, idem cibus objectum gulæ, et temperantiæ, eadem mulier objectum adulterij, et actus honesti conjugij, &c. ergo &c.

154. Oppones. Ab eo actus hūus suam speciem seu bonitatem, aut malitiam non desumit, quod neque in se bonum, neque in se malum est: Tritum enim est axioma: Nemo dat, quod non habet: Atqui dantur nonnulla objecta hūnorum actuum quæ neque in se bona, neque in se mala sunt, sicuti est ambulare, barbam fricare, conspuere, nares emungere &c.; ergo &c. Confirmatur primò Si qui essent actus, qui ex objecto essent boni, præcipuè essent actus fortitudinis, et Virginitatis &c. atqui hujusmodi actus non sunt tales. Nam quod attinet ad actus fortitudinis, qui pro objecto suo habent tollerantiam passionum, aut etiam mortis, nullam habent bonitatem, nisi eis accedat finis extrinsecus, nempe fidei, et religionis prout docet S. Thomas 2.2 q. 124 A. 3. in c. Quod verò spectat ad Virginitatis actus, qui pro habent pro objecto abstinentiam à venereis, neque hi boni sunt, nisi referantur ad finem Religionis et cultum Dei per votum, ut patet in Virginitate vestalium, quæ, quia ad cultum veri Dei non referebatur, vera virtus non erat: unde S. Aug. lib. 4. contra Julianum cap. 3. aiebat = Quidquid autem boni fit ab homine, et non propter hoc fit, propter quod fieri debere vera sapientia præcipit. etsi officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est =. ergo &c... Confirmatur 2do dantur nonnulli actus hūi moraliter boni, qui habent objectum malum, et è contra dantur nonnulli alij moraliter mali, qui habent objectum

bonum, ut patet in amore proximi mali, et in odio Dei, sed tales actus
suam bonitatem, aut malitiam ab objecto non desumunt, ut meditan-
ti patet; ergo &c. Confirmatur 3tio. Ista actus Volo honeste, et lauda-
biliter vivere, in novitate vitæ ambulare: ad normam legis Divinæ
et evangeliæ actus meos componere, non determinando in quo obje-
cto, et in quo modo, cum sit actus singularis determinatus in
genere moris, et specie distinctus a reliquis actibus moralibus, ab
aliquo speciem, et bonitatem moralem specificam desumere
debet: sed non ab objecto, quia ejus objectum non est determi-
natum, sed communissimum, utpote omnia objecta, et omnium virtutum
modos amplectens; ergo non omnis actus etiam præceptus, ut-
pote cum prædictus actus sub præcepto cadat, non desumit bo-
nitatem &c. ..... Confirmatur 4to Actus interior pro objecto habet
actum externum sibi correspondentem; atqui actus interior
non desumit suam moralitatem, bonitatem nempe, aut ma-
litiam ab externo actu, sed potius externus ab interno, ut
docet S. Thomas 1. 2. q. 20. A. 1. in C.; ergo &c.

155 Respondeo, in primis omittendo totum argu-
mentum, quia cum dicimus moralitatem, seu bonitatem, et mali-
tiam actus humani desumi ab objecto, minime contendimus, eam a
quocumque objecto derivari, sed solum dicimus, eam sumi ab
objecto, quod vel ex natura sua est bonum, aut malum, et adeo lege
naturali præscriptum, vel etiam est tantum bonum, aut malum ratione præ-
cepti positivi sive divini, sive humani. et proinde si objectum actus
humani est omnino indifferens, idest sub nullo cadens præcepto, nos
ultro concedimus, tunc ab objecto speciem non derivari, sed tunc
moralitas, nempe aut bonitas, aut malitia repetenda est vel
a fine, vel a circumstantiis, quæ afficiunt, ut quis objectum illud am-
plectitur, hic, et nunc bene, vel male agat in genere moris &c.
ex his, si placet D.º m.º Ab eo actus humanus suam speciem, seu
bonitatem, et malitiam non desumit, quod neque in se bonum,
neque in se malum est, neque sub ullum cadit præceptum
omitto. Id quod licet in se neque bonum, neque malum sit, attamen sub
præceptum positivum cadit nego m.am, et omissa minori, nego con-
sequentiam. Cum enim, ut optime notat Cajetanus 1. 2. q. 96. A. 4
in fine, lex præcipiendo facit de actibus indifferentibus virtuosos,
et eundem in eo virtutis genere, ex cujus motivo præcipit, statim
tum ratione legis objectum, quod neque in se bonum, neque malum est,
evadit bonum, aut malum in aliquo virtutis, aut vitii genere,
et proinde actus externus ex eo fiat aut bonus, aut malus. Cæ-
terum, ut docet S. Thomas 1. 2. q. 92. A. 2, et ipsa indifferentia
est quædam moralitatis species cum et hæc subsit lege permitten-
ti: et hæc moralitatis species optime desumitur ex objecto om-
nino indifferenti. Atque hac ratione omissi propositionem majorem
Ad Confirmationem concessa majori nego minorem
156 Fortitudo enim ex tolerantia passionum, et mortis, et Virginitas ex
omnium venereorum contemptu commendatur, cum in tali objecto
tolerandum sit gravis difficultas, quam sola superat vir-
tus, licet etiam requiratur finis extrinsecus bonus, per modum
necessariæ conditionis, quia ut infra ostendemus, ut actus bo-
nus sit, non debet tantum esse de objecto bono, sed et debet fieri
ex recto fine, ac in debitis circumstantiis: Atque hinc in de-
fectu Gentilium fortitudo, et Vestalium Virginitas veræ virtutis
actus non erant. Et hoc est quod citatis locis docet S. Thomas, et

S. Augus. quondam mens nunquam fuit negare, actus hinc specierum etiam derivandam esse ab objecto in genere, in quo disputamus.

157\. Ad 2dam confirm. d° mi. Dantur nonnulli actus moraliter boni, qui habent objectum malum, et sunt nonnulli alii moraliter mali, qui habent objectum bonum, sed bonum, aut malum sub alia ratione ab ea, sub qua in objectum tendunt, omitto, sub ea ratione, sub qua in objectum tendunt, sicut qui in objectum illud aversando tendunt conc. do, qui in objectum illud prosequendo tendunt nego mi: et sub data distinctione concessa, et negata minori nego consequentiam. Sicut verum esse potest, quod idem objectum, in quod voluntas nostra tendit, sub diversa ratione jam sit bonum jam sit malum, V.G. idem proximus, quo proximus est, et quo peccator est: ita enim in illud prosequendo voluntas tendit honeste, et rationabiliter amando, non tendit, quatenus malum est, sed quatenus bonum est. Sicuti quando in illud tendit aversando, non tendit quatenus bonum est, sed quatenus malum est, odio nempe habendo iniquitates, et scelera. In ipso autem objectum sub ea ratione, sub qua voluntas in illud tendit, non est malum, sed bonum, ut patet: sicuti et objectum in se bonum, V.G. Deus, quando voluntas in illud tendit aversando illud, non est bonum, prout voluntas in illud fertur, cum tanquam odibile ipsi repraesentatur, ergo &c.

158\. Ad 3tiam confirm. concessa majori nego mi. Nam licet praedictus actus attingat omnia virtutum objecta: attamen ea attingit, et sibi repraesentat sub una specifica formali ratione; eo sane modo, quo metaphysica licet attingat omnia entia; ea tamen sub una specifica formali ratione abstracta objicit intellectui; sicuti ergo entia omnia sub tali repraesentatione intellectui exhibita metaphysicae tribuunt unitatem specificam, ita et omnia virtutum objecta praedicto modo voluntati exhibita dant esse specificum actui in ea ita tendenti; ergo &c.

159\. Ad ultimam confirm. d° mi. Actus interior pro objecto habet actum externum sibi correspondentem, ut in intentione apprehensum conc. do, ut in executione positum nego mi; et d° mi. Atque actus interior non desumit suam speciem seu moralitatem, bonitatem nempe, aut malitiam ab actu externo, ut in executione posito omitto, vel etiam conc. do mi, ut in intentione apprehenso, nego mi, et consequentiam. Actus exterior bifariam considerari potest, nempe ut in intentione existens, ac movens voluntatem ad ejus odium, aut amorem; vel ut in executione positus, seu prout est actus a voluntate imperatus, ejusque effectus. Jam vero licet actus interior non desumat suam moralitatem ab actu exteriori hoc secundo modo considerato; quinimo actus exterior sub respectu suam bonitatem formalem ab interiori desumat, quatenus ab eo imperatur, et ad finem dirigitur; quod est quod loco objecto docet S. Thomas; attamen actus interior ab exteriori priori modo inspecto suam moralitatem desumit, cum ut intentionaliter existens moveat voluntatem ad illum amplectendum, aut refugiendum ab illo, sitque prior ipso actu interno.

dicatque conformitatem, aut dissonantiam à morum regulis, et adeo licet non sit formaliter; tamen est objective, et fundamentaliter bonus; ergo &c.

Articulus secundus

De moralitate actus humani ex circumstantiis.

160 Nomine circumstantiarum actuum humanorum intelliguntur accidentia, et adjuncta quædam, seu affectiones actui humano in esse morali per ordinem ad suum objectum spectato advenientes, quarum ratione ipse actus acquirit specialem, aut majorem, vel minorem, conformitatem, aut deformitatem regulis morum, et adeo aut specificam, aut majorem, aut minorem bonitatem, aut malitiam moralem distinctam ab ea, quam actus ex suo objecto habet. Unde nomine circumstantiarum hic non intelligimus eas, quæ licet diversimode in ordine physico actum afficerent; impertinenter tamen se habent ad esse morale actus, seu neque augent, neque minuunt bonitatem, aut malitiam moralem actus humani, ut est, quod manu dextera, aut sinistra eleemosina pauperi erogaretur, mane, aut meridie, aut vespere lex aliqua violaretur &c.

161 Circumstantiæ autem in ordine morali, seu theologico spectatæ aliæ sunt, quæ se tenent ex parte actus, ut est intensio, remissio, duratio, libertas, modus &c; et tunc dicuntur *formales*; aliæ vero sunt, quæ se tenent ex parte objecti, ut est major, aut minor quantitas in furto, circumstantia loci, temporis, personæ circa quam aliquid agitur &c., et tunc dicuntur *objectivæ*. Atque istæ circumstantiæ, sive formales, sive objectivæ, aliæ sunt, quæ speciem mutant, et aliæ quæ speciem non mutant, sed solum augent, vel minuunt bonitatem, aut malitiam, quam actus ex suo objecto habet. Circumstantiæ speciem mutantes sunt, quæ actui morali adveniunt, atque attribuunt ei moralitatem, seu bonitatem aut malitiam speciei diversam ab ea, quam ab objecto suo immediato desumit, ob specialem nempe conformitatem aut deformitatem, quam cum ratione naturali, et cum morum regulis habent: sic circumstantia loci, aut rei sacræ in furto addit specificam malitiam distinctam ab ea, quam ex objecto suo habet, nempe sacrilegii; sicut qualitas personæ v.g. conjugatæ fornicationi superaddit malitiam adulterii: Circumstantiæ vero, quæ speciem non mutant, eæ sunt, quæ augendo, aut minuendo bonitatem aut malitiam actus eiusdem novam, et distinctam malitiæ speciem ab ea, quam de se prius habebat, non afferunt, et attribuunt: et hujusmodi circumstantiæ esse solent intensio, duratio, remissio, quantitas, motus, ignorantia, ex quibus actus magis, aut minus vituperio, vel laude dignus efficitur, dummodo tales non sint, ut loquendo in actione mala præsertim, non afferant, ut ratione illarum desinat aliquod requisitum necessarium ad culpam gravem, v.g. loquendo de furto quantitas mod. sit levis; tunc enim quamvis actus remaneret in eadem specie physica, quatenus tamen virtuti opponeretur; attamen non esset in eadem specie theologica. Quandonam autem circumstantiæ mutent speciem, et quandonam eorum augeant, vel minuant intra eandem speciem, dicemus in tractatu de peccatis: interim habeto pro regula circumstantias tunc mutare speciem, quando alicui,

ut actus pertineat ad aliam virtutem, vel ad aliud vitium diversum ab eo, ad quod pertinet actio, cui circumstantiae illae non adjunguntur.

Ubi circa circumstantias speciem mutantes
162 notandum est, alias esse, quae primam, et essentialem speciem ingenere moris actui humano attribuunt, et alias esse, quae tantum secundariam, et accidentalem speciem afferunt eidem actui humano. Tunc circumstantia dicitur dare primo, et essentialem speciem actui humano, quando in actu nullam aliam moralitatem, seu bonitatem, aut malitiam supponit. Quod contingit, quando circumstantia advenit actui secundum se indifferenti, ut si quis ambulet, bibat, dormiat ob finem bonum, aut malum. vel etiam contingit, quando actui tendenti in objectum secundum se bonum advenit circumstantia, quae totum actum inficit, et transfert in propriam materiam, ut v.g. si quis daret eleemosynam puellae pauperi eo animo, et intentione, ut ipsa facilius eam corrumpere posset. Tunc vero circumstantia dicitur dare speciem secundariam, et accidentalem actui humano, quando actum jam supponit constitutum in aliqua specie bonitatis, aut malitiae moralis, et illi superaddit aliam bonitatem, aut malitiam a priori distinctam, et diversam exemplum est in furante, ut moechetur, ut se inebriet &c., in quo actu primo, et essentialis malitia est malitia furti, secundaria, et accidentalis est malitia fornicationis, aut intemperantiae &c. Quod discrimen notandum est, quod ubi advenit circumstantia primi generis ea transit in conditionem objecti primarii, actum specificantis, ubi vero habetur circumstantia secundi generis, ea non transit in conditionem objecti saltem primarii, sed ad summum secundarii actus humani, cum hic jam in sua specie constitutus supponatur. Quamvis caeteroquin et haec secunda bonitas, aut malitia in actu transfusa per dictam circumstantiam secundi generis possit dici essentialis actui humano adaequate et in concreto sumpto, nempe secundum quod dicit omnes bonitates, et malitias, quas habet; et alias erit accidentalis tantum eidem actui inadaequate sumpto, nempe tantum secundum bonitatem, et malitiam, quae ei primario inest.

Circumstantiae autem sive mutantes spe-
163 ciem, sive tantum augentes, aut minuentes bonitatem, aut malitiam intra eandem speciem tantum vulgo assignantur a doctoribus sequenti versiculo contentae:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Quis denotat non personam operantem secundum se sumptam, sed conditionem, et qualitatem personae operantis, v.g. an sit religiosa, et voto castitatis, paupertatis &c. Deo sacrata, an saecularis, et tali voto non adstricta, an sit conjugata, an soluta matrimonio, an subditus, an superior &c.... Quid non significat actus subjectum, sed quantitatem, vel qualitatem, v.g. quod quis furatus sit in magna, aut parva quantitate, rem sacram, aut profanam &c. Atque ad hanc circumstantiam reduci potest circumstantiam circa quid, quae significat conditionem, et qualitatem objecti, circa quod actio exercetur, uti an quis accessarit ad solutam, an conjugatam, an voto castitatis obstrictam &c. Ubi designat qualitatem loci, in quo actio fit, uti an quis aliquem occiderit in loco profano, an in ecclesia, an in loco publico, an in occulto se polluerit &c. Quibus auxiliis significat media, sive instrumenta, et adjutores, quibus in actione peragenda quis usus est, puta an ferro, an veneno quis alium occiderit, an usus sit magiis, vel aliqua ope daemonis ad aliquod peccatum patrandum,

an per se ipsum, an per sicarium aliquem interfecerit, an solus, an cum socijs furatus fuerit &c. Cur denotat finem extrinsecum operantis, ut si furatus sit, ut se inebriet, et solvat turpis amoris, huius sortitis &c. Quomodo significat modum accidentalem actionis, nimirum an ex industria, et ex certa scientia, an ex passione, an ex plena, aut semi-plena advertentia, an tarde, aut velociter, an intense, vel remisse, an sincere, an fraudolenter &c. auditorio fecerit. Quando tandem denotat tempus diurnum, aut nocturnum, feriale, aut festivum, uti an die festo, an feriali quis fabulatus fuerit in missa, an brevissimo, an longo tempore in turpi desiderio perstiterit &c. His diligenter notatis, in memoria mandatis sit.

167. Propositio. Actus humani tam interni, quam externi aliquam bonitatem, aut malitiam moralem desumunt etiam ex circumstantijs in sensu theologico consideratis. Ita communissime Theologi cum S. Thoma 1. 2. Q. 18. A. 3. in c., ubi S. Doctor arguens a paritate rerum naturalium, quae totam suam perfectionem non habent ex forma, quae essentialiter constituuntur in esse specifico, sed magis perficiuntur ex accidentibus supervenientibus, v. g. ex figura, ex colore, et alijs, in hunc modum concludit: Ita etiam est in actione. Nam plenitudo bonitatis ejus non tota consistit in sua specie, sed aliquid additur ex his, quae adveniunt tanquam accidentia quaedam. et hujusmodi sunt circumstantiae debitae. Unde si aliquid desit, quod requiratur ad debitas circumstantias, erit actio mala. Hactenus S. Doctor, ex cujus verbis, et ratione ibi insinuata patet propositionis nostrae veritas, quae etiam hoc validissimo medio probatur. Ab eo actus hum. sive interni, sive exteriores bonitatem aliquam, aut moralem malitiam desumunt, ex quo si non specificam, saltem majorem, aut minorem convenientiam, aut disconvenientiam a recta ratione, atque morum regulis, distinctam ab ea, quam ex objecto, aut fine habent, acquirunt. Patet haec propositio: Atqui actus hum. sive interni, sive externi ex circumstantijs in sensu theologico consideratis si non specificam, saltem majorem, aut minorem convenientiam, aut disconvenientiam a recta ratione, atque morum regulis, et quidem distinctam ab ea, quam ex objecto, aut fine habent, acquirunt. Itaque patet ab ipsis exemplis, sic furtum ex majori, aut minori quantitate rerum acquirit majorem, aut minorem disconvenientiam a recta ratione et morum regulis, sed et specifice diversam, ut si quis in minima quantitate furatur, alter vero in magna quantitate; quinimo circumstantia loci, ut nimirum si quis rem sacram in loco sacro furatur, specialem contrahit malitiam. Sic idem dic de eo, qui consanguineam, conjugatam &c. cognovit, aut etiam de alijs casibus, in quibus aliqua ex dictis, et supra enumeratis circumstantijs intervenit; ergo &c. Unde Christus Marci 12. et Lucae 21. testatus est, quod vidua pauper, quae in gazophylacium duo minuta misit, plus miserit, quam divites, qui ea plura miserant, eo quod omnia ea miserat bona, quae habuit, et in toto victum suum, et proinde ex importantis circumstantia nobiliorem eius actio. Quapropter Trid. Patres Sess. 14. Cap. 5. ordinant dicentes ait, eas circumstantias in confessione explicandas, quae speciem peccati mutant, quod sine illis peccata ipsa nec a poenitentibus integre exponantur, nec judicibus innotescant: ergo &c.

168. Oppones. Nihil Hominis Actibus bonitatem, aut malitiam moralem tribuere fit, nisi sit cognitum, et volitum sed omne, quod cognitum, et volitum est, non fit dici circumstantia, sed est volitionis objectum, sicut omne, quod est visum, est

visionis objectum; ergo nihil ipsi horis actibus bonitatem, aut malitiam moralem tribuere praeter eorum objectum: quod est id, quod docet Angelicus Praeceptor 1. 2. q. 19. a. 2. in c, ubi docet, bonitatem, et malitiam voluntatis, seu actus interioris non dependere ex circumstantijs, sed ex solo objecto . Confirmatur. Circumstantiae plures sunt actui huo extrinsecae, ut patet in circumstantiis loci, et temporis; Atqui quod est extrinsecum actui, illi bonitatem et malitiam intrinsecam, qualis est bonitas, aut malitia moralis, non tribuit, sed tantum extrinsece illum denominare potest bonum, aut malum: nam quod dat malitiam, aut bonitatem intrinsecam alicui subjecto debet ipsi esse intrinsecum, utpote cum sit ejus formae; ergo &c.... Confirmatur 2do. Plures sunt circumstantiae, quae nullo modo influunt in bonitatem, aut malitiam actus huj: exemplum primo est in circumstantia Quis: si enim duo homines inaequalis sanctitatis eandem bonam, aut malam actionem cum eadem intensione, et in eisdem circumstantijs eliciant, major, aut minor bonitas, aut malitia in eorum actione non invenietur: Exemplum 2do est in circumstantia Quid: si enim quantitas v. g. materiae, aut objecti aliquam moralitatem in actum influeret, jam qui infinitis pauperibus succurrere, aut infinitis hominibus nocere desideraret, actum infinite bonum, aut malum eliceret. si enim major quantitas majorem bonitatem, aut malitiam actui tribuit, jam infinita quantitas infinitam bonitatem, aut malitiam in actum refunderet: Hoc autem utpote impossibile non est asserendum: Exemplum 3tio est in circumstantia Quomodo: Intensio siquidem actus nullam actui dat moralitatem, cum saltem regulariter neque cognita, neque volita sit ab operante: Exemplum tandem est in circumstantia Quando: si enim ex hac variatione etiam esset bonitas, aut malitia actus, qui per horam in eadem actione mala perstitisset, infinitam contraxisset malitiam cum in ea parte infinita reperiantur instantia: et e contra qui per instans tantum male operatus esset nullam bonitatem, aut malitiam ex duratione contraxisset; ergo &c.... Confirmatur ultimo. Circumstantiae saltem nullam specificam moralitatem actui huo tribuere possunt: cum enim sint veluti accidens quoddam supponens actum in propria specie constitutum, cumque accidentis sit id, quod abest, et adest sine subjecti corruptione actus moralis non perdat, aut acquirat ex circumstantiis ullam specificam bonitatem, aut malitiam moralem; ergo &c.

135 Respondeo concessa majori nego minorem. Quamvis enim etiam circumstantiae, quae secundariam, et accidentalem bonitatem, aut malitiam actui huo tribuunt, quatenus cognitae, et volitae sunt, possint dici objectum voluntatis in sensu quodam latiori, non tamen sunt objectum voluntatis in strictiori sensu de quo loquimur. Objectum enim stricte sumptum est illud solum quod primo, et per se objicitur actui, et ab eo primario attingitur, non autem, quod secundario, et per modum accessorij attingitur: Circumstantiae autem, de quibus loquimur, non nisi secundario attinguntur, ut vel patet in furante in templo, qui primario non movetur a circumstantia loci, sed de re sola sollicitus est, cum ab hac, non ab illo primario saltem ad furandum movetur; ergo &c. Hinc visionis exemplum non est ad rem. Visio enim utpote actus corporeus, et necessario dependens ab organo

versorio aequaliter respicit, quidquid sibi obversatur: Actus verò voluntatis, utpote à mente libera dependens, non aequaliter in eadē objecta fertur, sed in alia primariò, in alia secundariò tantum. Atque ex his patet ad Angelicum Praeceptorem. Nam, ut docet 1mus Eccli Disset. 2. de Actib. Humanis Q. 3. Seb. 3. §. 2., S. Doctor nomine objecti intelligit id, in quod voluntas non solum primariò, directè, et immediatè fertur, sed et in quod secundariò, indirectè, et mediatè tendit voluntas, ac proinde non excludit circumstantias, quae saltem secundariò, et indirectè sunt volitae, quia satis sibi consona tradit S. Doctor, ut patet meditanti fundum nostrae propositionis.

167 Ad confirmationem data majori, absolutè nego est minor. Sicut enim ipsum objectum etiam primarium actus hic aliquam tribuit bonitatem, aut malitiam, licet illi sit extrinsecum, esse nempe, quod ordo, quem actus ad objectum habet, est ipsi actui intrinsecus; ita et circumstantiae licet extrinsecae influunt in actus moralitatem, quia nempe respectum quem actus ad ipsas habet, est ipsi actui intrinsecus; ergo &c.

Ad eandem confirmationem dico assumptum: Plures sunt circumstantiae de se neque conformitatem, neque deformitatem à regulis morum dicentes, quae nullo modo influunt &c, concedo. Plures sunt circumstantiae de se conformitatem, aut deformitatem à regulis morum dicentes quae nullo modo influunt &c, nego assumptum. Nam, ut num. 160 advertimus, non de quibuscunque circumstantiis sed de iis, quae rectae rationi sunt congruentes, aut disconvenientes, in praesenti disputamus. Ex quibus patet ad primum exemplum adductum. Nam circumstantia Quis, seu conditio, qualitas, et dignitas personae operantis tunc solum se habet tanquam circumstantia in genere morum, et theologico, quando qualitas et dignitas personae per se influit in actum, et actus reflectit supra personam quà dictis qualitatibus affectam; hujusmodi sunt actus honoris obsequii, humiliationis &c. Unde actus humiliationis Regis major [illegible] est, magisque actu humiliationis subditi. Circumstantia autem Quis, seu conditio, seu qualitas, et dignitas personae operantis, quae solum per accidens, et concomitanter se habet ad actum, sicut accidit in exemplis objectis, non est circumstantia in sensu morali considerata, et proinde mirum non est, si moralitatem actui suo non tribuit.

Ad secundum exemplum nego assumptum: et ratio negandi est, quia licet bonitas, et malitia actus crescant crescente objecti bonitate, aut malitia non crescit tamen quomodocunque, sed cum proportione ad modum, quo ab intellectu et à voluntate attingitur jam cum majori, aut minori affectu, et conatu. Objectum enim non in se [illegible], seu prout est apprehensum [illegible], dat, et influit in actus moralitatem: jam verò [illegible] objectum in se est infinitum, non tamen [illegible], proponatur intellectui [illegible], et imperfecto modo, nempe finito et [illegible] nisi finito, et limitato modo, affectu, et conatu in illud fertur; et propterea actus non [illegible] aut malitia, infinita.

170 [illegible] exemplum quod affert [illegible] actus neque cognitam, neque [illegible] cognita, et volita non [illegible] determinata, cognita [illegible], et volita est in actu [illegible] quatenus de facto sentitur, et experimentum

… minuitur fervor, aut tenor voluntatis. Unde hoc ipso, quod voluntas actum illum fervidum, vel tepidum exerceat, intensionem, vel remissionem illius amat.

171 Tandem ad ultimum exemplum neganda est prima sequela. Tum enim ex una parte nullius actus bonitas aut malitia sit imputanda, nisi in quantum ratio ad illam advertit, eamque aliquis voluntas; ex alia vero parte nos nonnisi ad sensibilia temporis instantia advertere possimus, hinc cum instantia temporis sensibilia, quibus operamur, non sint infinita, neque quasi infinita, bonitas, aut malitia actionum nostrarum neque infinita, neque quasi infinita ratione durationis esse potest. Quod vero spectat ad secundam sequelam, dissentiunt inter se Doctores aliis contendentes actum per unum instans durans habere bonitatem suam solum ex objecto; et adeo circumstantias temporis nullo modo in eum influere; alii vero oppositum tenentes quia, inquiunt, sicuti voluntas tunc libere se exercet circa objectum, ita et libere se exercet circa illud instans. Verum quidquid de hoc sit, illud saltem verum est, actum cujus intentio durantem ad longum tempus, seu per plura instantia magis bonum, aut malum esse, quam sit actus per unicum instans durans, et adeo ratione temporis minuitur, aut augetur bonitas, aut malitia actus moralis.

172 Ad tertiam confirmationem distinguo assumptum: circumstantiae, saltem nullam specificam moralitatem actui hoc inadaequate, et secundum speciem sumpto tribuere possunt omitto; actui hoc adaequate, et secundum individuationem sumpto nego assumptum. Actus humus moralis bifariam considerari potest, adaequate nempe, et inadaequate. Inadaequate sumitur, cum tantum secundum specificam, et absolutam rationem, quam ex objecto, praecisis circumstantiis habet. Adaequate vero, cum secundum rationem individualem, idest spectatis omnibus, ut circumstantiis, tanquam actum individuantibus, spectatur; jam vero licet circumstantiae actui primo modo spectato sint quasi extrinsecae, et se habeant tanquam accidentia illius; attamen ita non se habent respectu actus secundo modo inspecti, sed evadunt tanquam partes illius essentiales, sicuti albedo dicitur pars essentialis parietis qua albo, licet sit accidens respectu parietis simpliciter, et secundum se sumpti. Sunt ergo partes essentiales totius illud intrinsece denominare possunt, circumstantiae &c. ergo &c.

Difficultas [illegible].

De modo, quo actus humus tendere debet in objectum aut circumstantias, ut ab illis moralitatem desumat

173 Ex jam dictis de ignorantia invincibili, sicuti et ex ipsa notione actus humani constare debet, actiones nostras liberas bonitatem, aut malitiam ab objecto, et circumstantiis desumere non posse, nisi et ipsum objectum, et circumstantiae tanquam conformes, aut difformes rectae rationi, et morum regulis cognoscantur. Nihil enim est volitum, quin fuerit praecognitum. Modo itaque restat videndum, quomodo malitia, et praesertim bonitas debeat esse volita, seu qualiter voluntas in eam tendere debeat, ut actus humus illam ab objecto, et circumstantiis desumat: et proinde sit

174 Propositio prima. Ad hoc ut actus humanus desumat suam malitiam, et moralem turpitudinem ex objecto, et circumstantiis malis, non requiritur, ut ipsa malitia, et turpitudo actus sit directe, et secundum se, et propter se volita, et intenta; sed sufficit aliquo modo advertere, actum circa tale objectum versantem, atque in talibus circumstantiis elicitum esse dissonum rectae rationi, et morum regulis. Unde ad malitiam, et turpitudinem contrahendam sufficit quodcunque voluntarium sive directum, sive indirectum, ac virtuale. Est omnium Doctorum sententia, quae primo suadetur ex eo, quod nedum vetitum est velle, et intendere malum, quatenus malum est, sed etiam vetitum est facere id, quod malum esse cognoscitur, quia semis, uti vix, aut nonnisi raro accidat, quempiam operari, et facere actionem aliquam, quatenus mala, et prohibita est, jam vix, aut nonnisi raro contingeret, ut quis legem violando peccaret: 2do quia qui vult actionem aliquam, quam advertit esse malam, etsi malitiam minime intendat, immo protestetur eam nolle, ipso tamen facto saltem indirecte eam vult, et intendit utpote is, qui vult causam, et vult effectum; atqui ad peccandum sufficit voluntarium indirectum, et in causa, ut ostendimus num. 29; ergo etc. Quod vel constat etiam ex eo, quod ad bonitatem actus necessario requiritur, quod sit de objecto bono, et circumstantiis debitis, quatenus talibus cognitis, et ex recto fine dictus; ergo cum juxta principium a S. Dionysio de Divinis Nominibus cap. 4 traditum: Bonum sit ex integra causa, malum ex singularibus defectibus, hoc ipso quod objectum, aut circumstantia actui concomitantes tanquam malae cognoscuntur, actus erit malus, etsi malitia per se non intendatur: Quod jam est quod Angelicus Praeceptor 1. 2. q. 19. A. 6 ad primum docet inquiens: Ad hoc quod dicatur malum id, in quod fertur voluntas, sufficit, sive quod secundum suam naturam sit malum, sive quod apprehendatur ut malum; ergo etc.

175 Propositio secunda. Ad hoc ut actus humanus moralem bonitatem ex objecto, et circumstantiis se tenentibus ex parte objecti desumat, non sufficit, ut earum bonitas, seu conformitas rectae rationi, et morum regulis sit cognita, sed insuper requiritur, ut in aliquo vero sensu sit directe, et secundum se volita, atque directe, et secundum se intendatur. Ita communis sententia, quae auctoritate SS. Patrum Augustini, et Thomae probatur. S. enim Doctor in Psal. 31 ait: Bonum opus intentio facit. Non valeas attendere quid homo facit, sed quid cum facit attendat. S. Thomas vero 1. 2. q. 19 A. 7 ad 3tium ait: Malum contingit ex singularibus defectibus, bonum autem ex tota, et integra causa. Unde sive voluntas sit eius quod est secundum se malum et sub ratione boni, sive sit boni sub ratione mali, semper voluntas erit mala. Sed ad hoc quod sit voluntas bona, requiritur quod sit boni sub ratione boni, idest quod velit bonum, et propter bonum. Hisce Sanctus Doctor, quibus et ratio suffragatur. Nam objectum, et circumstantiae se tenentes ex parte objecti nullam in hunc actum refundere possunt honestatem seu bonitatem moralem, nisi voluntas in eas feratur, quatenus sunt objectum, et circumstantiae actus boni: bonum quippe est ex integra causa. Objectum autem et circumstantiae se tenentes ex parte actui non materialiter, et secundum se sumptae, sed formaliter, idest quatenus conformes rectae rationi, et morum regulis sunt objecta, et circumstantiis, actus boni; ergo etc. Quibus accedit, quod ad hoc

ut actus sit bonus ex objecto, et circumstantijs se tenentibus ex parte objecti, voluntas appetere debet objectum, et perfectas circumstantias modo decenti naturam rationalem; alioquin actus non conveniet naturæ rationali, nec illam deceat, atque voluntas per actus suos non appetit objectum modo decenti naturæ rationalem, sicuti neque perfectas circumstantias, nisi illud, et illas appetat propter motivum conveniens naturæ rationali, ut rationali, utroque propter honestatem, quæ illis inest: si enim appetat propter motivum inferius, jam non appetit modo decenti naturam rationalem; ergo &c. Atque hinc si quis v. g. restituat alteri, quod et restituere tenetur ex solo metu pœnæ, neutiquam curando, quod hoc sit honestum, à Deo præceptum, ipsique placitum vel justitiam in contractibus servat ex solius lucri intentione, is actum moraliter bonum et honestum nonnisi facit, licet interim objectum talis actus in se justum sit.

176(?) Dixi autem primò et circumstantijs se tenentibus ex parte objecti. Nam loquendo saltem de quibusdam circumstantijs se tenentibus ex parte actus, sicuti est major, aut minor intensio, major, aut minor libertas, et dignitas personæ operantis juxta Vasquez contra Amicum, ut actui suo moralitatem tribuant, necesse non est, ut præcognoscantur, ut intendantur; ex ea videlicet ratione, quòd sicuti actus interior non debet esse reflexè cognitus, ita nec proprietates circumstantiæ. Et sanè persona operans in statu gratiæ constituta actum vita æterna dignum operatur, licet ipsa ignoret, se esse in gratia juxta illud Ecclesiastes 9. Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit. Sicuti et major intensio actus supernaturalis cadit in meritum theologicum, etsi non cognoscatur. Dixi 2do: Ut in aliquo vero sensu sit directum, et secundum se volita, atque directa, et secundum se intendatur. Quia licet valdè laudabile, et commendandum esset, quòd quis dum vult actionem aliquam bonam facere, v. g. dare eleemosynam virgini pudicitiæ periclitanti ob paupertatem, satisfacere suo creditori alias grave damnum passuro &c., id faciat reflectendo ad virtutis actus, quos elicituri est, easque qualitates tales aliquando, et expressè intendendo; id tamen non requiritur, sed sufficit aliquo modo implicito, aut æquivalenter cognosci et appeti honestatem illam apprehendendo, v. g. objectum illud ut laudabile, vel præmio dignum, ut placitum Deo, ut commendatum à viris probis, vel in speciali, ut est opus pietatis, charitatis, obedientiæ &c. sic quæ aliud volendo. Quod consonat illi Christi Math. 10. ajentis: Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

178 Dices contra secundam propositionem. Ut actus sit malus ex objecto, et circumstantijs juxta dicta in prima [illegible] sufficit quòd objectum, aut circumstantiæ apprehendantur tanquam dissonæ rectæ rationi, et morum regulis, quin ullo modo malitia intendatur, ergo etiam ut actus sit bonus ex objecto, et circumstantijs, sufficit, quòd objectum, et circumstantiæ apprehendantur tanquam rectæ rationi, et morum regulis consonæ, quin in eas qualitates voluntas feratur; ergo &c. .... Confirmatur primò Actus, quo quis aversatur objectum vel secundum se vel secundum circumstantias malum propter ejus solam malitiam, et nullatenus propter motivum alicujus virtutis, et adeo [illegible] nullam moralem honestatem est moraliter bonus, ergo non est necesse intendere honestatem actus, et moveri ad operandum propter operis honestatem; ergo &c. .... Confirmatur 2do

[illegible] ipsius eliciat actum æternæ vitæ meritorium, non requiritur; ut
velit, et intendat propter præmium operari, sed sufficit, quod
ipse cognoscat, et velit facere opus bonum; ergo neque ut quis
bonum opus eliciat, requiritur, ut propter actus honestatem
illud facere velit; ergo &c.
179 Respondeo concesso antecedenti negando consequentiam. Ratio disparita- 82
tis constat ex dictis in respectivis fundamentis pro utraque propositione.
Nam cum ex una parte malum habeatur ex singularibus defecti-
bus, atque actus humanus necessario constituatur ex objecto cognito, et
circumstantiis actum associantibus pariter cognitis, et ex volitione
per ordinem ad rationem, seu motivum formale volendi, jam actus
humanus erit malus, sive versetur circa objectum, et circumstantias
cognitas quà rectæ rationi, et morum regulis dissonas, sive volitio
talis objecti, et circumstantiarum sit ex ratione, et motivo formali
rectæ rationi, et morum regulis dissono, seu difformi: et adeo ad actum
mali constituendum sufficit, quod malitia sit indirecte vo-
lita, mediante scilicet volitione objecti, aut circumstantiarum
ut [illegible] rectæ rationi [illegible]: Contra vero cum ex altera
parte bonum debeat esse ex integra causa, jam ad actum humanum
bonum non sufficit, quod versetur circa objectum, et circumstantias 83
quà rectæ rationi consonas cognitas, sed voluntas debet circa illas
versari propter rationem, et motivum formale, quod sit morum regu-
lis conforme, ad hoc ergo ut honestas actus denominet actum
humanum bonum, debet esse volita per ordinem ad objectum, et per
ordinem ad rationem, et motivum formale actus, atqui non potest dici
volita per ordinem ad motivum formale, nisi sit directe, et
in se volita: quia motivum formale actus est directe volitum,
ergo &c. [illegible] denominare, et constituere actum
[illegible] bonum, nisi se teneat [illegible] parte objecti materialis, aut formalis
illius; honestas autem objecti, et circumstantiarum jam non est obje-
ctum materiale; ergo formale; sed objectum formale debet esse directe, et in
se volitum; ergo &c. Ad primum confirmationem negandum est suppositum
180 [illegible] supponit enim, voluntatem non [illegible] aversari posse objectum
vel secundum se, aut circumstantias malum propter solam ejus mali-
tiam tanquam unicum motivum; quod est falsum. Odium enim ma-
litiæ vitii necessario fundatur in amore objecti contrarii virtu-
tis oppositæ, [illegible] necessario supponit [illegible]
[illegible] alicujus vitii propter se, nisi amet, et prius amet bonitatem
[illegible] virtutis oppositæ. Nam cum bonitas, et pulchri-
[illegible] virtutis præfatæ consistat in conformitate, et convenien-
[illegible] cum ratione, ut rationali; malitia vero, seu turpi-
[illegible] in difformitate, et disconvenientia speciali cum ratio-
[illegible] ut [illegible] atque [illegible] quod quis difformitatem, et disconvenien-
tiam cum ratione ut tali odio habeat, prius amet conformitatem, et
convenientiam cum ratione ut tali, prius quam odit, et aversatur
objectum aliquod vel secundum se, aut circumstantias malum pro-
pter ejus malitiam, prius et odit, et aversatur propter virtutis [illegible]
181 [illegible] Ad alteram confirmationem [illegible] concesso antecedenti nego
consequentiam [illegible] meritum, aut [illegible] qui necessario [illegible]
bonum, vel malum independenter ab intentione operantis; eo enim ipso
quis meretur [illegible], aut [illegible] suo voluntario, [illegible]
[illegible] quæ rationi ut tali sunt consona aut repugnantia. [illegible]
[illegible] proprii meretur, si gratuito operari velit, quia tunc opus ejus
est magis [illegible] ex intensiori amore procedit: quod in
casu consequentis dici nequit; ergo &c.

Articulus Sextius
De Moralitate actus hūi ex fine operantis.

82 Finem, qui est id, cujus consequendi, aut vitandi causa aliquid fit, alium esse intrinsecum, alium extrinsecum, toties diximus in Tractatu superiori de Legib, ex quib jam habes, finem intrinsecum, qui et dicitur finis operis, esse id, ad quod ipsum opus, vel actus ex natura sua ordinatur, atque in ipso opere, vel ejus objecto intrinsecè includitur, ut est sublevatio corporalis miseriæ in eleemosina, acquisitio scientiæ in studio &c.; et adeò loquendo de actu morali finis intrinsecus ejus est honestas, aut inhonestas moralis, quæ actibus hūs ab intrinseco inest; contra finem extrinsecum, qui et dicitur finis operantis, id est id ad quod operans ordinat opus, e. g. [illegible] ut det eleemosinam [illegible] in necessitate [illegible] constitutis, ut ab illis obtineat, concionari ad captandam hominum æstimationem &c. Atque de hoc fine extrinseco modo agendum est; non autem de fine intrinseco: Opera siquidē nostra bonitatem, aut malitiā à fine intrinseco desumere, jam constat ex dictis de moralitate hūorum actuū ex objecto unde sit

83. Propositio. Actus hūi bonitatem, aut malitiam moralem etiam desumunt à fine operantis. Ita Theologi cum S. Thoā 1. 2. q. 18. a. q. in corpore = Actiones hūæ, et aliæ, quorū bonitas dependet ab alio, habent rationem bonitatis ex fine à quo dependent, præter bonitatem absolutam, quæ in iis existit. Sic igitur in actione hūa, bonitas quadruplex considerari pt. Una quidem secundum genus, prout scilicet est actio; quia quantum habet de actione, et entitate, tantū habet de bonitate, ut dictū est. Alia verò secundum speciem, quæ accipitur secundum objectum conveniens. Tertia secundum circumstantias, quasi secundum accidentia quædam. Quarta autem secundū finem, quasi secundū habitudinem ad bonitatis causam = Hæc S. Doctor sagacitate Articulo loquens non jā de fine intrinseco operis, cū de eo dixerit Articulo secundo citatæ Quæstionis; sed de fine extrinseco operantis. Hæque veritas suadetur ex eo Xti Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuū lucidum erit si autem oculus tuus fuerit nequam: totū corpus tuū tenebrosū erit: Porrò nomine oculi intentionem, seu operantis finem intelligere debemus, ut constat S. Aug. lib. 2. de Serm. Domini in Monte cap. 13 inquiens = Oculum ergo hic accipere debemus ipsam intentionem, qua facimus quidquid facimus, quæ si munda fuerit, et recta, et illud [illegible] quod aspiciendū est, oīa opera nostra, quæ secundum eam operamur, necesse est, bona sint.... Non ergo quid quisque faciat sed quo animo faciat, aspiciendū est = Hactenus Sanctus Doctor, ex cujus verbis clarè constat, intentionem [illegible] ad actū bonū, itaque moralē [illegible] moralitatem desumere. Quod et idem Aug. clarius ostendit lib. 2. de Morib. Manichæorum cap. 13. arguens Manichæos qui omnō immeritos, tanquam bonum aliquid [illegible], quia non [illegible] [illegible] non [illegible], contra quos probat, eorū abstinentiam ex pravo eorum fine, qui certē, ut intuenti patet, erat extrinsecus, seu ex parte operantis, vitiari, &c. &c.

84. Quod totum hac invicta ratione roboratur. Ab eo siquidem actus hūus moralitatem desumit, quod facit actū ex indifferente bonū, vel malum, ex malo pejorem, ex bono

malum, vel meliorem, atqui finis extrinsecus operantis facit actum primo ex indifferente bonum, vel malum: sic certe deambulatio actus secundum se indifferens, mala est, si fiat V.G. fine ostentandi se, vel causa occasionem ad peccandum cum aliqua persona &c; bona vero, si fiat, ut eat V.G. templum ad Deum orandum, ad domum aliquam causa visitandi infirmum, eique bona consilia proponendi &c. secundo facit actum ex malo pejorem, ut si quis V.G. furatur eo animo, ut possit se inebriare, moechari &c. tertio facit actum ex bono malum, ut si quis V.G. Virgini pauperi dat eleemosinam animo eam comprimendi, jejunet eo fine, ut hominibus jejunans appareat &c. et tandem facit actum ex bono meliorem, ut si quis V.G. eleemosinam pauperi indigenti tribuat nedum ad ejus miseriam sublevandam, sed etiam ut eum a furtis removeat, aliisque malis, vel etiam ut pro suis peccatis satisfaciat Deo; ergo &c.

185 Dices contra: si actus humanus suam moralem bonitatem, aut malitiam saltem specificam a fine etiam extrinseco desumeret, eam non posset desumere ab objecto suo; sed ex suppositis hoc est falsum; ergo &c. Major prob. et primo quia idem numero actus non potest esse nisi in unica specie, sicuti non potest esse nisi in unico individuo: secundo quia si actus humanus suam moralem bonitatem, aut malitiam etiam specificam a fine etiam extrinseco desumeret, in casu honestas, aut malitia objecti solum intenderetur tanquam medium ad consequendum dictum finem extrinsecum: actus autem humanus specificam suam bonitatem, aut malitiam non desumit ab ipsis mediis ad finem obtinendum ordinatis; ut non obscure innuit Angelicus Doctor Quaest. et Art. citatis ex Aristotele docens: Quod ille, qui furatur, ut committat adulterium, est per se loquendo magis adulter, quam fur, ergo &c. Confirmatur: si actus humanus suam malitiam moralem a fine extrinseco desumeret, propositum hominis parati ad occidendum omnes sibi occurrentes, sive clerici sive laici sint, ab hac intentione, et fine suam malitiam desumeret; hoc est falsum et primo quia nullum determinatum homicidium sibi in mente proponit; secundo quia ista talis malitia esset sacrilegi quam homicidii, quod est falsum, ergo &c. Respondeo negando majorem, ad cujus probationem fateor quidem numero actum non posse esse nisi

18. in unica specie Physica, secus vero nisi in unica specie morali siquidem ut ostendimus supra idem actus Physicus potest reperiri in diversis specie malitiae distinctis actibus moralibus, ut patet in eo, qui intendit furari, ut se inebriet, et ut adulterari possit. Ad secundam majoris probationem dico, verum quidem esse actum humanum suam speciem non desumere a mediis quatenus talibus, seu ut praecise utilia ad consequendum finem, adeo ut si talis finis non esset, nullo modo eligerentur, falsum autem esse actum humanum suam speciem non sortiri a mediis, si eligantur et propter honestatem aut malitiam, quam praeseferunt, et quatenus utilia sunt ad ulteriorem finem consequendum in casu enim electio ab utroque sumit moralitatem suam, licet principalius a fine: quod solum voluit Aristoteles, et Divus Thomas praecitatus in objecto loco, ut meditanti patet

Ad confessũ dico, taliter dispositum, et affectũ in eam ratiõe suæ pravæ intentionis, seu finis et homicidam, et sacrilegum dicendũ eẽ: Homicidã quidem, quià vult, et quantũ ex se est, occidere paratus est: sacrilegũm verò, quià licet ejus voluntas sit actualiter, et Physicè una; est tñ virtute multiplex, et fertur non solũ ad laicos, verũ etiã ad clericos: adeòque non est purus homicida, sed est etiã sacrilegus et sic istĩ non sufficeret dicere in confessione se voluisse occidere plures hõmines; sed deberet exprimere sive clericos sive laicos, ut tanquam certum suppono ex Tractatu de Pœnitentia.

187. Atque ex his, quæ modò dicta sunt, faciẽ colliges primò facientem actum secundũ se, et circumstantias bonũ cognitum, et volitum, etiam propter finem extrinsecum bonum, V.G. dantem eleemosinam pauperi indigenti necdũ ad ejus corporalem miseriam sublevandã, sed etiam ut Deo debitum tribuat honorem, atque etiam ut pro peccatis suis satisfaciat, simul et semel exercere actum moralem bonum æquivalentem tribus actibus bonis, nempe misericordiæ Religionis, et pœnitentiæ: siquidem ex illarum trium virtutum motivo operatur actum ad dictas virtutes conducentem: sicuti è contrà plures contrahere malitias, qui actum secundũ se, et circumstantias malum cognitum ex fine extrinseco malo elicit, V.G. in loco sacro furatur, ut inde possit emere arma ad occidendũ inimicum ut possit se inebriare, mœchari &c. Tunc enim omnes illas malitias vult, et intendit saltem indirectè, quòd ad peccandũ sufficit ex supradictis num. 174

188. Colliges secundò, opera secundum se indifferentia ex recto, et honesto fine facta, ut ambulare devotæ peregrinationis causa, comedere, bibere, dormire ad reficiendas vires, ut promptius Deo serviatur, ab eo fine moralem bonitatem acquirere, et ejus quidem speciei, quæ ab operante intenditur. Nam si, ut ait Apostolus 1. Corinth. 10. omnia nostra opera in gloriam Dei facienda sunt, et aliàs bona esse possunt; atque opera indifferentia secundũ se nisi à fine operantis bonitatem moralem acquirere possint, jam consequens est manifestum ea à fine operantis bonitatem desumere: et proinde hinc fecit illud S. Ambrosii lib. 1. Offic. Can. 30. Affectus tuus nomen imponit operi tuo: item et illud Aug. Præfat. in Psal. 31. Bonũ opus intentio facit. ergo &c. Ex quibus et constare debet, actiones nedũ secundum se indifferentes, sed etiam secundum se bonas inficiari, et corrumpi à fine malo operantis, juxta Aud: Bonum ex integra causa: malũ ex quolibet defectu. Ac autem rectus operantis finis, et bona intentio valeat justificare actionem secundũ se, et naturam suam, aut ex circumstantijs malam, et ut talem cognitam modò dicendũ est.

Quæstio incidens.

De Actu malo ex intentione bona.

189 Propositio. Quamvis recta operantis intentio, et honestas finis aliquo modo minuat malitiam actus humani secundum suam naturam, aut ex circumstantijs malum; attñ non ità minuit, ut omnem ejus malitiam auferat: immò potius tunc totum opus est simpliciter malum. Ità communis, et mihi vera sententia. Et quoniam tres partes habet, per singulas probo.

Et quoad primam partem suadetur ex illo Aug. lib. contra mendacium cap. 8. ubi est [illegible] ad [illegible], [illegible] quam qui [illegible] furatur. Magistro suo et consonat D. Thom. 2. 2. q. 110 a. 2 in [illegible] quanto bonum intentum est melius, tanto magis minuitur [illegible] [illegible]. Et ratio est, quia [illegible] non tam attenditur [illegible] parte objecti, et circumstantiarum [illegible] rationi, et [illegible] quam ex parte affectus operantis ad ipsum peccatum [illegible] magis attenditur [illegible] operantis affectus ad peccatum [illegible] ubi [illegible] bonum in finem ordinatur, minor est ad peccatum [illegible], cum tunc non tam [illegible], quod in peccato [illegible] [illegible] ratio [illegible] ad [illegible] [illegible]; ergo &c.

Quoad secundam vero partem constat tum ex [illegible] [illegible] 34. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata. Tum ex Apostolo Rom. 3 damnante eos, qui dicunt: Faciamus mala, ut veniant [illegible] [illegible] in [illegible] cap. 22 ostendit, mentiri, ut alteri [illegible] [illegible] lib. Contra mendacium cap. 7 [illegible] [illegible] concludit: Interest quidem plurimum, qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat, sed ea, quae constat esse peccata, nullo bonae [illegible] quasi bono, nulla valet bona intentione [illegible] sunt: Et infra: si [illegible] justa sunt mendacia quae hoc animo fiunt, ut occulti haeretici [illegible] [illegible] [illegible], si eodem animo fiunt, justa esse adulteria. Et cap. 32. [illegible] Contra mendacium est. Etiam ad sempiternam salutem nullus [illegible] [illegible] [illegible] mendacio. Atque bonum enim ratio est, quia [illegible] bonum est ex integra causa, malum ex quolibet defectu. Bonus autem defectus est materiae objecti, vel aliae circumstantiarum, ergo &c. Ex quibus etiam [illegible] pars [illegible] [illegible] constare [illegible]. Et sane [illegible] intentio [illegible] [illegible] ex re [illegible] ablata utpote intentio ex re non sua [illegible] [illegible], si [illegible] [illegible], mala est, ergo &c.

190 Opponet contra primam partem de bona intentione et bonus [illegible] peccatum minuerat, minus peccare, qui [illegible] [illegible] furantur intentione pauperibus [illegible], quam qui absque [illegible] intentione furantur. hoc autem est [illegible], ut docet Aug. [illegible] [illegible] [illegible] intentione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pauperibus, quod [illegible] [illegible] potius quam minuat [illegible]: [illegible] [illegible] quo quis [illegible], ut [illegible] misericordiam [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] ergo peccatum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] &c. [illegible] [illegible] et intentio bona [illegible] [illegible], quo magis [illegible] et bonus est finis, et intentio, eo magis minuerent [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] malitia, quod est [illegible] &c.

191 Respondeo [illegible] de bona intentione &c. per se minus peccaret, qui [illegible] [illegible] furaretur &c., quam qui absque [illegible] intentione [illegible] [illegible] per accidens minus peccaret [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nego [illegible], et cum [illegible] bona [illegible] minori [illegible] [illegible]. Cum D. Aug. docet [illegible] [illegible] intentione, ut pauperibus [illegible] [illegible] potius peccata [illegible] [illegible], quam minuere delictum, id non intendit de malitia [illegible] [illegible] [illegible] mala [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in innocentiam [illegible] 92

93

quæ, et non alia fit ea mens sancti Doctoris, ut patet ex dictis supra in fundo, tum ex eo, quod loco objecto ipse S. Doctor fatetur: nempe in suo genere aliis ejusdem generis peccatis leviora, quæ bono animo videntur committi. In præsenti autem non disputamus de malitia, quæ per accidens, sed de ea, quæ per se actui inest. ergo &c.

Ad primam confirmationem dico antecedens: intentio, qua quis vult furari, ut cum pauperibus misericordiam exerceat, secundum se, et ratione sui est mala; attamen minus mala, quam intentio qua quis ex alio fine non bono, et honesto vult furari, concedo; aliter nego antecedens, et consequentiam. Quamvis verum sit, quod intentio, qua quis vult furari ad dandam eleemosynam non sit moraliter recta, et honesta; est tamen minus difformis recta ratione, ac sit intentio illius, qui furari vellet ad finem non honestum, et bonum obtinendum, v. g. ad laute, et commodius vivendum: cum autem nos dicimus, finem, et intentionem bonam minuere culpam solum intendimus, minuere hoc sensu, quod actus tunc non habeat malitiam, quam haberet ex fine, et intentione non recta, sed mala: quod procul dubio verum est, ergo &c.

Ad 2dam confirmationem omisso antecedente negatur consequentia, quæ falsum supponit, nempe posse haberi finem optimum, ubi electio medii est mala. Etenim bonitas finis quantocumque in gradu supponatur, non impedit, ne medium, quod illicitum est, bonum evadat; manet illicitum, et adeo totam malitiam actus auferre non potest.

92 Oppones 2do contra secundam partem.

Omne opus, quod quis propter finem rectum, et honestum praestitit qualecumque in se sit opus illud, in ordine morali recte, et honeste operatur: Quod vel constat ex testimonio Christi Math. 6. dicentis: Si oculus tuus (nempe intentio) fuerit simplex, totum corpus (id est actus) lucidum erit (id est rectus, atque laudabilis). Unde S. Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 30. ait: Affectus tuus nomen imponit operi tuo: et S. Aug. in Psal. 31. Bonum opus intentio facit: Non valde attendas, quid homo faciat, sed quid cum facit aspiciat: Hinc natum est illud tritissimum axioma: Quidquid agant homines, intentio judicat omnes. Et sane si opus etiam in se bonum vel accedente solo pravo, et malo fine totum malum evadit; cur intentio, et finis rectus non habebit hoc, quod per illum vel opus in se malum bonum evadat? ergo &c. ..... Confirmatur ex capit. Duo mala. dist. 13 ubi habetur, quod ex duobus malis minus est eligendum: ergo si casus occurrerit, ut vel mentiendum esset, vel socius vita innocenti eripienda esset, mentiri licebit, ergo &c.

93 Respondeo negando assumptum, quod recte non probatur ex scripturæ, et Patrum testimoniis relatis aut similibus. Nam ut ostendit S. Bernardus lib. de Præcepto, et Dispens. cap. 14; ad oculum simplicem duo sunt necessaria, nempe charitas in intentione, et veritas in electione: quando autem actus etiam ex recto fine versatur circa objectum in se aut ex circumstantiis malum tunc non habetur veritas in electione; atque adeo ut intentio sit bona, non solum finis bonus intendi debet; sed etiam bene, id est sine admixtione pravæ circumstantiæ, aut medii mali. Quod

et constat meditanti Argu.^o num. 183. à nobis relatum. Quare
[illegible] merito [illegible] damnare eos, qui discipulos suos persuadere tantum
existimantes obsequium se præstare Deo, ut habetur Joan. 16. Ex quibus
et patet, quid dicendum sit ad oppositum axioma, intentionem scilicet
sit ex fine, et ex objecto, et ex circumstantiis factas omnes eas, quæ [illegible]
cat omnes, bonum vero intentionem secundum finem tantum [illegible]
Unde et ad paritatem disparitas per se est manifesta. Siquidem,
ut toties diximus: Bonum est ex integra causa: malum vero ex quo-
libet defectu.
Ad confirmationem omisso, vel etiam concesso
194 anti loquendo de malo morali, nego consequentiam. Principium enim illud non
est quomodocunque verum, sed tantummodo verum est loquendo de
una eademque persona inter duo mala moralia constituta, quorum
alterutrum ex necessitate est eligendum. De quo casu jam diximus in
Tractatu de conscientia à num. 62. Etenim tunc in rigore minus ma-
lum vere malum non est, cum tunc cesset obligatio præceptorum
[illegible] casum illum obligant. Falsum autem est, quando majus
malum facturus est alia, et distincta persona, cum nullum extet
præceptum, quod V. G. me obliget ad furandum, ad mentiendum
&c, ut impediam personam paratam ex sua libera electione
ad mæchandum, ad occidendum &c, quod quinimo oppositum
tunc urget præceptum. Nam tunc proximus non ex necessi-
tate, sed ex sua prava intentione vult peccare: Ex quibus solu-
tam habes instantiam hanc: Licet mihi eligere minus malum, cum
[illegible] malum ex necessitate mihi faciendum est; ergo et
licet mihi V. G. levia mendacium facere, ut impediam, ne Petrus
V. G. Paulum occidat. Nam in primo casu non sum liber, libertate
[illegible] ad alterutrum omittendum. In secundo vero casu sum [illegible]
[illegible] præceptum, utpote cum per actionem malam non tenear
impedire peccatum liberum alterius.

Caput Secundum

De Multiplicatione moralitatis in eodem actu.

[illegible] hoc de multiplicatione moralitatis in eodem actu duplex
[illegible] examinanda difficultas: Prima est, an unus, et idem numero
actus [illegible] eodem numero [illegible] possit habere duas oppo-
sitas moralitatis species, bonitatem videlicet, et malitiam, aliam quidem
ex uno capite [illegible] objecto, aliam autem ex alio capite, V. G. [illegible]
na? Altera difficultas est, an saltem unus, idemque numero actus [illegible]
[illegible] moralitatis species, V. G. duas bonitatis, aut malitiæ
species [illegible] possit? Pro quibus solvendis sit

Articulus Primus.

De bonitate, et malitia in eodem numero actu.

195 Actum humanum versantem circa objectum quod malum cognitum [illegible]
[illegible] circumstantia, aut intentione, seu fine cohonestari posse, [illegible]
[illegible] absonum, quandoquidem et ex omni parte malum [illegible]
[illegible] contradictis constare debet; siquidem circumstantiæ omnes, et [illegible]
[illegible] ab electione medii [illegible] inficiuntur. Quare præterea [illegible]
[illegible] tantum locum habet, ubi actus humanus est de objecto [illegible]
[illegible], ut [illegible] in circumstantiis aut ex fine
seu intentione prava eliciatur; atque de hoc quæritur, an sec-
[illegible] objecto bonus sit, et secundum [illegible]
bonus [illegible]? Pro qua difficultate notandum est
[illegible]

unum, eundemque numero actum Physicè continuatum per tempus aliquod de bono in malum transire posse, aut e contra. Quemadmodum enim idem actus intellectus, V. g. iste Petrus sedet ex sola objecti variatione fit de vero in falsum transire, si nempe continuetur, et instanti A. Petrus revera sedeat, et instanti B. Petrus surgat; ita idem numero actus voluntatis continuatus fit pro uno tempore licitus, et adeò bonus; illicitus verò, et adeò malus pro tempore subsequenti, ut patet in eo, qui feria sexta ante lunaris comestionem carnium inciperat ante mediam noctem, eamque continuavit etiam post mediæ noctis punctum, V. g. per semi-horam: Hæc comestio licet in genere Physico una sit, utpote cum interrupta non sumatur, [illegible] tamen est in genere moris transitque de una moralitatis specie in aliam. Unde et difficultas praesens ad hoc devolvitur, an idem actus voluntatis simul, et eodem tempore possit habere diversas, et oppositas moralitatis species, et simul esse bonus, et malus ex diversis principiis, puta bonus ex objecto, et malus ex operantis fine.

96. Notandum est secundò ad aequivocationem tollendam, actum humanum moralem una objectum quà bonum cognitum respicientem bifariam spectari posse absolutè nempe, et simpliciter, seu in sensu copulativo, et secundum quid seu in sensu disjunctivo. Primo modo spectatus est totum morale dicens conformitatem rectæ rationi, et normæ regulis secundum omnia, et singula, ex quibus constat si nempe bonus est si verò malus est, est totum morale aut secundum omnes, aut aliquam sui partem, ex quibus constat, deformitatem dicens rectæ rationi, et normæ regulis: Atque hoc modo sumptum actum humanum bonum dici non posse; dum omnium bonum tum circumstantiarum esse si vel solus operantis finis, et intentio prava sit, omnes ferme Doctores conveniunt cum S. Thoma 1. 2. q. 18. A. 4. ad 3um dicente: Non est actio bona simpliciter, nisi omnes bonitates conveniant: Quia quilibet singularis defectus causat malum: Bonum autem causatur ex integra causa, ut Dionysius dicit cap. 4. de divinis Nominibus. Ex quibus S. Doctoris verbis, et ipsa ratione constat; ac proinde Quaestio citata procedit de actu humano secundum quid, sive in sensu disjunctivo considerato, an videlicet sicuti in naturalibus fit idem subjectum retinere bonitatem quoad aliquid et ex malum quoad aliud ut aegrotare pedibus, et non manibus, esse pulchrum quoad oculos, et esse deforme quoad nasum &c., sic in moralibus eadem actio possit esse bona ex objecto, et ex circumstantiis, aut ex fine operantis mala; et proinde secundum quid bona, et secundum quid mala. Pro cujus resolutione.

97 Notandum est tertiò, malam circumstantiam actioni secundum se et natura sua bonæ dupliciter conjungi posse, antecedenter nempe, et concomitanter. Tunc concomitanter solùm conjungitur, cum actioni de se bonæ, et bonum in finem directæ [illegible] operis [illegible] mali accedit, ut si quis inchoato in bonum finem jejunio, inanem gloriam inter jejunandum concipiat, vel aliqua veniali impatientia, parvo tædio, et distractione afficiatur: Tunc verò antecedenter conjungitur, cum ea in actum influit ut causa [illegible], ut si quis jejunaturus [illegible] jejunium determinet, ut laudes hominum [illegible] quos [illegible] continuare fit nempe primò ita, ut V. g. inanis gloria [illegible] habeat [illegible], adeò ut si inanis gloria [illegible] non esset, jejunium jam omitteretur: 2do ita, ut etsi inanis [illegible] non esset, adhuc revera jejunium susciperetur, et adeò ea est motivum, et finis minus principalis. Et ex his sit.

[illegible]

Propositio. Ubi actus bonus secundum se, et natu-
ram, seu ex objecto bonus, fit in circumstantia sive graviter, sive
leviter mala, aut ex pravo fine, se-antea habente, et tanquam
causa saltem [illegible] actus, totus malus est, et ideo malitia
sive gravis, sive levis circumstantiæ malæ et propter pravi fi-
nis omnibus moralem bonitatem penitus destruit. Ita saltem
probabilior sententia cum S. Thoma 1. 2. Q. 19. A. 7. ad 2dum dicente = Volun-
tas non potest dici bona, si sit intentio mala, causa volendi. Qui enim
vult dare eleemosynam propter inanem gloriam consequendam, vult
id, quod de se est bonum sub ratione mali; et ideo prout est volitum
ab ipso, est malum. Unde voluntas ejus est mala = Quod etiam ha-
betur ibidem ad 3tium, et Estius docet in 2. Sent. Dist. 38. Q. 2 A. 1
ad quartum. Atque ulterius probatur ex illo Matth. 6, ubi Christus ait = Atten-
dite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini | 200
ab eis: Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum,
qui in cœlis est = Quæ verba explicans S. Ambrosius in Caput 1. Luc.
inquit = Bona est misericordia, bona est oratio, sed fit injusta, [illegible]
si [illegible], causa aliquis pauperi largitur, ut videatur ab homi-
nibus = [illegible] se misericordia in pauperes, et oratio ex fine [illegible]
næ gloriæ ob hanc intentionem, quæ [illegible] et [illegible] ma-
[illegible] non [illegible], seu vitiantur, ac [illegible]
[illegible], atque [illegible] aliam mercedem ab hominibus
[illegible] possent, cum qualibet bona actio a [illegible]
[illegible], etiam talis eleemosyna, et oratio non possit dici
injusta fieri, ut meditanti patet; ergo cum ex ipsius Christi ore ja-
[illegible] mercedem suam [illegible] [illegible], et
[illegible] S. Ambrosio injusta fiat talis misericordia, et oratio, dicen-
dum est [illegible] in citatum Matth. [illegible] merito [illegible]
[illegible] vana gloria [illegible], et meritum boni operis et
[illegible], sunt [illegible] [illegible].

199
Quæ veritas et ipsa ratione [illegible] hoc
pacto. Cum quis vult, et intendit dare eleemosynam ad inanem glo-
riam captandam, aut quando ex tali eleemosyna, [illegible]
[illegible] se fore impotentem ad justitiæ debita [illegible]
[illegible] talis actus [illegible] specificativus, non est bonum [illegible]
[illegible] malum; ergo talis eleemosyna neque ex objecto [illegible]
[illegible] bona, sed est mala [illegible]; [illegible] quæ
[illegible], et vult [illegible] eleemosynam propter inanem gloriam [illegible]
[illegible] malum, [illegible], aut in circumstan-
tiam [illegible] se fore [illegible] ad justitiæ [illegible]
[illegible] non secundum se, et absolute sump-
ta, sed prout relata ad finem malum, et sua circumstantia af-
fecta est objectum voluntatis in eam tendentis: nam [illegible]
seu actus voluntatis eligentis tunc non tendit in eleemosynam
secundum se [illegible], ut est medium [illegible] ad inane-
[illegible] acquirendam, ac [illegible] voluntas [illegible]
[illegible], prout est [illegible] ad justitiæ [illegible] faciendam
Atqui eleemosyna ut [illegible] ad inane-
[illegible], atque impedimenti ad justitiæ debitam [illegible], non
est [illegible], sed malum, cum sit instrumentum [illegible]
[illegible] eleemosyna [illegible] propter inanem
gloriam [illegible] in circumstantiis, in quibus
eleemosyna [illegible] ad satisfaciendum
justitiæ debitis, est [illegible], et [illegible]
rationis; sed objectum [illegible], et [illegible]
rectæ rationis est malum, ut patet; ergo [illegible] ..... [illegible]

Actus qui nullo modo dirigitur, seu regulatur per rectae rationis dictamen, neque adaequate, neque inadaequate, seu partialiter non est bonus in ordine morali: siquidem ut actus sit moraliter bonus, debet esse conformis, et regulari per regulam proximam actuum humanorum quae est ipsa conscientia: Atqui eleemosyna facta ad inanem gloriam captandam tanquam finem proximum, aut in circumstantiis, in quibus inde contingit impotentia ad justitiae debita solvenda, nullo modo dirigitur, seu regulatur per rectae rationis dictamen: nam recta ratio, et prudentia dictat bonum bene faciendum esse et bonum fieri male, seu ex fine malo, et in circumstantiis pravis non esse bonum; unde S. Thomas apud eundem Gotti hic Tract. 2. Q. 3. Dub. 9. §. 2. ait: Velle facere aliquid, quando non debet fieri, non est velle bonum: ergo etc.

Instantiae. [illegible] nullum opus est demeritorium

200 [illegible] poena etiam temporali dignum, nisi sit moraliter malum; ita nullum opus meritorium, ac praemio etiam temporali dignum esse potest, nisi aliquo modo saltem sit moraliter bonum; Atqui Actus humanus, qui circa objectum bonum etiam ex fine pravo versatur, est meritorius, et praemio temporali dignus, ut constat ex facto Jehu, qui temporale Regnum a Deo in mercedem recepit, ut legitur 4. Reg. 10, eo quia fecerat id, quod praeceperat ipsi Deus, exterminando familiam Achab, quamvis id fecisset ex pravo fine, nempe ex dominandi cupiditate: ergo etc. Confirmatur primo. Actus, qui necdum humanus, sed etiam divinum praeceptum [illegible], debet esse saltem aliqualiter bonus: bonum siquidem est, et laudabile talia adimplere praecepta; atqui per actum versantem circa objectum secundum se bonum, licet ex pravo fine, ac in aliqua circumstantia mala, satisfit nedum [illegible] sed etiam divino praecepto, ut diximus in Tractatu [illegible] a num. 374; et vel patet in praecepto jejunii, audiendi missam, honorandi parentes, dandi eleemosynam etc. Qui enim etiam ex vana gloria jejunaret, missam die festo audiret, parentibus subsidio indigentibus succurreret, pauperibus stipem elargiretur, [illegible] praeceptis procul dubio satisfaceret, ergo etc. Quod vel [illegible] patet ex eo, quod certe melius facit ille, qui [illegible] opera etiam ex fine pravo vanae gloriae praestat, quam ille, qui ea nullo modo ea praestaret. [illegible] Confirmatur 2do. Data veritate nostrae sententiae sequeretur primo, quod qui restituerit alteri quod debet, in circumstantiis, in quibus [illegible] videt, eum tali pecunia abusurum, et eo fine, ut ea abutatur, non exerceret actum justitiae, et adeo debito suo non satisfaceret; 2do quod judex liberans innocentem ex fine vanae gloriae, actum justum non faceret, utpote cum esset actus malus; 3tio quinimo sequeretur, quod qui cum supernaturali attritione ad sacramentum confessionis accederet, ut captet inanem gloriam apud Confessarium, in casu sacrilegum committeret: item quod ille, qui ex eodem motivo baptismum susciperet, gratiam consequeretur non [illegible], et quod maximum est, sequeretur, quod ille, qui ex aliquo [illegible] motu martyrium subiret, omni merito esset caritura. [illegible] autem sunt absurda [illegible], ergo etc. [illegible] 3tio. In rebus naturalibus eadem res [illegible] idem homo [illegible] bonus [illegible] secundum [illegible], et malus secundum faciem: atqui juxta S. Thomam [illegible] Q. 18. A. 1. ibi: de bono, et malo (morali) in actionibus oportet loqui sicut de bono, et malo (scilicet [illegible],

in [illegible] [illegible], ergo &c. Et proinde idem S. Doctor citata quæst. [illegible] ad [illegible] dixerat: Nihil prohibet actioni habenti unam prædictarum bonitatum deesse aliam: et secundum hoc contingit actionem quæ est bona secundum speciem suam vel secundum circumstantias ordinari ad finem malum vel è converso; non tamen actio est bona simpliciter nisi omnes bonitates concurrant: ergo &c.

201 Respondeo, argumentum petitum à præmio, et remuneratione temporali nimis probare. Si enim ex temporali præmio à Deo concesso veluti in mercedem alicujus operis sequeretur, opus illud esse saltem aliqualiter bonum, concludendum esset, imprimis etiam esse contra superius dicta, et probata, actum versantem circa objectum natura sua malum ex recto fine partim de bonitate, partim de malitia participare. Siquidem hujusmodi actum aliquando temporali mercede est remuneratus, ut patet in mercede temporali à Deo veluti in remunerationem data Obstetricibus Ægyptijs, quæ mendacio usæ fuerant ad salvandam vitam Pueris Hebræorum, quos præfocari Pharao jusserat. Sed primo et tale opus nempe ex objecto secundum se malo fuit opus illud, qui ut citato loco in objectione, usus fuit mendacio, et simulavit se Baal adoraturum ad ipsum cultum Baal exterminandum. Quapropter sicuti ex præmio temporali veluti in mercedem dato à Deo propter opus versans circa objectum natura sua malum etiam ex recto fine, inferri non potest, tale opus saltem partialiter bonum esse, ita neque ex præmio temporali à Deo concesso propter opus versans circa objectum secundum se bonum ex pravo fine, aut in circumstantia mala concludi potest tale opus esse saltem aliqualiter bonum, [illegible] jam de bonitate totali. Cujus ratio est, quia Deus solet mercede temporali præmiare opus etiam tantum vel secundum substantiam, aut secundum accidentia, et etiam materialiter tantum bonum, ut patet in facto Ægyptiarum Obstetricium, licet interim tale opus non sit formaliter bonum de qua bonitate tantum hic disputamus. Atque ex his

202 Ad primam confirmationem [illegible] [illegible], [illegible], [illegible] bonum, [illegible] etiam [illegible] præceptum adimpletur, debet esse [illegible] aliqualiter bonus bonitate [illegible] vel [illegible], vel totali [illegible] bonitate totali [illegible] Si præceptum non solum sit de substantia sed etiam de modo actus, atque non solum de actu externo, sed etiam interno [illegible], si præceptum sit solum de actu externo [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] actus [illegible] [illegible], et sub data distinctione [illegible] et [illegible] minori [illegible] [illegible]. Distinguendum itaque est inter bonitatem moralem, et [illegible] actus. Item et inter [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] substantiam, seque de solo actu externo, atque [illegible] [illegible] quod non solum sit de substantia actus sed etiam de ejus modo, atque non solum de actu externo, sed etiam interno simul. Bonitas moralis tota in eo consistit quod [illegible] actus secundum se et [illegible] circumstantias et [illegible] [illegible] atque uniformitatem dicat normam regulis, ac rectæ rationi. [illegible] [illegible] totalis [illegible] [illegible] [illegible] actus [illegible] [illegible] objecto secundum se, sed etiam ut ab recto fine [illegible], et circumstantijs, sit rectus, rationi, et normam regulis conformis.

Praeceptum autem, quod non solum est de substantia, sed etiam de modo actus, nedum de actu externo, sed etiam interno, una simul praescribit actum fieri, et studiose, et bene, seu cum virtute fieri: contra vero praeceptum, quod tantum est de substantia, ac de externo actu, solum ipsius actus entitatem praescribit. Jam vero licet ubi praeceptum est et de substantia, et de modo actus, de actu externo, et simul de interno, actus quo praecepto satisfit, et bonitatem materialem, et formalem habere debeat; item et ubi praeceptum etiam tantum est de substantia actus, atque de actu externo tantum, actus, quo praeceptum adimpletur, debeat esse bonus bonitate materiali; attamen non debet esse bonus bonitate formali, quia nempe Legislator tunc positive non intendit obligare ad ponendum actum ut directum ad finem rectum, et quoad malitiam ex circumstantiis exutum, sed ab hoc veluti praescindit, unice contentus operis substantia. Licet ergo per actum aliquem satisfiat praecepto, inde non sequitur, quod actus ille debeat esse moraliter, seu formaliter saltem inadaequate bonus, et honestus. Ex quibus et patet ad id quod additur, verum scilicet esse, eum, qui ex vana gloria dat eleemosynam v.g., melius agere in sensu negativo, quam illum qui eam non facit, quatenus nempe minus malum facit; falsum autem esse melius facere in sensu positivo, quatenus opus formaliter, et moraliter bonum eliciat.

203. Quae doctrina neque nova, neque a vero aberrans censenda est; eam siquidem praeter Doctores, quos pro illa in tractatu de Legibus num. 374 retulimus, tradit S. Thomas 1.2. q. 100. a. 9, ubi ostendit, modum virtutis non cadere sub praecepto, ibi in hunc modum concludendo: Neque ab homine, neque a Deo punitur tanquam praecepti transgressor, qui debitum parentibus honorem impendit, quamvis non habeat habitum pietatis. Quod idem et clarius docet a. 10. Unde cum in scripturis de faciente opus praeceptum etiam ex fine malo dicitur, recte agere, quod rectum est, operari, ut citato loco dicitur de Jehu, id intelligendum est de rectitudine, et bonitate materiali, non autem morali seu formali; quia, ut diximus, ad hanc requiritur, quod nedum voluntas tendat in objectum secundum se bonum, sed etiam recto, et virtuoso modo.

204. Ad 2am confirmationem dico, absurdum non esse rei debitae restitutionem, innocentis absolutionem, peccatorum confessionem, Baptismi susceptionem, quinimo et ipsius mortis passionem ex vana gloria, aut alio pravo fine tanquam motivo, seu causa totali et unica susceptam nullo modo moraliter bona esse, et meritoria. Hoc enim conforme est doctrinae Apostoli in 1 Corinth. 13 ajentis: Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Unde de ipso martyrio inanis gloriae causa suscepto S. Hieronymus in cap. 1 ad Galat. ajebat: Martyrium ipsum, si ideo fiat, ut admirationi et laudi habeatur a fratribus, frustra sanguis effusus est. Quinimo sunt qui existimant tunc taliter patientem martyrium graviter peccare, quia licet inanis gloriae appetitus sit peccatum leve, vitam tamen ex tali motivo prodigere grave est inordinatio, sicuti est se absque rationabili motivo mortis periculo exponere. Ex quibus et patere debet actiones in objectione positas ex pravo fine factas a virtute non procedere, cum nihil nonnisi virtuose et recte factum a virtute procedat: ex quo minoris probatio corruit. Illud

tum vanum est, ut infra ostendemus, quod si praedicta opera ex vana gloria, aut alio fine non recto tanquam motivo, et causa totali non fiant, sed vana gloriae, aut aliquid aliud minus rectum solum se concomitanter habeat ad ipsam actionem, tota actionis bonitas non corrumpitur, ac destruitur; et adeo si quis V.g. velit orare, ut laudet Deum, et animo pro peccatis satisfaciendi, licet inde velu ti subrepat in mentem aliquis gloriolae vanae stimulus, totum orationis meritum non perdet.

205 Ad 3.tiam confirmationem in primis patere debet, Doctorem ne sibi contradicat, in primo objecto loco non instituere paritatem adaequatam inter bonum, et malum morale, ac inter bonum et malum Physicum, et ideo tota paritas a S. Doctore instituta tota in eo consistit, quod sicuti in naturalibus bonum dicitur, secundum quod habet esse, malum vero, secundum quod aliquo modo deficit ab esse, ita in moralibus bonum dicitur, secundum quod habet esse secundum rectam rationem; malum vero, ut deficit ab esse secundum rectam rationem. Cum hoc autem optime stat, objectum secundum se bonum, esse volitum ex fine malo, aut in prava circumstantia rectae rationi esse deforme; proindeque actus etiam ex parte objecti bene malus est. Atque ex his pariter constare debet, S. Doctorem in secundo objecto loco non loqui in sensu composito, quasi actio secundum speciem, seu secundum se bona conservet sua bonitate, cum prava circumstantia, aut finis malus advenit ex parte operantis; sed loqui in sensu diviso, quatenus nempe verum est, quod ablato pravo fine, aut prava circumstantia actio remanet moraliter bona.

206 Instabis si ita est, vix aliqua erit ex actionibus nostris, quae sit moraliter bona, cum vix aliqua sit, quae vel fiat absque aliquo gloriolae stimulo, aut non fiat in aliqua circumstantia saltem leviter mala. Unde Isajas cap. 64 dicebat: Quasi pannus menstruatae omnes justitiae nostrae: et adeo animus nobis cadendum est, et quasi desperare de aeterno praemio deberemus: Ne ergo haec dicamus, dicendum est &c.

207 Respondeo, haec non sequi ex nostra sententia, tum quia licet plerumque vel dum sanctiores actiones facimus, vanae gloriae stimuli insurgant; alia juvante Divina gratia facile est se, quaeque omnia in Deum referre, atque a virtutis motivo ad operandum moveri, tum quia non omnis circumstantia operi bono adveniens ipsi malitiam communicat, omnemque aufert bonitatem, ut statim dicemus, sed ea tantum, quae est actionis causa, quam agens sibi proponit pro fine, quae virtutis actus tanquam medium ad iniquitatem adigit, quae peccatum sub pietatis cortice exerat &c. Quod cum in piis viris saltem non accidat non est, cur animis cadamus, et de praemio desperemus. Ad hinc ad Isajae testimonium, quod nihil probat, dicendum est, Prophetam ibi loqui de justitia eorum, qui sincere Deum non timent, et reverentur, sed de exteriori impiorum Judaeorum justitia, seu justificatione, ut loquitur S. Eucherius Hebraeorum 9. Quae justitia mera erat hypocrisis, et dolus, et nocendi nullo modo Deo placere potuerit. Quae ut magis pateant, sit

Doctrinae propositae complementum.

208. Propositio. Circumstantia venialiter mala concomitanter tantum se habens ad actum bonum, vel etiam ut causa tantum aliquo modo impulsiva; non autem tanquam causa totalis, totam ejus bonitatem non aufert, nec omne meritum delet. Ita communior, et probabilior, teste Tournely, sive ejus Continuatore hic Cap. 6. Sect. 2., sententia, quae est ad mentem S. Thomae 1. 2. Q. 19. A. 7. ad 2dum ajentis: Si intentio sit consequens, tunc voluntas potuit esse bona: et per intentionem sequentem non depravatur ille actus voluntatis, qui praecessit, sed actus voluntatis, qui iteratur.

Prob. autem hoc pacto. Si circumstantia venialiter mala aut tantum concomitanter, aut solum tanquam causa impulsiva se habens ad bonum actum, totam ejus bonitatem auferret, omneque meritum deleret, firmiter determinatus v.g. ad praedicandum propter solam Dei gloriam, ac eandem eleemosynam solum propter levamen indigentiae proximi ob Deum propter Deum, faceret opus omnimode, et adaequate malum, si vel plaudente populo, ipsoque invitante, proprii amoris titillatione veluti inescatus promptius ad illa opera facienda, aut ferventius prosequenda determinaretur, et veluti excitaretur petat ex proposito: Atqui taliter praedicans, sic pauperi succurrens &c. facit opus bonum, quamvis omni ex parte non defaecatum; ergo &c. Prob. min. Illud opus est vere bonum, et adeo praemio dignum, quod circa objectum ut bonum cognitum versatur, propter rectum finem eligitur, et in quod voluntas medio proportionato, et rectae rationi conformi tendit; hoc autem contingit in casibus propositis. Hic dans eleemosynam solo fine, ut pauperis indigentia sublevetur, hocque recte Domini praecepto, praedicans ad solam Dei gloriam tanquam laboris finem quae eadem &c. sunt opera tum ex parte sui, tum ex parte finis, tum ex parte medii assumpti rectae rationi consona, et eo magis, quod tunc circumstantia mala proprie non influit in actionem; ergo &c.

209. Confirmatur. Si quaevis circumstantia venialiter mala vel tantum concomitanter, vel solum tanquam causa aliquo modo impulsiva totam actus caeteroquin boni moralitatem inficeret, vix ullus erit actus praemio dignus, et meritorius. Vix enim ullus est actus etiam in viris piis, timoratis, et sanctis, licet caute vigilantibus, qui aliqua vitiosa circumstantia v.g. torporis, taedii, impatientiae, gloriae Dei veluti terreno halitu non obnubiletur, ut de semetipso lib. 1. Moral. cap. 16. testatur S. Gregorius Magnus: Atqui falsum est, et nimis durum consequens, immo et Patrum doctrinae, et solito, ac suavi summi Doctoris agendi modo repugnans: alii enim ipsi sancti se servos omnino inutiles fatentur, id experientes, alii animis non cadunt, sed incessanter bonis operibus insistunt, scientes, quod Scrutator renum, et cordis Deus separabit pretiosum a vili, et ita bonorum operum sordes, velut paleas igne purgatorii examinabit, ut quod inde superaverit, pro auro mundo sit habiturus; ergo ne cum Calvinistis dicamus, nullam moraliter loquendo omnino hominis actionem, quae non sit peccatum, dicendum est &c.

210 Opp[o]nes. Nullum opus est moraliter bonum, quod
ex rectæ rationis dictamine non procedit, ut patet: atqui vel hoc
ipso quod vel in circumstantia aliqua mala opus elicitur, sta-
tim desinit esse rectæ rationis dictamini consonum: nam recta
ratio præcipit nedum bonum fieri, sed bene perfectis omnibus
fieri; ergo &c..... Confirmatur. Actus moraliter bonus est virtu-
tis actus; sed actus virtutis nulla ratione potest esse malus; si-
quidem virtus in effectum malum influere nequit, ergo &c
et proinde dicendum est, quod malitia circumstantiæ su-
pervenientis totam bonitatem corrumpat.... Confirmatur. Idem
actus nequit esse simul meritorius, et demeritorius; data ve-
ritate nostræ propositionis, idem actus posset esse meritorius,
et demeritorius; ergo &c.
Respondeo concessa majori, distinguo minorem: Atqui vel
211 hoc ipso &c. statim desinit esse rectæ rationis dictamini conso-
num: concedo: si ordinetur in illam circumstantiam ut primum medium: concedo:
si quæratur præcipue propter suam bonitatem intrinsecam
aut etiam propter finem extrinsecum in se bonum, et rectum
subdistinguo: statim desinit esse rectæ rationis dictamini adæquate conso-
num: concedo, inadæquate, et partialiter nego minorem, et consequentiam. Etenim
ergo quis in circumstantia mala opus de se bonum elicit,
tunc vel opus illud ordinat ut primum medium ad finem
malum obtinendum; vel vero circumstantia illa se habet
velut accessorium quoddam actui nullo modo impediens, quo-
minus operans opus velit propter ejus bonitatem intrin-
secam, aut extrinsecam etiam, eamque præcipue intendat.
Si primum, dubium non est, quin tale opus secundum se totum per-
nitiosum sit vitiosum, et eo pejus sit, quod bonitas iniquitatis
ministra constituitur. Sin vero secundum contingat, tunc
opus totum vitiosum non erit, licet ex parte defectuosum,
quia sicuti, qui ex ardenti mortificationis amore corpus
suum castigaret tantisper à modo, et medio discretionis
recederet, laboris sui fructum omnem perderet: item et ma-
gister suo muneri satisfaciens paulo severius in discipu-
los lascivientes animadverteret, continuo nihil meriti ami-
sisse haberet &c. quæ à nemine admittuntur; ergo &c.
Ad confirmationem concessa majori,
212 distinguo minorem: sed actus virtutis nulla ratione prout à virtute procedit,
potest esse malus concedo, prout est à voluntate quæ deficit aut
à malo habitu, qui se ingerit, nego minorem, et consequentiam. Virtus
quidem in pravitatem, et malitiam actus influere non
potest alteri [illegible] non habet excludere à volunta-
te agentis omnem proprius defectum, et inordinationem, et hinc
ex ea parte, qua voluntas tendit in bonum ex fine recto, virtus
eam adjuvat, et corroborat; non autem ex ea, qua voluntas à re-
ctitudine deficit; et ideo licet verum, quod virtus in malum
influere nequeat; attamen verum esse potest, quod idem actus secundum
diversas rationes modo jam supra explicato possit esse bonus, et ma-
lus ex quo et responsio patet ad ultimam confirmationem. Nam
sicuti nulla est repugnantia quod eadem res secundum diversa
sit similis, et dissimilis alteri, ita neque quod sub diverso
respectu idem actus sit meritorius, et demeritorius, prout in
casu nostro evenit.

Articulus secundus.

De multiplici ejusdem generis moralitate in eodem Actu

213 Propositio. Unus, idemq: numero actus Phijs multiplicem bonitatis, aut malitiæ speciem, unaᵐ V.g. ex objecto, alteram ex fine habere pt. Ità contra Vasquez communis sententia cum S. Thoâ 1.2. q.18. A.7. ad 1ᵐ dicente: Actus, qui secundum subjectum suam est in una specie naᵉ, secundum conditiones morales superevenientes, ad duas species referri pt. et 2.2. q.32. A.2. ajente: Nihil prohibet, actum, qui est proprie unius virtutis elicitivè, attribui alteri virtuti sicut ordinanti, et imperanti ad suum finem. et q.124. A.2. ad 2dum: Martyrium est actus charitatis ut imperantis, fortitudinis autem ut elicientis. Prob. Bonitas, et malitia actus hūi recte desumitur ex conformitate, aut deformitate, quam actus habet cum recta ratione, et morum regulis; Atqui unus, idemque numero actus Phijs multis simul, et diversis modis pt esse conformis, aut difformis rectæ rationi et morum regulis: Quod vel ab ipsis exemplis patet. Si quis enim V.g. se ad furandum determinet, et ut se inebriet, et ut fornicetur, in tali actu furandi in primis erit deformitas injustitiæ, quatenus jus alterius læditur; 2do intemperantiæ, quatenus ebrietas est opposita virtuti temperantiæ; 3tio fornicationis, quatenus virtus castitatis violabitur. Quod item dic de Religioso conjugatam cognoscente, qui actus utpote oppositus Religionis virtuti, castitatis, et justitiæ triplicem præcontinet malitiæ speciem distinctam: in quo consentit et ipse Vasquez; ergo à pari et cum quis eleemosynam pauperi tribuit, et ut alienam sublevet indigentiam, et ut pro peccatis satisfaciat, et ut præstet debitum Deo obsequium, elicit actum, qui simul sit misericordiæ, pœnitentiæ, et Religionis.

Confirmatur evertendo fundamentum Vasquez.

214 Ideò idem numero actus multiplicem bonitatis speciem habere non possit, quia cum quis actum V.g. ex ratione sua bonum ad ulteriorem finem distinctum à bonitate intrinseca refert, per talem relationem amplius bonitas objecti non attenderetur, quatenus talis bonitas non esset amplius volita ratione sui, sed alterius tantum; atqui hæc ratio, ejusque probatio nullius est momenti; et primò quia bonitas intrinseca actui per extrinsecam, nempe ex fine petitam destrui non est dicendum, cum bonum bono non sit contrarium, sicuti verum vero non adversatur. 2do quia si objecti bonitas, seu bonitas actui intrinseca destrueretur ex ejus relatione ad finem ulteriorem, jam non esset majoris meriti ex motivo, et fine charitatis eligere opera virtutis excellentioris, quàm alterius minus eximiæ, cum quod actus de se indifferentes, utpote cum omnes illi actus tunc non haberent bonitatem ex objecto, sed solum ex fine operantis, in quo pares essent, cum utrobiq. idem esset finis: et proinde æquè valebit jejunium unius diei, ac ipsum martyrium, si ex fine charitatis procedant: quod est absurdum. 3tio, quia ex motivo charitatis se virginem servanti, et alteri ex motivo charitatis sanguinem suum effundenti Varior præmium elargitur; hoc autem Theologorum sensui unanimi repugnat, quinimo et sensui ecclesiæ, cum diverso martyres, et virgines celebrantis; ergo &c.

215. Onnones pro Vasquez sentiv. Ex dictis à num. 175 ad hoc ut actus hũus ab objecto, et circumstantijs speciem desumat, eandem bonitas debet in se, et raõe sui esse directè volita, et intenta: Quod et docet Aristoteles 2. ethic. 4. inquiens: Quód, ut actus justitiæ sit bonus, non sufficit, quod sit circa rem justam, sed requiritur, quod fiat sciente, secundò ex electione, tertiò propter ipsum, idest propter illius honestatem: Atqui ille, qui elicit actum jam ex naõe sua bonum, v.g. eleemosinã pauperum sublevare ex pænitentiæ motivo, seu nempe fine, ut peccatis suis satisfaciat, tunc directè et raõe sui non vult, et intendit bonitatem, quæ inest objecto. nam eam non vult raõe sui, sed alterius, ut meditanti patet; ergo &c. Unde Angelicus Præceptor 1.2. Q.13. A.1. in C. sic docet: Actus, qui est essentialiter unius potentiæ vel habitus, recipit formã, et speciem à superiori potentia, vel habitu, secundũ quod ordinatur inferius à superiori. Si enim aliquis actum fortitudinis exerceat propter Dei amorem, actus quidem ille materialiter est fortitudinis, formaliter verò charitatis...... Confirmatur. Actus hũus suam formalem bonitatem non desumit ab objecto secundũ se et in se bono, sed quà cognito, et volito tanquam bono; atqui cum quis actum secundũ se bonũ ad ulteriorem finem refert, tunc raõ volendi non est bonitas intrinseca, sed extrinseca actui, ut patet meditanti; ergo &c..... Confirmatur 2dò Quando quis eligit opus secundũ se bonũ, v.g. facere eleemosinã propter finem extrinsecum, v.g. ex motivo pænitentiæ, tunc opus illud non amatur, et vult propter se, sed ut mediũ ad finẽ illud extrinsecum, v.g. ad pœnitentiã, atqui mediũ, ut mediũ est, non habet raõem boni honesti, quæ soli fini convenit, sed tantũ boni utilis; ergo qui tale opus eligit, nullã in eo intendere vult bonitatem, quàm finis; ergo &c.

216. Respondeo concessa majori negando minorem. Nam ut ait Angelicus Præceptor in 1. Sent. Dist. 1. Q. 2. A. 1. ad 2um, non est inconveniens, ut aliquid propter se ametur, et tamen ad alterum ordinetur. Unde cum quis opus naõe sua bonũ facit et illud vellet et intenderet propter bonitatem ipsi actui intrinsecam, quo et propter bonitatem aliquam ipsi actui extrinsecam; quo in casu bonitas intrinseca non erit præcisè raõe alterius volitas, adeoque non habebit raõem puri medij. Ex quibus patet ad locum D. Thomæ, qui cum dicit actũ fortitudinis elicitum propter Dei amorem esse materialiter actũ fortitudinis, minimè intendit dicere actum virtutis inferioris ab operante directum ad altioris virtutis finem spoliari sua essentiali bonitate, quã ex objecto habet, sed solũm vult hunc materialiter se habere ad finem altioris virtutis, quatenus evadit veluti materia, qua virtus superior utitur ad suũ finem consequendum, nempe propriã bonitatẽ. Ex quibus patet ad confirmationes Nam tunc bonitas intrinseca, et extrinseca simul movet voluntatem ad actum eliciendum; neque bonitas intrinseca actui se habet ut purum mediũ ad bonitatem extrinsecam, et adeò non est sicuti medicinas, quæ nonnisi ob sanitatem eliguntur, et diliguntur; ergo &c.

Caput tertium

De augmento Moralitatis per actum exteriorem.

217 Quamvis apud omnes certum sit, actum exteriorem interiori conjunctum veram bonitatem, aut malitiam totalem habere, utpote cum sit actus liber, et rationi conformis, aut difformis; atque a Deo per suam legem, jam praecipiatur, jam prohibeatur, attamen pervantiqua, et celeberrima est controversia, quam et ipse Angelicus Praeceptor 1. 2. q. 20. a. 4. tractat, an actus externus secundum se sumptus (cujus nomine venit quilibet actus a voluntate imperatus [redacted] potentijs sibi subditis, atque ab ipsis tanquam a suo principio physico dimanans) per se augeat bonitatem et malitiam actus interni, nempe a voluntate eliciti, atque ab ea tanquam a suo principio physico profluentis: et adeo an dictus actus externus per se, et ratione sui dicat aliquam specialem bonitatem, aut malitiam distinctam a moralitate actus interioris.

218 Dixi autem: per se augeat &c. Nam Doctores inter se facile conveniunt, et ipsa experientia ostendit, actum externum per accidens, et veluti causaliter, aut saltem occasionaliter bonitatem, aut malitiam actus interioris augere, aut minuere, quatenus nempe, dum actus externus ponitur, vel diutius continuatur, aut intensior, aut remissior evadit ipse actus internus a voluntate elicitus: sic certe dum quis vult homicidium perpetrare, ejusdem homicidij voluntatem protrahit, et continuat, dum media ad scelus suum, puta arma, comites, et occasionem inquirit. Et proinde difficultas non est hic de bonitate, aut malitia per accidens ratione actus externi actui interno advenienti; sed tota est de moralitate essentiali, quae nempe per se actui extrinseco inest.

219 Pro qua difficultate notandum est, nullum actum externum secluso actu interno, et libero voluntatis, ut jam supra ostendimus, esse aut formaliter bonum, aut formaliter malum adeoque bonitatem, aut malitiam actus externi derivari a bonitate, aut malitia actus interni a voluntate eliciti; saltem tanquam a causa principali. Nam actus moraliter bonus, aut malus est actus necessario liber, et voluntarius, hoc autem solum habere fit saltem principaliter ab actu interno, utpote qui est solum immediate a voluntate vera causa libera elicitus; et proinde actus externus si secundum se sumptus aliquam dicit, et innectat moralitatem, haec est tantum secundaria, et minus principalis respectu totius actus adaequate sumpti.

220. Notandum est secundo, praesentem difficultatem de augmento, aut decremento moralitatis actus interioris ratione exterioris non procedere de quocunque actu interiori voluntatis, sed de actu secundum se, et absolute efficaci. atque de hoc quaeritur, an actus exterior aliquam bonitatem aliquam, aut malitiam superaddat. et adeo quaeritur, an actio v.g. illius, qui de facto dat eleemosynam, sit melior, quam ejus, qui efficaciter, quantum est de se, est determinatus eam dandam, attamen non fit vel defectu facultatis, vel occasionis. et proinde

quaestio praesens non versatur circa actum internum inefficacem, et actum externum, utpote cum actus internus efficax bonitatem, aut malitiam superaddat actui interno inefficaci, sic et actus exterior utpote imbibens actum internum efficacem, actui interno inefficaci moralitatem superaddit. Quibus notatis sit

Propositio. Actus externus, prout est mera executio

221. actus interni voluntatis per se non auget bonitatem, aut malitiam formalem actus interni efficacis, et adeo quantum est ex natura actus, majus praemium, aut majorem poenam non meretur qui opus externum ponit, quam qui ad actum externum prodire impotens elicit actum internum aeque intensum. Ita Thomistae cum suo Magistro loco paulo ante citato in 2. dicente dicendum, quod si loquamur de bonitate ~~exterioris~~ actus, quam habet ex bonitate finis, tunc actus exterior nihil addit ad bonitatem, nisi contingat, ipsam voluntatem secundum se fieri meliorem in bonis, vel pejorem in malis: et ibidem ad 3um, cum sibi objecisset Chrysostomum dicentem: Voluntas est quae aut remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo: respondente: Dicendum, quod Chrysostomus loquitur, quando voluntas hominis est consummata, et non cessatur ab actu, nisi propter impotentiam faciendi. Ex quibus patet mens S. Doctoris.

222. Veritas dictae propositionis tum ex scriptura, tum ex Patribus, tum ex ipsa ratione suadetur. Nam in scripturis ipse actus internus efficax voluntatis ad actum externum prodire impotentis non solum aeque laudatur, aut vituperatur, ac ipsum externum opus, sed etiam pro facto reputatur: Gen. 22 Deus ad Abraham dixit: Quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo Unigenito propter me, benedicam tibi: et tamen Abraham de facto filium suum non immolaverat: Et Matth. 5. Christus ait: Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est eam in corde suo: Unde S. Augustinus in Psal. 57. ait: Quidquid vis, et non potes, factum Deus computat. Et lib. 1. de libero Arbit. cap. 3. si cui etiam non contingat facultas concumbendi cum conjuge aliena, planum tamen aliquo modo sit, id eum cupere, et si potestas detur, facturum esse, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur. Et S. Bernardus epist. 77. inquit: Quid planius, quod voluntas pro facto reputatur, ubi factum excludit necessitas. ergo etc.

223. Authoritati suffragatur et ipsa ratio. Si enim positio actus externi augeret bonitatem, aut malitiam formalem actus interni efficacis jam aeque intensi, eatenus meliorem efficeret actum, non posito actu externo detraheretur aliquid a bonitate ~~aut~~ aut malitia ejusdem actus interni; hoc dici non potest; ergo etc. Major patet, minor autem probatur. Quod est penitus involuntarium respectu actus interni, non potest aliquid detrahere ab ejusdem bonitate, aut malitia formali; ut patet; atqui defectus, seu non positio actus externi in casu nostro est omnino involuntaria: siquidem in praesenti casu est in voluntate propositum efficaciter determinata ad executionem, et quae solum

non exequitur, quia exequi non potest; ergo &c.... Confirmatur. Nullus actus externus est moraliter bonus, aut malus secundum se, sed omnem bonitatem, aut malitiam habet ab actu interiori voluntatis: Nam ut docet S. Thomas Q. 2. de Malo A. 2. ad primum exponens dictum Augustini Lib. 1. Retract. Cap. 9: Non nisi voluntate peccatur, ideo id dicitur, quia voluntate producitur non solum actus interior, quem voluntas elicit, sed etiam exterior, quem voluntas imperat: et ita etiam hoc ipsum, quod exteriori actu peccatur, voluntate peccatur: Atqui in casu nostro actus internus voluntatis supponitur efficaciter liber, et aequaliter intensus, ac si de facto ad actum exteriorem procederetur; ergo &c. Quod vel etiam ex eo patere debet, quod si actus exterior aliquem bonitatis formalis gradum superadderet actui interno, posset quis alium privare aliqua bonitate morali, et per consequens praemio essentiali, quod ipsi corresponderet: nam posset quis per vim impedire, ne sacro intersit, aut eleemosynam det pauperi: Atqui hoc est falsum, alioquin dona gratiae et gloriae fortunae vicibus, et humanae violentiae obnoxia forent, sicuti sunt bona exteriora, quod est absurdum; ergo &c.

224. Haec autem tantum procedunt, et vera sunt, de bonitate, et malitia formali, item de praemio, et poena essentiali. Nam in primis loquendo de actu exteriori prout est objectum actus interioris voluntatis, et non prout est mera executio praefixi actus interioris, cum sit objective, et fundamentaliter bonum, aut malum, si est de re essentialiter, et ex natura sua bona, aut mala, ultro fatendum est; talis enim actus secundum se convenientiam, aut deformitatem cum recta ratione dicit, et praecipi, aut prohiberi exigit. Deinde majus praemium, aut majorem poenam accidentalem, nempe ex alio fonte, quam a bonitate, aut malitia formali actus provenientem deberi actui externo consummato, quam interno, communiter consentiunt Theologi cum S. Thoma pluribus in locis id docente, et praesertim Q. 2. de malo A. 2. ad 8. ubi ait: Qui habet voluntatem dandi eleemosynam, et non dat, quia non habet facultatem, tantundem meretur, quantum si daret, per comparationem ad praemium essentiale, quod est gaudium de Deo: Hoc enim praemium respondet charitati, quae ad voluntatem pertinet. Sed per comparationem ad praemium accidentale, quod est gaudium de quocumque bono creato, magis meretur, qui non solum vult dare, sed dat. Gaudebit enim, non solum quia dare voluit, sed quia dedit, et ex omnibus bonis, quae ex illa datione pervenerint. Et similiter si consideretur quantitas demeriti per comparationem ad poenam essentialem. Sic Haec S. Doctor. Sed

225. Oppones pro Scoti, et Scotistarum sententia, et primo ab Auctoritate: Non una, sed diversa est bonitas, aut malitia formalis actus externi, ac interni tantum, quantumvis efficacis, aeque nempe intensi, et continuati. Quod ostenditur primo ex eo quod peccata externa, et interna diversis distinctisque praeceptis prohibentur, ut patet ex sexto, septimo, nono, et decimo

Decalogi praecepta, ut providè ex Aug. lib. 22 contra Faustum cap. 27
Angelicus Praeceptor 1. 2. q. 71. a. 6. rectè definiat peccatum, quod sit dictum,
vel factum, vel concupitum contra legem aeternam Dei: et q. 72 a. 7 pec-
catum dividat in peccatum cordis, oris, et operis. 2do ex Aug. lib. 13
de Trinit. cap. 5: dicente Mala voluntate vel sola quisque miser ef-
ficitur, sed miserior potestate, qua desiderium malae voluntatis
impletur: cui consonat Glossa super illud Exodi 20 Non moechaberis:
vis inquiens Qui opus addit voluntati, iniquitatem addit iniqui-
tati. 3tiò ex D. Thoma 1. 2. q. 20. a. 4 in argumento sed contra dicente
Omne agens intendit consequi bonum, et vitare malum. Si ergo per
actum exteriorem nihil additur de bonitate, vel malitia, frustra
qui habet bonam voluntatem, vel malam facit opus bonum, aut
desistit à malo opere. Quod est inconveniens et infra in c. Si
autem loquamur de bonitate actus exterioris, quam habet se-
cundum materiam, et debitas circumstantias, sic comparatur ad
voluntatem ut terminus, et finis et hoc modo addit ad bonitatem
vel malitiam voluntatis quia omnis inclinatio, vel motus per-
ficitur in hoc, quod consequitur finem, vel attingit terminum
ergo etc. Unde merito damnata fuit sequens Petri Abaylardi pro-
positio, nempe haec: Nos vero dicimus, quod sola voluntas à Deo
aeternaliter remuneratur, sive ad bonum, sive ad malum: nec
propter opera pejor, vel melior efficitur homo, nisi fortè dum
operatur, in aliquo opus voluntas augetur. Quae propositio conti-
net doctrinam, quam defendimus, ut meditanti patet, adde
et manda... contra assertionem nostram stat Sanctae paginae quae
1. Joan. Cap. 3 Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, et
voluntate: item et doctrina S. Ambrosij 2 Offic. Cap. 30 ajentis
Non satis est bene velle, sed opus est bene facere.

Respondeo negando assumptum, ad cujus probationem pro-
226 batione in minis dicendum est. praeposito, quod uno actus
internus, altero externus prohibetur, non ideo inter se fonitur
saeu sub varia ratione theologica, sed tantum materialiter di-
geruntur et diversa. Ea siquidem praecepta inter se sunt tan-
tum ita inter se sub varia ratione theologica distincta, et diversa
quorum motivum formale prohibendi est diversum in morali
aestimatione: porro motivum formale prohibendi actum inter-
num, et externum ejusdem generis unum, idemque est in mo-
rali aestimatione, ergo etc. Ideo non Deus in Decalogo
praeceptis moraliter distinctis, et diversis prohibuerit concu-
piscentiam uxoris, et rei alienae, et actum externum fornicatio-
nis et furti, non est, quia hae peccata diversam habeant
formam malitiam quia saeius et cetera non praeceptum de non
mechando morte proximo, de non concupiscendo mendacio,
cio, et falso testimonio distinctum à praecepto de non occiden-
do, de non moechando, falso testimonio, sed ideo fuit, quia
periculum erat, ne homines carnales, quales erant judaei, quibus
Decalogus datus fuit, legem observasse sibi suaderent, si vel à so-
lis externis actibus se abstinerent quamvis eis interius praeberent
consensum: quae opinio, quamvis Mosaicae legi contraria, vigebat tem-
pore Xti. Matth. 5: dicentis Audistis quia dictum est Antiquis Non moe-
chaberis Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem

ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Quibus accedit et maxima pronitas, quam habet homo ad rem, et uxorem alienam concupiscendam, item et maxima incommoda, quibus per accidens externa opera peccaminosa sunt obnoxia. Et ex his patere debet ad definitionem peccati, et divisionem a S. Thoma insinuatam, cujus sensus est, dari quædam peccata, quæ in sola voluntate consistunt, et interius consummantur, quædam, quæ exterius verbis, vel operibus se produnt: non autem sensus est, peccata operis ab ijs, quæ solius cordis sunt, specie per novam malitiam distingui, ut vel ipse S. Doctor citato q. 72 A. 7 ad 3tium docet inquiens dicendum, quod peccata cordis, et oris non distinguuntur a peccato operis, quando simul cum eo conjunguntur &c.

227 Ad probationem ejusdem assumpti probationem ex Augustino desumptam concedo, per operis præmeditati executionem peccatorum fieri missionem, quam per solum affectum consensum, verum id non evenit eo quod actus exterior per se, et ratione sui dicat novam, et distinctam malitiam ab actu interno efficaci in omnibus præterquam executione pari actui externo; sed id contingit per accidens, quatenus non raro contingit, ut ex opere externo voluntas fiat intensior, diuturnior, et extensior, quam esset sine opere, vel etiam, si id non contingit, quatenus exterior actus plura secum afferet incommoda, qualia sunt ut sensus magis hebetantur, et exteriores potentiæ ad malum proniores redduntur, ut scandalum generatur, corporis incurrantur, restitutionis obligatio inducatur. Quæ responsio danda est de dicto Glossæ, sicuti et ad locum ex S. Thoma primo loco relatum, sicuti et ad secundum [illegible]. Thomas ibi non loquitur, neque comparationem facit inter actum internum, et externum in sensu nostræ propositionis, sed inter actum internum inefficacem, et externum; et hunc asserit bonitatem aut malitiam interno superaddere, ut vel constat ex supradictis in textu, vel ex sequentibus, quæ ibi subjungit S. Doctor inquiens: si vero possibilitas desit, voluntate existente perfecta, ut operetur, si nunc defectus perfectionis, quæ est ex actu exteriori, est simpliciter involuntarium. Involuntarium autem sicut non meretur pœnam, vel præmium in operando bonum, aut malum, ita non tollit aliquid de præmio, vel de pœna, si homo involuntarie simpliciter deficiat ad faciendum bonum, vel malum.

228 Quod vero attinet ad objectum Abaylardi, propositio in primis non desunt, qui defendunt propositionem illam non esse Petri Abaylardi, sed esse unius [illegible], quæ fusa a nonnullis illi tributa fuerunt. Verum quidquid de hoc sit, de quo disputare eruditis relinquo, dicendum est, Petrum Abaylardum non errasse in eo, quod sententiam nostram tenuerit, quam et Patres et illius temporis Theologi defenderunt, verum errasse in eo, quod docuit, opera nempe etiam, ut ab interiori voluntate procedunt et imperantur esse ad salutem æternam consequendam prorsus inutilia; ideoque eos etiam, qui exterius bene operari possunt, ad hoc non teneri. Unde Christi Domini passionem et mortem superfluam fuisse dogmatizabat, cum per ipsius interius sufficeret desiderium moriendi. Quem errorem ultro nostra sententia detestatur, cum ultro fatemur, graviter peccare, qui opus externum præceptum exequi valens idem non exequitur. Ex quibus et patet ad scripturæ

et S. Ambrosij testimonium, illud namque nobis non opponi, cum ibi
redarguantur ij, qui potentes proximo suo succurrere factis,
verbis subvenire contenti erant. Quod nobis non opponitur.
Oppones 2do ex ratione. Eæ actiones per se, et
229 ratione sui augent bonitatem, aut malitiam actus interni etiam effica-
cis, quæ per se, et ratione sui sunt speciale obsequium erga Deum, aut in
ejusdem cedunt contemptum; atqui plures sunt externæ actiones,
quæ per se, et ratione sui sunt speciale obsequium erga Deum, aut e
contra in ejusdem cedunt contemptum. Nam plures sunt actiones
externæ, quæ secundum se sunt cultus Dei, et testificatio omnis excellen-
tiæ, per se excitantes ad Deum glorificandum, juxta illud Matth. 5: Ut vi-
deant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cæ-
lis est. item et sunt actiones externæ, quæ per se sunt legis trans-
gressio, et offensa Dei; ergo &c.... Confirmatur. Si nihil bonitatis
aut malitiæ, tollis actus externus ratione sui superadderet actui
interno efficaci, par præmium, et pœna eadem esset eligenti
actum internum efficacem, ac facienti actum externum. hoc non est
dicendum. Quod primo patet ex eo, quod reipsa mortem pro Christo
toleranti corona, et aureola martyrij conceditur, secus vero
sincere pro Christo mori acceptanti; atque de facto tormenta non
patienti: 2do, quia sacramenta recipiens cum necessariis dispo-
sitionibus eam gratiam percipit, quam non percipit, qui tantum
ea recipere desiderat. 3tio, quia reipsa jejunans, orans, ele-
emosinam erogans sibi injunctæ pœnitentiæ satisfacit, cui non
satisfacit id facere sincere acceptans, licet sit impotens. 4to,
ut alia omittam, quia qui de facto visitat ecclesiam, et
alia præstat opera ab ecclesia injuncta ad indulgentiam
consequendam, eam revera consequitur; secus vero, qui tantum
paratus est pro viribus ea præstare; quod et dicendum est de
censuris quæ tantum ab iis, qui in opus externum prodeunt,
incurruntur; ergo &c.... Confirmatur 2do. Data veritate nostræ
sententiæ plura sequerentur absurda. Nam primo sequeretur,
quod ille, qui efficaciter voluit furari, aut adulterare alterum
natura, non deberet agere gratias Deo de tali omissione, quia
in executione actus interni non habet specialiter malum; quod
est absurdum. 2do sequeretur, quod actus externus necessario
satisfaciendis non esset in confessione, cum nonnisi id, quod
est peccaminosum, aut indignum judicio pœnitentis sit in
confessione aperiendum: hoc autem est aperte falsum, et con-
stat ex propositione 25 inter damnatas ab Alexandro VII quæ
sic sonabat: Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessi-
onis præcepto dicens, commisi cum soluta grave peccatum
contra castitatem non explicando copulam. 3tio sequeretur
quod tantumdem mereretur, quantum Deipara, et omnes Sancti
remanent, qui velit tantumdem Deo placere, et obsequi
quantum illi, et illi placuerunt, ac obsequuti sunt Deo; quod
est falsissimum; ergo &c.
Respondeo omissa, aut etiam concessa majo-
230 ri intellecta de obsequio, et ~~contemptu~~ formali, negando minorem, ad cujus
probationem primo distinguendum est inter prædictas actiones in
concreto sumptas, in quantum sunt totum ex actu interno
et simul externo compositum, et inter prædictas actiones in

uti in abstracto spectatas, prout nempe sunt mera executio actus interni: ideo distinguendum est inter cultum, et contemptum formalem Dei, et inter cultum, et contemptum materialem Dei: Atque ultro concedendum est praedictas actiones primo modo spectatas cultum formalem Dei, sicuti et contemptum formalem importare, esse nempe moraliter imputabiles, secus vero, si secundo modo spectentur. Tunc enim sunt tantum cultus, et contemptus materialis Dei, quatenus nempe sunt signum, et testimonium ~~actus~~ moralis, seu ~~imputabilis~~ actus interni. Ex quibus patet ad scripturae testimonium, quae loquitur de operibus in concreto sumptis, seu prout conjunctis, et dicentibus actum internum voluntatis dictas actiones externas volentis, et intendentis.

231 Ad primo confirmationem repetenda est divisio praemij, et poenae in essentialem, et accidentalem ex D. Thoma num 224 traditam, et concedenda est major de praemio, et poena essentiali loquendo; neganda vero de praemio, et poena accidentali, utpote quae non debetur ex opere operantis, et ratione bonitatis, aut malitiae actui intrinsecae, sed aliunde, et per accidens. Atque ex his ad minoris probationem, et primo quod ad martyrium attinet, falsum est, non mereri tantum praemium essentiale, qui actum internum aeque intensum pro Christo moriendi habet, licet ~~[illegible]~~ occasione non moriatur, quantum consequitur, qui de facto pro Christo moritur? Nam si actu Martyr praemium aliquod distinctum consequitur, hoc non est ex opere operantis, et attenta majori excellentia, et bonitate totius operis, sed ex singulari Dei privilegio, et veluti ex opere operato, quatenus martyrio ut externe consummato datur aliquod sanctificationis beneficium, et si ita placet, martyrij laureola, quae quandoque a Deo conceditur, etiam ubi nullus interior voluntatis actus praecessit, ut patet in martyribus infantibus quos flores martyrum, canit ecclesia, quamvis lucis ipso in limine Christi insecutor sustulit, seu turbo nascentes rosas. Ceterum certum non est, Deum laureatis non donare sanctos suos martirium serio, et efficaciter exoptantes, cum quinimo ecclesia honorem martyrij tribuat quibusdam viris sanctis, qui in pace mortui sunt, ut de anima S. Martini Episcopi canit ecclesia: Quam gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit.

232. Atque ex his patet, neque securitatem urgere; siquidem sacramentorum institutor gratiam, quam ex opere operato sacramenta continent, alligavit actuali sacramentorum susceptioni, et non simplici cuidam desiderio quantumvis efficaci. De hac autem efficacia in praesenti non disputamus, cum tantum disputamus de ~~praemio~~ essentiali, quod ex opere operantis bonis agens consequitur.

233 Ad 2dum fateor, per solum desiderium jejunandi, orandi, dandi eleemosynam non satisfieri poenitentiae a confessario injunctae. Verum id non evenit ex eo, quod pari bonitate donari non possit, et de facto non polleat desiderium efficax jejunandi, orandi, dandi eleemosynam ~~[illegible]~~ ipsa actuali jejunium, oratio, et eleemosyna, ubi actus a voluntate elicitus est aeque intensus, continuus &c. sed id provenit ex eo, quod ~~ad~~ satisfactionem requiritur opus quatenus poenale, seu vera poenae perpessio, quae in solo interiori actu non occurrit.

234 Ad 4um denique de indulgentijs, et de censuris actui externo alligatis vel ex dictis constare debet, nihil probare. Cum enim hæc pendeant à superioris voluntate, qui sicuti juxta interveniente causa ex duobus bonis, aut malis æqualibus unum præcipere, et prohibere potest, quin de altero aliquid disponat, ita et unum remunerari, et punire potest, quin alterum remuneretur, et puniat; jam ex eo, quod ecclesia indulgentias non concedat nisi actu præstantibus opera in Bullis Pontificijs præscripta, item et censuras non infligat nisi in facientes opera externa, inferri non potest majorem malitiam actus externis, quam internis inesse; et eo magis quod in casu præsenti facile esse non potest rationabilis causa talis dispositionis ecclesiæ, quæ est, ut nempe bona exempla promoveantur, et mala tollerentur, atque sic homines Deum glorificarent.

235 Ad 2dam confirmationem nego assumptionem cum sua probatione. Non enim sequitur, quod primo loco asseritur. Nam qui ab opere, quod animo conceperat, abstinuit, semper habet, unde gratias agat, tum quia vix accidit, ut voluntas occasione externi operis non augeatur, seu intensior, et perseverantior non fiat, tum quia ex actu externo prius habitus generantur, et ad malum fit propensior voluntas. Tum denique quia ratione actus externi incurritur infamia, et pœna tum temporalis tum ecclesiastica, excommunicatio nempe, irregularitas &c.

236 Non item sequitur, quod secundo loco assumitur in probationem. Ratio enim, cur peccata externa in confessione sint manifestanda seorsim à peccatis mere internis, non est petenda ex eo, quod actio externa secundum se sumpta per se augeat malitiam actus interni, sed petenda est à voluntate Christi sacramentum pœnitentiæ instituentis, ut deberent et actus externi patefieri sacerdoti, sicuti probat Becanus, et fidelium praxis. Cujus Christi voluntatis ea potuit esse ratio, quia ratione actus externi notabiliter mutari solet ratio peccati, et status peccatoris, atque adeo etiam judicium confessarij. Actus enim externus fere semper conjungitur cum actu interno intensiore, diuturniore, et efficaciore, ac sæpe habet novam speciem peccati, nempe scandalum aliorum, redditque hominem ad recidendum in idem peccatum proclivorem, eo quod ipsa peccati experientia externa horrorem peccati minuit, et auget ipsa peccati experientia, sæpe etiam reddit peccatorem obnoxium parte ad sæpius peccandum; sæpe etiam reddit peccatorem obnoxium restitutioni, ut contingit in furto, et homicidio, et ut alias omittam, sæpe etiam ex actu externo contrahitur reservatio, et censura, et alia hujusmodi, de quibus confessarius pœnitentem instruere debet; et adeo ad judicium sacramentale necessaria est manifestatio actus externi, ut nempe confessarius rectum possit judicium ferre.

237 Non denique sequitur, quod 3tio loco asseritur, utpote cum falsum supponat; supponit nempe, quod quis habere possit voluntatem ... efficacem placendi Deo quantum B. Virgo, et Sancti ei placuerunt. Quod tamen extra casum specialis Dei auxilij est impossibile. Ut enim quis voluntatem vere efficacem tantum placendi Deo haberet, ...efficacem ... tot actus ... quot eliciuerunt B. Virgo, et Sancti, sed etiam cum eodem fervore, quo illi exercuerunt, operari desiderare efficaciter deberet, vel saltem elicere deberet unicum actum, qui ratione suæ intensionis æquaret bonitatem omnium bonorum actuum, quos B. Virgo et Sancti fecerunt. Quia utpote falsum supponi non ... impossibile supponatur, absolutum admittere non ... cum ex impossibili nihil sequitur.

238. Atque ex his, quae dicta sunt, quae jam non debent studium, et verum bonorum operum externorum, neque peccatores audaciores efficiunt in externis criminibus patrandis, ut nonnulli male objiciunt, primo quia nos non defendimus, eandem bonitatem inesse actui interno, ac externo, cum detur facultas in actum externum prorumpendi, cum tunc actus internus non sit efficax, sed inefficax: secundo quia actus externus saltem per accidens auget regulariter bonitatem, aut malitiam actus interni: tertio tandem, quia actus externus bonus plura affert commoda, quae non affert solus actus internus, sicuti et actus externus plura gignit mala, et incommoda, quae actus internus non producit, ut supra notavimus; ex his inquam, quae dicta sunt, patet, a nobis commendari Dei liberalitatem, qui etiam voluit, nos posse mereri, etiam ubi nobis deficit facultas actus consummatos faciendi, et proinde sinceris, et efficacibus desideriis in bona opera cor nostrum semper replere studeamus, scientes ex S. Gregorio Hom. 5. in Evangel. Quod ante oculos Dei nunquam vacua est manus a munere, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate.

Caput Quartum

De indifferentia Actus Humani in individuo.

239. Difficultas haec non est de quacumque actione ab homine facta, sed de actione vere humana, ab homine nempe propria cognitione et advertentia, atque consilii deliberatione libere elicita, atque quaeritur, an possit dari talis actio, quae neque bona sit, neque mala in genere moris, et proinde neque sit laude, et praemio, neque vituperio, et supplicio, seu neque imputabilis. Pro cujus intelligentia notandum est, quod sicuti duplex est bonitas, aut malitia actus moralis, una nempe essentialis, quae desumitur per ordinem ad finem intrinsecum, nempe objectum, alia accidentalis, quae ex circumstantiis, et fine extrinseco operantis derivatur, ita duplex indifferentia in humano actu considerari potest una essentialis, et specifica, quae sumitur ex objecto secundum se indifferenti, et alia accidentalis quae derivatur ex circumstantiis, et fine extrinseco operantis. Unde actus indifferens secundum speciem est actus, qui versatur circa objectum secundum se neque praeceptum, neque prohibitum neque conforme, neque difforme rectae rationi, sed mere permissum. Actus vero indifferens in individuo est actus, qui tum attento objecto actus, tum omnibus circumstantiis actum concomitantibus, tum fine operantis sub nullo praecepto cadat, neque conformis, neque difformis rectae rationi est, sed mere permissus; atque de actu humano hoc secundo modo considerato praesertim est dissensio maxima inter Doctores, Scotistis cum suo magistro dicto nedum possibilitatem, sed et existentiam ponendo talium actuum defendentibus; Thomistis vero pariter cum suo Praeceptore Angelico id acerrime negantibus, Quibus pro utraque parte plures alii conjunguntur.

Quo in dubio id tanquã certū tenendū est.
240 dari posse, imò et de facto dari plures actus hūos etiā in in-
dividuo indifferentes in ordine supernāli, qui nempe neq
boni, neque mali, neque meritorij, neque demeritorij sint
in ordine ad æternā supernālē beatitudinē, quia scilicet omnia
infidelium opera sūnt peccata, et adeo æterno supplicio digna.
Quod à Gregorio XIII. per Bullā Provisionis nostræ Kalendis No-
bris anno 1567. damnatū est in Michaele Bajo inter alios doctri-
hone 35ª propōem: Omnia opera infidelium sunt peccata, et Philo-
sophorū virtutes sunt vitia. Præterea etiam facile conveniunt
Doctores, quinimo certū dicit P. Sporer Scotista, et Honoratus Tour-
nelij, seu ejus continuator hic cap. 6 sect. 2., possibiles ēē, et de facto
dari actus hūos indifferentes secundū speciem, qui nempe solo
secundū objecto spectato, et seclusis circumstantiis, et fine extrin-
seco operantis neque boni, neq: mali sint, ut provide de his
actibus loquendo verū sit, quod epist. 89 ajebat S. Hieronymus: Bo-
nū est continentia, malū est luxuria, inter utrumque indifferens
ambulare, digerere alvi stercora, capitis purgamenta naribus pro-
jicere. Etc.: Atque adeo tota controversia versatur circa actus hūos
in individuo spectatos, idest et secundū objectū, et secundū cir-
cumstantias omnes, et secundū finē operantis, et de his quæri-
tur, an possibiles sint, et de facto dentur aliqui actus, qui neq
boni, neque mali sint in ordine nāli morali. Quo in con-
flictu sit

Propōo. Per se loquendo, attento scilicet ve-
241 ro actu secundū se spectato nullus datur actus indifferens in
individuo, nullus scilicet per se loquendo datur actus cū adver-
tentia, et deliberatione rationis elicitus, qui si non ex obje-
cto, saltem ex circumstantiis, vel fine extrinseco operan-
tis non sit bonus vel malus in ordine morū. Ita mihi
probabilior sententia, quam præter celeberrimos Theologos, ut
Bellarminum, Suarez, Valentia &c. aperte docent inter cæteros
Patres S. Aug., et S. Thomas. Sanctus autem Aug. lib. 2. de Peccat. me-
rit. et Remiss. inquit: Mirū, si voluntas sit in medio quodā
ita consistat, ut nec bona, nec mala sit. Aut enim justitiā
diligimus, et bona est.... aut si omnino non diligimus, non bo-
na est, sed mala, et pessima. Et epist. 82 alias 19 cavendū est
ne sicut Philosophi, isto quodā nōie media dicamus inter re-
ctū factū, et peccatū, quæ neq: in recte factis, neq: in peccatis nu-
merantur. Hæc S. Aug., ex cujus doctrina constat, nullā ēē hōis
cū deliberatione raōis agentis actionē, quæ neq: sit bona, neque
sit mala, quæ media sit inter recte factū, et peccatū, atque ita
nullā dari actionē indifferentem in individuo; ergo &c.

S. Thomas autem 1. 2. q. 18 a. 9 ex professo
tractans præsentem difficultatem ita sic docet: Oportet, quod quili-
bet individualis actus habeat aliquam circumstantiam, per
quā trahatur ad bonū, vel malū, ad minus ex parte intentionis
finis. Cū enim raōis sit ordinare, actus à ratione deliberativa pro-
cedens, si non sit ad debitū finem ordinatus, ex hoc ipso repu-
gnat raōi, et habet raōē mali. Si verò ordinetur ad debitū finē,
convenit cū ordine raōis, unde habet raōē boni. Necesse est
autem, quod vel ordinetur, vel non ordinetur ad debitū finem.
Unde necesse est oēm actum à deliberativa raōe procedentem
in individuo consideratum, bonū ēē, vel malum =

Hactenus S. Doctor nedum mentem suam aperiens, sed et rationem suae doctri-
nae tradens, ex qua tale argumentum conformari potest. Omnis humanus actio
cum rationis advertentia, et consilii deliberatione elicita ab operan-
te vel ordinatur in finem honestum, et rectum, vel in talem finem
non ordinatur: patet haec propositio, utpote cum in sensu reali, et
a parte rei inter duo contradictoria medium non detur, neque
ulla propositio. Atqui haec ita se, quod actio secundum se, et circumstan-
tias non mala in honestum finem ordinatur, est bona, cum, ut supra
ostenderimus, actus humanus suam speciem etiam a fine desumat. Sicut
e contra actio, quae in rectum, et honestum finem non ordinatur,
eo ipso est mala in ordine morum, quia, ut docet perfamosus
S. Doctor, defectus ordinationis actus in finem honestum, eundem
reddit, et efficit rectae rationi repugnantem; atque etiam tunc
evadit actus otiosus, et adeo malus, ut infra dicam, ergo &c.

242 Praefata assertio haec ex ipsis scripturis suade-
tur. Nam divina scriptura, ex una parte damnavit actiones omnes homi-
nis cum consideratione, et advertentia rationis factas in rectum
et honestum finem non relatas ab ipsomet operante, et ex alia
parte praecipiunt, omnia opera nostra in rectum, et honestum
finem referre: et quod de primo spectat, Christus Matth 12. omne otiosum verbum
malum esse, et in die judicii puniendum testatur inquiens: Omne
verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem
de eo in die judicii: Quod a Christo dictum fuit de ratione reddenda non
solum propter discussionem, sed etiam propter condemnatio-
nem, ut patet ex his, quae ipse Christus immediate subjunxit talem
rationem reddens: Ex verbis enim tuis justificaberis, et ex ver-
bis tuis condemnaberis. Quod et aperte tradit Apostolus 2 Corinth. 5
assignans rationem cur discussio in die judicii fiet inquiens: Omnes
enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat
unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum:
unde Tertullianus lib. de Patientia cap. 4. inquit: Traditum est in
doctrina Christi, maledire nos omnis vani, et supervacanei dicti ra-
tionem: Otiosa ergo verba utpote poena digna mala sunt, et quod
in genere morum ergo a fortiori opus otiosum malum est, et
poena dignum, et a Deo justo judice in die judicii puniendum,
ut docet S. Hieronymus super illud Psal. 16. Ut non loquatur
os meum opera hominum: ita concludens: Si de verbis otiosis
ratio redditur, quanto magis de operibus hominum? Nihil plus est fa-
cere, quam dicere: ex quibus ita subsumo: Atqui verba, et ope-
ra in finem rectum, et honestum nullo modo directa sunt verba,
et opera ad minimum otiosa. Verbum enim, et opus non dicitur otio-
sum, eo quod mali finem habeat, sed eo quia debito, recto nempe,
et honesto fine caret. Quod perspicuum ex ipsis terminis naturali
clare docent sancti Patres, inter quos S. Hilarius qui vanum otio-
sum esse verbum inutile, et inanem dicit S. Hieronymus quem diligenter
in caput 12 Matth. sic verbum otiosum explicat: Otiosum verbum
est, quod sine utilitate, et loquentis dicitur, et audientis, si omis-
sis seriis de rebus frivolis loquamur, et fabulas narramus antiquas
... qui scurrilia replicat, et cachinnis ora dissolvit, et ali-
quid majoris turpitudinis, hic non otiosi verbi, sed criminosi
tenebitur reus. Et S. Gregorius Hom. 6 in Evangel. inquit: Otio-

verbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione justae necessitatis caret et missis aliis, S. Bernardus sermone de triplici custodia manus, linguae et cordis otiosum verbum dicit esse, quod nullam rationabilem causam habet: ergo &c.

243 Quod vero ad secundum spectat, nempe quod divinae scripturae praecipiant, omnia opera nostra in rectum, et honestum finem referre, patet tum ex illo ad Coloss. 3. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi: tum ex illo 1. Corinth. 10: Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite: Quae loca scripturae non merum consilium, sed praeceptum continent, ut docent sancti Patres, quibus ipsas scripturas exponere, et interpretari praecipue datum est. Inter ceteros autem S. Aug. lib. de Corrept. et gratia cap 3 sic exponit: Praecipit Apostolus dicens: omnia vestra in charitate fiant. et in Psal. 63: Si ideo facis, ut glorificeris tu, hoc prohibuit, si ideo, ut glorificetur Deus, hoc jussit. Et S. Bernardus serm. 2 de diversis, sic mentem suam declarat. Quidquid facimus, jubemur facere in Dei gloriam. Quod idem docent ceteri S. Patres, ut S. Ambrosius super Malachiam, S. Gregorius lib. 25. Moral. cap. 7, S. Maximus Hom. 2 de Gratiis, et missis aliis, S. Thomas lect. in citatum locum ad Coloss. clarius id docet inquiens: Quidam dicunt, quod hoc est consilium, sed hoc non est verum: et 1. 2. q. 21. a. 4: Deus, inquit, est ultimus finis hominis. est autem debitum, ut ad finem ultimum omnes actus referantur: Quid, quaeso, clarius dici potest? ergo &c.

244 His omnibus et ipsa ratio suffragatur, quae sic proponi potest. Si quae actio cum advertentia, et deliberatione rationis elicita esset indifferens ex praefatis esset, quae neque in finem positive rectum, et honestum, neque positive malum, et inhonestum dirigeretur; atqui talis actio est mala; ergo &c. Major per se patet, prob. min. Homo cum advertentia et deliberatione agens tenetur semper agere propter finem positive rectum, et honestum; ergo &c. Prob. ant. Homo cum advertentia, et deliberatione rationis agens agit prout est homo, seu quatenus est rationalis, sed homo, prout homo est, agens, seu quatenus est rationalis tenetur agere propter finem positive rectum et honestum. non tenetur agere propter finem consentaneum, et proportionatum naturae rationali quia talis finis utpote rationi consentaneus est positive rectus, et honestus, ergo &c... Confirmatur Homo cum advertentia, et deliberatione rationis agens, cum jam tali modo operans semper propter finem aliquem operatur, vel agit propter finem, qui est creatura, vel propter finem, qui sit ipse creator, seu agit praecise propter delectabilitatem, quae ex operatione provenit, vel propter honestatem, et rectitudinem ipsius actionis ut ad creatorem conducentes, ut in eo tandem consummetur. si hoc secundum actio in casu est bona in ordine morali cum ejus finis sit honestus: sin vero primum accidat ipsa actio est in ordine morali mala, ut patet ex duabus sententiis propositis ab Innocentio XI. proscriptis, quarum prima ordine 8. est hujus tenoris: Comedere et bibere usque ad

satietatem ob solam voluptatem non est peccatū, modo non obsit valetudini, quia licitē sit appetitus nālis suis actib⁹ frui: Altera ordine q. sic sonat: Opus conjugii ob solam voluptatē exercitū omni penitus caret culpa, ac defectu veniali. Cujus et rāo est, quia, ut docet S. Thōas 1. 2. q. 4. a. 2 ad 2dū, ordo verò ab auctore naturæ institutus est, quod delectatō sit propter operationem, non autē operāo propter delectationem; et adeò propter delectationē operans verò ordinem à Deo naē auctore institutū pervertit, quod non fit āā sine culpa; ergo &c. Hæc autem intellige de actib⁹ hōis deliberatis

245 secundū se, et naām suam inspectis. Non enim diffiteor, sed ultrò concedo, per accidens dari posse actus indifferentes in individuo. Dari enim posse actūs per accidens indifferentes in individuo stat in hoc, quod quis defectu advertentiæ, et malitiam, seu ex ignorantia invincibili possit sibi efformare dictamen moraliter certum, quod sibi liceat aliquā operare, v.g. in horto deambulare, barbam fricare, se calefacere &c. quin actionē suā ad honestū, et positivē rectū finem dirigat: Hoc certē contingere fit. nā quis ductus et rationib⁹, et auctoritate illustriū, et doctorum theologorū oppositā nostræ sententiā tuentiū fit sibi persuadere, et existimare talem sententiā eē probabiliorem; ergo &c. Sol

246\. Opponēs primò cū Scotistis. Hōō deliberatè agens nullo urgetur præcepto dī dirigendū in finem honestum oēs actiones suas et ēē objecto, et ex circumstantiis à fine distinctis indifferentes, seu neque bonas, neque malas; ergo &c. Ant. plurib⁹ probatur, et primò, quia tale præceptū neque est nāale, cū ad nullū ex præceptis in Decalogo contentis, quæ nāalia sunt reducatur: neque positivū est, cū hoc in Scripturis nullibi reperiatur: secundò quia si daretur tale præceptū, nulla amplius daretur lex permittens, quod est falsum: 3tiò, quia tale præceptum est pænum insuportabile, et onus intolerabile, et adeò observatu impossibile, cum neque viris justis et etiā perfectis possibile sit vel omnes actiones, quæ ad nāē commoditatem, et vitæ sustentationem spectant, ut est [illegible], nares purgare, barbam fricare &c. in honestū [illegible] et adeò saltem mediatē in Deū referre, et proinde tales viri, nempe justi, et perfecti vel continuò venialiter saltem peccarent. Quod sonat errorem Lutheri, et Calvini in Trid. sess. 6. can. 25: damnatum: 4tō, omissis aliis, omnia necessaria sunt de virtute actib⁹. omnia verò in Deum referre ad nullam virtutem pertinet; ergo &c. ... confirm. Nominis proprium est hominis agere modo rāali, seu deliberatē, et cū rāōe, q.ā opera sua in rectū, et honestū finem dirigere: siquidem sicuti hōō à brutis distinguitur per hoc, quod actus suos in finē honestū dirigat, ita et distinguitur per hoc, quod rāali modo operatur: sed nullū est homini præceptū, ut semper deliberatè, et cū rāōe agat; ergo neque &c. ..... Confirmatur 2dō. Si hōō

deliberati, et cum ratione agens teneatur semper operari propter finem honestum, et adeo opera sua in Deum referre, unde hominis opera utpote bona in ordine morum nedum deberent esse meritoria, sed etiam in charitate, et ex charitate fieri, cum in Deum ut ultimum finem conspiciendum tendi non possit nisi per opera in charitate, et ex charitate facta; hoc est absonum, et propositio ab ecclesia damnatum, Alexandro VIII. die 7. Xbris 1690. proscribente hanc ordine 7. propositionem: *Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio, vel mundi; si Dei, charitas Patris est; si mundi, concupiscentia carnis, hoc est mala est*, ergo &c.

247 Respondeo negando assumptum, ad cujus primam probationem dico, praeceptum illud et esse naturale, et esse positivum. Nam quidquid sit, an illud contineatur in primo Decalogi praecepto, quo Deum super omnia diligere jubemur, ut nonnulli defenderunt, illud est naturale saltem hoc sensu, quatenus naturale lumen nobis inditum clamat, quod quando ut homines sumus, operamur, operemur modo rationali conformiter, et proinde propter honestum, et rectum finem agamus, et adeo licet in Decalogo non contineretur, adhuc est verum naturale praeceptum, velut praeambulum ad praecepta ipsa Decalogi, sicuti est praeceptum naturale charitatis erga semetipsum. Praeterea et praeceptum illud est positivum, primo contentum in praecepto divino positivo, quo praecipitur, ne otiose loquamur, et operemur, et etiam in verbis Apostoli num. 243. relatis.

248 Ad secundam negati antecedentis probationem fateor esse legem permittentem fieri, vel non fieri quasdam actiones, quae attentis earum objectis, aut etiam circumstantiis, ad eas nulla est praecepti obligatio, et adeo permissio est circa objectum, et circumstantias actus. Non datur tamen lex permittens hoc sensu, quod si quis velit agere, et facere actum habentem objectum, et circumstantias indifferentes, non debeat sibi honestum, et rectum finem praeponere. Nam ut diximus, homo cum advertentia, et deliberatione rationis agens rationali modo operari debet.

249 Ad tertiam probationem negatur assumptum et primo quidem, quia licet praeceptum referendi omnia nostra opera in Deum semper et pro semper obliget, quatenus est negativum, quatenus scilicet prohibet operari absque fine recto et honesto; Attamen prout est affirmativum semper, et pro semper absolute non obligat, sed solum hypothetice, obligat nempe solum pro eo tempore pro quo homo deliberate operatur, operandi propter finem honestum; non autem obligat semper, et pro omni tempore deliberate, et cum ratione agere, adeo ut in deliberatione agens contra tale praeceptum peccet; in quo ipse cum negatione discriminatur. Praeterea non requiritur actualis relatio, quae homo in singulis actibus ad ultimum finem referat, quemadmodum qui Romam pergit, non semper debet de Roma cogitare, sed sufficit relatio virtualis, quae nimirum etiam cum desinit esse actualis, manet virtute actualis praehabita, quae nempe nec revocata est per actum contrarium, vel peccatum, haec intentio vero longiorem temporis moram. Haec autem relatio, ad quam jam satis est, ut hoc

actus suos deliberatos aliquoties in die in ipsum Deum referat, propositum bene operandi renovando, non est, neque debet videri homini xtiano, et de sua salute solicito jugum intollerabile, et onus importabile, cum eo usque progressi sint vel ipsi Gentiles, ut aliquis eorum diceret: *Ni ratio jubeat, digitum exere, peccas*. Ex quo jam patet etiam, vel viros justos, et perfectos continuo neq: venialiter peccare, tum quia nempe hoc semper deliberate agere non tenentur; tum quia ipsi saepe in die propositum pro gloria Dei agendi [redacted] renovant; et proinde sententia nostra non coincidit cum errore Lutheri, et Calvini blasphemantium omnes omnino actiones etiam hominis justi esse inquinatos, et in se malos.

250. Ad quartam denique probationem respondeo quod etiamsi omnia in rectum, et honestum finem ordinare ad specialem aliquam virtutem non pertineret, adhuc sub praecepto contineri est dicendum, quatenus nempe natura ipsa rationalis ex se exigit semper cum recto fine operari: quod est praeceptum majus, et universalius sub se complectens objecta, et materiam virtutum omnium: Atque hoc modo dicitur actus humanus bonus, et virtuosus; sicuti e contra non ordinare omnia in honestum finem dicitur actus vitiosus, quatenus est contra modum generalem operandi naturae rationalis, et contra dictamen generale rationis quod est omni virtute majus. Caeterum omnia in rectum finem dirigere dici potest ad virtutem prudentiae spectare, quatenus haec cum recta ratione operari docet, item et ad religionis virtutem quatenus omnia in Deum referre in ejus supremi dominij in omnes res creatas agnitionem ad religionem pertinet.

251. Ad primam confirmationem disparitas vel per se patet ex eo nempe, quod licet ad naturam rationalem spectet non solum omnia in Deum referre, adeoq: semper propter honestum finem operari, sed etiam deliberate, et cum ratione agere; attamen in omnibus deliberate, et cum advertentia rationis agere, non est in hominis potestate; quia dum adhuc in corpore corruptibili sumus, ratio a sensu, et ab imaginatione dependet, quae saepe incipit, et praevenit rationis advertentiam: contra vero quotiescumque homo deliberate et cum rationis advertentia agit, non solum potest, sed etiam facile potest saltem virtualiter in Deum omnia sua dirigere, ut supra ostendimus. Dispar ergo est ratio primi, et secundi.

252. Ad secundam confirmationem nego assumptum. Nam ad operandum propter honestum finem, et ad referenda omnia nostra opera aliquo modo in ipsum Deum necesse non est, ea in charitate et ex charitate facere, et esse meritoria aeternae vitae, cum id necesse non sit, ea praestare, et facere in statu gratiae, et ex motivo formali charitatis Theologicae, nempe propter divinam bonitatem absolutam; sed sufficiat, ea facere ex motivo cujuscumque virtutis, et aliquo modo ad Dei gloriam ea dirigere; et ideo semper operari propter finem honestum, et opera nostra in Deum saltem mediate referre non est idem, ac operari in charitate, et ex charitate, et opera nostra esse aeternae vitae meritoria, ut clarius patebit in Tractatu de Charitate, ubi ex professo tractabimus difficultatem an omnia nostra opera charitate actuali, aut habituali in Deum sint referenda?

253 *(rationes)* 2do Plures sunt hujus actiones jam circum-
stantia, et deliberatione rationis circuta, ut fricare manus, et de gra-
mine avellere ad expellendum frigus, deambulatio de per recreandum dracta-
one, et alia hujusmodi, quæ neque bonæ, neque malæ sunt in ordine
morali, ergo &c. Prob. 3tio ads ex s. Hieronymo, qui verbis num. ant.
relatis hæc subdit Hoc nec bonum, nec malum est; sive enim feceris,
sive non feceris, nec justitiam habebis, nec injustitiam; quæ verba fa-
ciens, non feceris denotant actionem, aut omissionem in indivi-
duo; ergo ex s. Hieronymo &c. 2do idem ads probatur ex eo, quod
si illæ actiones non essent etiam in individuo indifferentes, sed &c
appositione finis honesti essent bonæ, ex defectu vero finis hone-
sti essent malæ, cum finis honestus intenditur, et apponitur, pro-
[illegible] ea ad mortale veri; ubi vero talis finis non apponitur,
potarent ea materiam confessionis, ut patet meditanti; hoc vero quo-
niam est falsum, et ridiculum siquidem stultum est, et ridiculum,
[illegible] v.g. deambulationem ad natæ indigentiam sublevandam,
item nemo confessarius absolutionem daret ei, qui tantum se
accusaret, quod dum spuerit, naris emunxerit, barbam fricarit
honestum finem sibi non præstiterit; ergo &c; ut proinde me-
rito in Concilio Constantiensi anno 1415 proscripta fuerit hæc
Joannis Hus propositio, quæ erat 16. Nulla sunt opera indifferentia
sed hæc est divisio immediata humanorum operum, quod sint vel virtu-
osa, vel vitiosa ergo dantur actiones indifferentes.

Confirmatur 1mo Aliquem agere propter solam
delectationem capiendam, v.g. comedere, vel bibere solum ad
capiendam delectationem ex suavitate cibi, vel frigiditate potus,
[illegible] sanitati non noceat, item odorare flores ob solam
delectationem ex odore capiendam, audire musicum concentum
ob solam delectationem audiendi &c non est contra rectam
rationem, adeoque non est malum in ordine morali; quod vel etiam
constat ex eo, quod Deus ipse rebus multis suavitates, et delecta-
bilitates impressit, item et nequitiæ actiones non sunt bonæ; ergo
indifferentes...... Confirmatur 2do Qui potens audire, omittit sa-
crum non præcepto in diebus non facit actum bonum, ut notorium
[est]; 2do neque facit tunc actum malum, quia satis ipsi est non
2do neque facit tunc actum malum; ergo talis omissio est actus
capax dictum sacrum audire; ergo talis omissio est actus
indifferens, ergo &c...... Confirmatur 3tio Cathumidori actus in-
differentes secundum speciem; ergo et in individuo; siquidem
nulla est species sine individuis, sicuti et quod est a[illegible]
species, [illegible] est individuis, ergo &c.

Resolvendo negatur ads, et unus pettatione
prior de s. Hieronymum spectat, nonnulli sunt, qui existimant, s. Do-
ctorem non in propria sed in aliena persona loqui, nempe phi-
losophorum, qui [illegible] bonum, et malum admittebant medium, et
adeo actum indifferentem. Verum quidquid sit de hoc, et adeo ..
si detur, quod s. Doctor ibi ex propria persona loquatur, adhuc
[illegible] non est, quod ibi insinuare voluerit doctrinam de indiffe-
rentia actuum humanorum in individuo, et vino cum ibi s. Hieronymus
non loquatur de indifferentia actus humani ad moralitatem
[illegible] bonitatem, aut malitiam moralem in ordine [illegible]
in ordine supernaturali, et meritorio aut demeritorio æterni
[illegible], et adeo solum in verbis citatis insinuare voluit [illegible]
[illegible] actus neque meritorios æternæ vitæ neque æternæ
[illegible] dignos, quales jam sunt relati actus, nempe deambulare

sigere, alibi stanore, capitis purgamenta variis projicere &c. etiam
propter honestum finem naturalem alicui. Quod autem hec sit S. Doctoris
mens, constat ex eo, quod ille in loco docet contra S. Augustinum obser-
vationes legales statim post Christi mortem, et Resurrectionem mor-
tiferas evasisse, et adeo falsum esse, quod Augustinus ajebat, illas nempe
observationes neque necessarias fuisse ad eternam salutem, neque ab
eas consequenter remouisse, et proinde mortiferas non fuisse. Unde
S. Hieronymus ac in loco objiciebat observationes legales esse inter ea
opera, que vel absolute meritoria eterne vite, vel sempiterno
igne digna erant, sed discrimen actionum quas nostra sub-
dit, scilicet ambulare, alibi stanore, sigere &c. Quod et nos
concedimus, quod nobis non contrariatur. Postquam in
loco objecto licet S. Hieronymus loquatur de actione prout a vo-
luntate exercetur, non agit de ea et secundum objectum, et circum-
stantias, et finem operantis inspecta, sed a circumstantiis, et
et operantis fine abstrahit. Quod vel patet ab eo, quod est
de ipsa continentia, que secundum objectum considerata sem-
per est bona: attamen secundum circumstantias quandoque con-
siderata est mala, ut patet in conjugatis. Dari autem
actiones humanas etiam in individuo secundum objectum tantum
consideratas, que sint indifferentes, non negamus, sed con-
cedimus; sed inde nihil in nostram sententiam concluditur,
quod sit de mente S. Hieronymi, et docentis et de vel minimis otio-
sis rationem esse reddendam esse, et a fortiori de operibus.

255 Quod autem sequitur de 2da negat antes pro-
bationem, primo dicendum est regulariter prefatos actus neque esse
materiam voti, neque materiam penitentie, quia ut plurimum fiunt si-
ne advertentia, et deliberatione rationis, seu sunt actiones, adeo
deliberate, et consulto fiant etiam propter honestum finem,
adhuc non sunt materia voti, saltem moraliter loquendo, quia
non omne bonum Deo voveri potest, sed id tantum, quod melius est:
Porro actus, de quibus loquimur, etiam relati in bonum, et honestum fi-
nem licet boni sint, regulariter tamen, et per se loquendo non sunt
meliores, quia eorum omissio deliberata etiam propter fi-
nem rectum et honestum. Sic quamvis matrimonium sit res
bona; attamen communiter loquendo non est materia voti, quia
excludit statum virginitatis, qui Deo acceptior est. Sed etsi
enim si sicut contingere potest, ut in quibusdam casibus me-
lius sit matrimonium, quam virginitas, et proinde tunc
voveri potest, ita contingat, ut in quibusdam casibus meliores
sint dicti actus, quam eorum omissio, Deo tunc voveri pote-
runt. Praeterea neque sunt regulariter materia confessionis, quia
praterquamquod absque advertentia et deliberatione rationis fiunt, ut
dixi, regulariter accidit ut a viris iis virtualiter referantur
in finem bonum, eadem [illegible] relatione, qua semel viri ia in
Deum suas omnes retulerunt actiones; a viris vero de sua salu-
te non sollicitis fiunt absque rationis deliberatione, et veniali-
ter incogitanter. Ceterum si penitens certo sciat se deliberate
tar nonnulla fecisse, et in fine rectum non direxisse
talia erunt confessionis materia, ac sunt actus veri, et otiosi,
quamvis non raro contingit, ut de sua salute solliciti
etiam talia confiteantur.

250 ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

Atque ex his de propositum Joannis Hus à Concilio Constantiensi damnatam, aliquid quidquam colligi non 258
fit contra nostram sententiam. Siquidem à Patribus prefati Concilii damnata, et proscripta non est absolutè, et in se sententia negans indifferentiam Actuum Humanorum in individuo; sed damnata est in sensu Heretico, qualem ejus auctor intendebat, et adeò respectivè tantum ad auctorem proscripta est; et quidem merito. Nam Heresiarcha Joannes Hus asserebat, et contendebat, omnia, quæ à peccatore fiunt, seu ab homine in peccato exsistente, peccata esse, et vitiosa; quæ verò à justo fiunt, omnia esse bona, et virtutis actus: quod patet ex ratione quam ipse subjungit inquiens: Quia si homo est vitiosus, et agit quidquam, tunc agit vitiosè; et si virtuosus est, et agit quid- 259
piam, tunc agit virtuosè: Quia sicut vitium, quod crimen dicitur, sive peccatum mortale, inficit universaliter actus hominis vitiosi, sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosi. Atque proinde juxta Joannem Hus homo, dum est in statu peccati mortalis nihil boni agere potest, sed in omni suo actu peccat, et justus nihil mali agere potest. Quod est impium, et omninò falsum, cum fide catholica certum sit et peccatorem aliquos posse actus fidei, et spei, informes, ... aliqua opera moraliter bona facere posse, ... contra justum posse et venialiter, et mortaliter ... Quem errorem ultrò detestantur Patroni ... ultrò fatentes, peccatorem concurrente ... sanctis, ... bene in ordine ... posse ... et si resistat, ... et verò ... in statu justitiæ, actus venialiter malos, ... ex nostra sententia ergo non ... error Joannis Hus in Concilio Constantiensi damnatus.

Ad nonam contrà nego assumptum, cujus falsitas patet ex duabus propositionibus ab Innocentio XI proscriptis, quas num. 244 afferebam. Unde et Augustinus Lib. 10 Confessionis Cap. 33 merito aiebat: Cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quàm res, quæ canitur, moveat, me poenaliter 251
confiteor. Et quia contra Julianum Cap. 14 inquit: Moveri ... animus ad pietatis affectum divino cantico ... non solum ... si sonum, non sensum, libido audiendi ... quapropter et actus ... qui ad necessitatem aut commoditatem fiunt, ... ut nemo ... quis promptius possit ... sustentare, ... aliás à ... non vacabunt. Atque hinc ad id, quod additur, ... est, à non delectationem quamdam ...

veluti sal, et condimentū quoddā, quod tñ non propter se quæ-
reretur ab agente ratiõli, sed quo duntaxat alliceretur ad acti-
ones quasdam, quæ conservationi, et perfectioni totius nãe
necessariæ sunt, aut utiles, et adeò delectatio per se est
duntaxat mediū ad actiones illas facilius, melius, et con-
stantius efficiendas, non tñ illarum finis

258 Ad 2dam confirmationem negandū
est añs. Nã qui omittit sacrum non præceptū, vel illud omittendū
vel determinatur ex justa, et rationabili causa, et adeò secundū
rectæ rationis dictamen, vel non. Si primū, omissio sacri in ca-
su licita erit, et bona. Sin autē secundū contingat, tunc omis-
sio illicita erit, et mala, ut ex dictis supra in puncto pa-
tere debet. Unde dū nullū adest speciale præceptū missam
V.G. audiendi, tunc non alio sensu libera est missæ au-
ditio, quàm quatenus tam omittendo, quàm audiendo missā
quis pt rationabiliter, seu ex justa, et rationabili causa operari.
Quod non contingit, ubi quis præcepto adigitur ad sacrum
audiendū.

Ad 3tiam confirmationem respõdeo, argu-
259 mentū utpote nimiū probans nihil probare. Si enim tale
argumentū concluderet, jam õis actus secundum suam speciē
indifferens necessario et talis in individuo eē deberet, cum rei
essentialia tolli nequeant; et proinde cum actio ambulandi sit
secundū speciem indifferens, actum indifferentem haberet
qui ad ecclesiam pergeret animo ibi orandi divinis offi-
ciis vacandi &c. aut è contra ad domū meretricis se con-
ferret animo ibi illicita pertractandi. Quod cū falsum
sit, patet, ex indifferentia actus sm secundū speciem
ipsam non posse indifferentiā in individuo. Sed ut rõ
et simul inter utrumque actū disparitas est: Quia actū
esse ex sua specie indifferentem est actum præcisè
objecto spectato neque conformitatē, neque difformitatē
dicere regulis morum; contra actū eē in individuo
indifferentē est actum tā spectato objecto, quàm cir-
cumstantijs, et fine extrinseco operantis neque conformē,
neque difformē eē principijs moralitatis, et morum
regulis: Quod secundū ex primo certâ recta collixi non
pt. Quæ ut penitius advertas, aliud eē dari actus indiffe-
rentes secundū speciem, et aliud eē dari speciem actuū
indifferentiū in individuo; sicut aliud est dicere homi-
nem esse subjectū indifferens ad albedinem, et nigredi-
nem, et aliud est dari speciem hominum **neq: albonum,**
neq: nigrorum. Dari siquidem actus secundum speciem in-
differentes est, ut dixi, dari actus qui præcisè attento eo-
rum objecto, neque boni neque mali sint, contra verò
dari speciem actuū humanõ indifferentiū in individuo
est dari nullum actum humanū, qui omnibus spectatis, scilicet
objecto, circumstantijs, et fine operantis neque boni, neq:
mali sint: Primum quidē verum est; alterum verò falsum,
ut supra probavimus; ergo &c.

260 Cum itaque in hac nostra sententia nullum opus ab homine cum rationis advertentia, et consilii deliberatione elicitum sit, quod neque bonum, neque malum sit, sed omnes, et singuli actus nostri vel boni, vel mali sint, hinc placet exhibere praxim valde piam, et suavem, quam Cornelius a Lapide in Commentariis in Cap. 12. Matth. insinuat hoc pacto = Quare ut huic malo (nempe otiositati) remedium opponant, discant, et assuescant (homines) nil agere, et loqui nisi praemeditatum, et recte a ratione expensum. Secundo assuefaciant se loqui raro, nec nisi de rebus bonis, et salutaribus. Tertio ad aliquot dies mentem colligant, ac vitae suae actiones, rationes, fines, et intentiones considerent serio, ut si pravae vel otiosae sint, eas corrigant, et toti vitae suae, omnibusque suis actionibus debitum finem praescribant, ut in omnibus intendant Dei gloriam, ac suam salutem, et perfectionem, atque ad utrumque ordinent omnes suos sermones, et actiones. Porro hanc intentionem quotidie mane concipiant, saepeque offerant, eamque per diem saepius renovent, ut ita habitum induant omnes illas ad hunc finem referendi, ex quo deinceps semper virtualiter saltem ad illum referantur, etiamsi actu de eo non cogitent. Intentio ergo bona mutat sermones, et actiones, ut ex indifferentibus, et otiosis fiant honestae, sanctae, et meritoriae caelestis gloriae = Haec ille, et aptissime quidem ad inducendam consuetudinem laudabilem semper et ubique vivendi, et operandi omnino conformiter monito Apostoli 1. Corinth. 10. ajentis: Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Brevis synopsis
De Merito Theologico.

Advenientibus autumnalibus vacationibus diu non licet immorari in tradendis iis, quae passim tradunt Doctores tum circa naturam et multiplicitatem, et existentiam, tum circa conditiones necessario requisitas, tum denique circa objectum meriti theologici. Brevi calamo itaque per singula percurram.

261 Quaeres itaque primo, quid, et quotuplex sit meritum theologicum?

Respondeo, meritum theologicum cum P. Reiffenstuel Tract. 1. de Actibus Hum. [illegible] bene [illegible] posse describendo dicendo esse actus laudabilis, exigens aliquo modo collationem praemii. Dicitur autem primo actus laudabilis, quia ut infra ostendam, [illegible] meritorum naturam [illegible], quod sit actus bonus, et honestus, per quod actus peccaminosi [illegible] supplicium merentes ab ea meritoria excluderentur; sed et requiritur, quod sit actus liber, cum ea, quae necessario fiunt, nec laudem nec vituperium merentur: Dicitur 2do exigens aliquo modo collationem praemii; quia non uno modo opera nostra bona sunt remu

tione digna. Aliud enim est meritum de congruo, et aliud est meritum de condigno. Meritum de congruo illud est, quod licet condignitatem, et aequalitatem cum praemio non habeat; adhuc tamen congruum est, ut ex liberalitate donantis, seu remunerantis praemium aliquod comparetur: Meritum autem de condigno generatim sumptum illud est, quod condignitatem, et aequalitatem habet cum praemio, seu mercede, adeo ut praemium, tanquam merces si non ex rigoroso, saltem ex justitia, et debito laxiori debeatur: Ita quidem, ut si opus, cui ex justitia debetur merces, aequalitatem habeat cum mercede absque gratia ex parte remunerantis, fuerit meritum de condigno rigoroso; si vero operis valor, et dignitas oriatur gratia remunerantis, erit meritum de condigno ordinario, de quo solum sermo est, cum quaestio instituitur, an homo mereri possit? Actiones enim nostrae bonae omnes in gratia Dei fundantur, et sunt Dei dona; et aliunde omnes ita debitae sunt, ut eas sibi vindicare possit. Et proinde loquendo de merito de condigno minus rigoroso sumpto.

R. 2 Quaeres secundo, an homo divina gratia adjutus, et confortatus operans nedum de congruo, sed etiam de condigno vere, et proprie mereri possit?

Respondeo, hominem per gratiam operantem posse vere, et proprie mereri, et ex ipsa mereri. Estque haec sententia certa apud Theologos, quinimo, teste Tournelij, sive ejus Continuatore, est de Fide contra Calvinum, ejusque sectatores. Nam justis bene operantibus, ac divina praecepta exequentibus a Deo concedetur praemium tanquam merces ut habetur Sap. 5: Apud Dominum est merces, nempe justorum. et Matth. 5: Merces vestra copiosa est in caelis: Quinimo, teste Apostolo 2. ad Timoth. 4. justis ex hac vita in gratia decedentibus ex justitia et de aeterna vita a Deo danda est; ait enim de se ipso Apostolus: Reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus justus judex. Porro opus, cui praemium tanquam merces a Deo conceditur, praesertim si ex justitia datur, est de condigno ordinario meritorium, ut in terminis constat ex illo Aug. in Epist. 194, alias 105: ubi ait: „est merces operanti; quod stipendium militiae“ adeoque meritum de congruo praeterquam quod non sit veri nominis meritum, non est meritum, cui ex justitia praemium debetur; ergo &c. Unde S. Joannes Chrysostomus Hom. 4. de Lazaro ait: Si justus est Deus, illis reddet pro meritis, id est bonis et malis; et S. Aug. citata Epist. 194: Sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito justitiae tanquam stipendium vita aeterna. Possibile ergo est, quinimo de facto datur in homine opus de condigno in sensu ordinario, et minus rigoroso meritorium. Nunc

203 Quæres 3tio, quænam sint conditiones tam ad meritum de congruo, quam ad meritum de condigno necessario requisitæ?

Respondeo, tam ad meritum de congruo, quam ad meritum de condigno sequentia necessario requiri, et primo, quod opus sit bonum, et quidem in ordine supernaturali; 2do, quod sit liberum; 3tio, quod sit elicitum ab homine viatore, 4to, quod sit in obsequium Dei. Ad meritum autem de condigno insuper requiri, nempe quod opus fiat ab homine in statu gratiæ sanctificantis constituto, et quod ipsi operi a Deo merces, quæ datur, sit promissa. Et quidem singula probantur ex ordine.

204 Atque in primis quod opus sive de congruo, sive de condigno meritorium esse debeat opus bonum, et honestum, seu omnino morum regulis conforme vel ex eo patet, quod opus, quod bonum non est, vel est malum, vel saltem indifferens. Neutrum autem tale opus est meritorium. Non primum, quia ut ait Apostolus Rom. 2 Tribulatio, et angustia in omnem animam hominis operantis malum: et Cap. 6. Stipendia peccati mors. Non etiam 2dum, tum quia, ut supra probavimus, nullus datur humanus actus in individuo indifferens, tum quia cum talis actus, si daretur, non esset dignus vituperio, et pœna, neque esset dignus laude, et præmio. Ut actus ergo humanus sit meritorius bonus esse debet et quidem etiam in ordine supernaturali, ex dono gratiæ scilicet tanquam principio influxitus, et a fine, seu motivo supernaturali elicitus. Quod vel constat ex illo textu Joan. 15 dicentis Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Nam ex Conc. Sess. 6 Trid. Can. 1, ubi docetur, quod sine gratia Jesu Christi ipsa virtute, quæ bona opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur, eadem opera nullo pacto Deo grata et meritoria esse possent. Cujus et ratio est, quia scilicet inter merces, et præmium nulla esset proportio quod est contra naturam meriti. Ergo etc.

205 Hic tamen duplex dubium insurgit: Primum est an ad opus meritorium præsertim de condigno necesse sit, ut sit omnis [illegible], idest nulla lege præceptum? Alterum est, an opus supernaturale cujuslibet virtutis in homine justo sit meritorium de condigno?

Ad primum primum responsio est negativa [illegible] contra quosdam omnino negantes [illegible] ad meritum [illegible] ad opera [illegible] sed [illegible] ac opera [illegible] merces [illegible] multa. Et Matth. 19 [illegible] ad vitam [illegible], serva mandata. Et 2 Timoth. 4 [illegible] servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ [illegible] merces [illegible] in [illegible] merces [illegible] operis [illegible] in Deo [illegible] vitam æternam [illegible] promissa [illegible] Ergo etc.

206\. Quod verò spectat ad secundum dubium, non uno modo sentiunt Doctores. Nonnulli enim sustinent, ad meritum actuum virtutum à charitate distinctarum sufficere quòd ab homine justo ex dono gratiae tanquam comprincipio fiant, et in finem supernaturalem referantur, nisi opus sit ulla relatione actuali aut virtuali praeceptorum actuum nec actum praesentem aut praeteritum charitatis virtualiter perseverantem, facta ab aliis tenentur, necessarium non esse; quod praefati actus aut eliciantur, aut imperentur ab ipsa charitate tanquam principio influente: Contra quamplurimi alii, inter quos teste Gonet, communiter Thomistae cum Angelico suo Praeceptore 1. 2. q. 114. a. 4, loquendo de merito de condigno et de praemio essentiali, quod est ipsius Dei possessio, aiunt et docent, nullum actum virtutis à charitate distinctae esse de condigno meritorium absque aliquo imperio seu relatione saltem virtuali charitatis theologicae; ac proinde huic soli praemium essentiale beatitudinis deberi docent. Haeque sententia conformior videtur scripturis, Xto Joan. 14 dicente: Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum. Cui consonat, quod habet Apostolus 1. Corinth. 2. inquiens: Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum. et S. Jacobus cap. 1. Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se. Cum ergo Xtus se diligentibus, et adeò ex charitate bene operantibus promiserit aeternam beatitudinem, necessariò est actus meritorios de condigno praemii essentialis debere saltem ab ipsa charitate imperari; et adeò actus virtutis à charitate neque elicitos, neque imperatos posse tantùm esse meritorios de condigno praemii accidentalis quod sui ... beatitudini est accidentaliter connexum, ut est aureola quae martyribus donatur. Sed jam redeamus in viam.

207\. Secundò ut diximus, opus sive de congruo, sive de condigno meritorium debet esse liberum. Hoc ostendit divina Scriptura Ecclesiastici 31. homini justo concedens praemium testificans, quia potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala et non fecit. Unde meritò damnata fuit 3tia Jansenii propositio, quae asserebat: Ad merendum, et demerendum in statu naturae lapsae, non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.

208 Tertiò praedictum opus sive de congruo sive de condigno meritorium debet esse elicitum ab homine viatore. Atque hoc est, de quo Sapiens Eccles. 9. nos monere voluit inquiens: Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec sci-

entia erunt aequid impios, quo te prosperos: et iterum: Mortui non habent ultra mercedem. et iuxta illud: Ante obitum tuum operare justitiam, quia nempe, ut ait Xtus Joan. 9. venit nox, quando nemo potest operari. Status ergo viae requiritur &c.

269 Quarto et opus sive de congruo, sive de condigno meritorium debet esse actum in obsequium Dei, quod vel patet ex dictis num. 264. Et sane meritum respicit retributionem prout a certa persona vel ex congruitate, vel decentia, vel ex justitia debitam; merces autem nec decetur, nec exigi potest a certa persona, nisi actio ad ipsam dirigatur, ac in ejus obsequium, ac bonum cedat. Unde S. Thomas hic q. 21. a. 3. ait: Retributio secundum justitiam est alicui ex eo, quod agit in profectum, vel nocumentum alterius; ergo &c. At haec de conditionibus requisitis promiscue de merito de congruo, et de condigno.

270 Quinto ad meritum de condigno merenti requiri statum gratiae diximus. Oppositum est inter Baji errores a S. Pio V. Gregorio XIII, et Urbano VIII anno 1664 damnatos. Nam propositio 13. Baji sic sonat: Pelagii sententia est: Opus bonum citra gratiam adoptionis factum, non est Regni caelestis meritorium. Et sane hoc peccator mortalis in iniquitatis se habet tanquam palmes a vite excisus, et sicut palmes a vite excisus, nihil aliud nisi non fit, ita nec peccator in statu peccati fructum boni operis facere potest juxta illud Joan. 15: Sicut palmes non potest ~~~~~ ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite; sic nec vos nisi in me manseritis. nempe per charitatem, quia is solum in Deo manet, qui manet in charitate, ut habetur 1. Joan. 4. Quinimo peccatum ita obstat merito de condigno, ut quis peccando mortaliter perdat meritorum bonorum operum ita, ut mortua evadant, ut habetur Ezechiel. 18. Si averterit se justus a justitia sua . . . omnes justitiae ejus quas fecerat, non recordabuntur. Quod tamen ita intelligendum est ut haec merita reviviscant, cum peccato obex aufertur peccator scilicet ad Deum per veram poenitentiam convertitur. Quam reviviscentiam non habent bona opera in statu peccati facta, licet caeteroquin talia possint esse meritoria de congruo, quoniam nomine gratiarum, et auxiliorum supernaturalium, quibus hoc peccator facilius perducitur et excitatur ad veram poenitentiam agendam.

271 Sexto ad meritum de condigno ex parte Dei requiritur pactum, seu promissio de danda mercede tali bono operi. Nam nullum opus a creatura alicui quantumvis qui comunis sit, ex se, et natura sua est de condigno meritorium vitae aeternae, ut constat ex sequenti ordine &c.

in Baio damnata propositio: Sicut opus malum ex natura sua est mortis aeternae meritorium, sic bonum opus ex natura sua est vitae aeternae meritorium. Cum ergo ex supra dictis de facto datur opus in creatura rationali meritorium, et quidem de condigno aeternae vitae, talis condignitas aliunde repetenda, quam a sola natura actus, et adeo cum non possit peti aliunde, quam a divina promissione, ad meritum de condigno necessario requiritur ex parte Dei pactum, seu promissio de danda mercede. Quod et tradere voluerunt Tridentini Patres sess. 6. cap. 16. his verbis = Bene operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, et tanquam gratia filiis Dei per Christum Jesum misericorditer promissa, et tanquam merces ex ipsius Dei promissione, bonis ipsorum operibus, et meritis fideliter reddenda = Et sane ipse Deus nonnisi adveniente sua divina promissione ad retribuendum homini obligari potest, ut d. Aug. serm. 158, alias 18. de verbis Apostoli clare docet inquiens = Debitor factus est Deus, non a nobis aliquid accipiendo, sed aliquid, quod ei placuit, promittendo. Aliter enim dicimus homini, debes mihi quia promisisti mihi, et aliter dicimus, debes mihi, quia dedi tibi = Cum ergo ubi meritum est de condigno is, in cujus gratiam opus factum est, mercedem retribuere teneatur, divina promissio necessaria est ad ipsum meritum de condigno, quod vero etiam constat ex eo, quod exclusa Dei promissione, quaecumque facit creatura, ita debita sunt Deo, v. g. titulo creationis, conservationis, et supremi juris dominii in omnes creaturas, earumque actiones et bona, ut nullum jus in ipsa creatura esse possit ad retributionem exigendam; cum ergo per meritum de condigno creatura rationalis jus acquirat ad aeternam mercedem, ad illud divina requiritur promissio de retributione danda. Haec de meriti conditionibus, et requisitis. Nunc

272 Quaeres quarto quaenam sint ea bona, quae sub meritum cadunt?

Respondeo primo neminem etiam de congruo sibi mereri primam gratiam actualem, eaque res est purum Dei donum. Nam homo ante primam gratiam actualem utpote sibi soli relictus, per suas naturae vires operatur; atqui solis naturae viribus homo gratiam actualem supernaturalem mereri nullo modo potest, ergo. Hinc vulgo communissime receptum illud: Principium meriti non cadit sub meritum: damnatum vero illud Pelagii: Gratia secundum merita datur.

273 Respondeo 2do neminem de condigno sibi mereri posse primam gratiam habitualem, quamvis eam de congruo mereri possit. Et quoad primam partem res ostenditur ex eo, quod prima habitualis gratia ea est, qua homo peccator de statu peccati, et irae ad statum gratiae et justitiae transfertur: nemo autem peccator talem gratiam de condigno

mereri potest, ut plenè constat ex dictis, quia nempe ad merendum de condigno in merente status gratiæ requiritur, 2do quia, ut ait Apostolus Rom. 3, gratis justificamur per gratiam Jesu Xti. Quem locum intelligentes Trid. Patres sess. 6. Cap. 8. sic exponunt: Gratis autem justificari ideo dicimur, quia nihil eorum quæ justificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur: ergo &c. Quæstio de merito de condigno sunt infallibiliter (quidem loquendo de merito de congruo, habitualem gratiam et quidem primam hominem mereri posse, praesertim constat ex Tridentino sess. 6. Cap. 6. et 7. ubi modus præparationis ad justificationem describitur, aperte docet S. Aug. Epist. 194 ad Sixtum inquiens: sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat neque enim nullum est meritum fidei. Et Tract. 44 in Joan. de Publicani (?) reum sibi propitium precantis confessione ait: ista confessio meruit justificationem. Et sane actus, quibus ipse peccator disponitur ad justificationem ut sunt actus supernaturales fidei, et spei theologicæ, vim habent ex decentia inducendi ipsum Deum ad concessionem primæ gratiæ sanctificantis: ergo ad meritum de congruo sufficit; ergo &c.

274 Respondeo 3tio, hominem jam in statu gratiæ constitutum secundam gratiam habitualem de condigno mereri posse. Itaque constat ex Can. 32. Sess. 6. Trid. ubi definitur: Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita, aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, et Jesu Xti meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam &c. anathema sit. Porro quia secunda nihil aliud est quam justitiæ quæ homini a Deo in sanctificatione concessa est augmentum, ergo &c. An autem et hoc justus possit de condigno mereri primam gloriam, a seu primam gloriam, sicuti de facto secundam meretur: ... sarius est inter graves pro utraque parte doctores: in qua difficultate consulas Theologos, cum mihi per temporis angustias non liceat immorari. Respondeo 4to, justum neque de condigno

275 neque de congruo infallibiliter mereri posse, ut si exciderit a justitia, lapsum hunc reparet. Deus enim nedum non promisit justo, si peccaverit, eum liberaturum a suo lapsu ob ejus præcedentes justitias, et bona opera, sed potius præmittit oppositum. Ezechiel. enim 18. ait: si averterit se justus a justitia sua, et fecerit iniquitatem ... omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur. et Cap. 33. justitia justi non liberabit eum, in quacumque die peccaverit: Cum ergo ad meritum de condigno requiratur Divina promissio et ad meritum de congruo, quod oppositum Deus libere promisit, dicendum est &c.

276. Respondeo 5to, justum perseverantiae donum neque de condigno, neque de congruo infallibiliter mereri posse. Et quod de condigno tale donum mereri non possit, est certum de fide. Seclusa enim speciali Dei revelatione, etiamsi justi certi esse nequeunt, ut docet Trid. sess. 6 cap. 12, et 13, utrum usque in finem in justitia sint perseveraturi, sed continuo formidare debent scientes, quod in spem gloriae, [illegible] et nondum in gloria renati sunt, de pugna, quae superest cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent, dicenti: Debitores sumus non carni ut secundum carnem vivamus, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Porro si justi de condigno perseverantiae donum mereri possent, continuo ipsis formidandum non esset de pugna cum carne, cum mundo, et cum diabolo, sed certi esse possent de victoria, utpote cum merito de condigno infallibiliter respondeat suus effectus; ergo &c. Unde Apostolus Rom. 11. sic admonet: Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time: et 1. Corinth. 10. Qui se existimat stare, videat, ne cadat. et Philipp. 2. Cum metu, et tremore vestram salutem operamini, Deus est enim, qui operatur in vobis, et velle, et perficere pro bona voluntate: et adeo verum est, quod S. Aug. lib. de Dono Perseverantiae cap. 13. docet inquiens: satis dilucide ostenditur, et inchoandi, et usque in finem perseverandi gratiam non secundum merita dari. Cujus et ratio est, quia perseverantia est complexio omnium auxiliorum, per quae homo justus non tantum perseverare fit, sed de facto usque in finem perseverat; atqui justus hujusmodi auxilia efficacia de condigno mereri non fit, quia alias a gratia non excideret, a qua tamen vel ipsi justissimi excidunt non raro; ergo &c.

277. Quinimo dicendum est, hominem justum neque de congruo tale perseverantiae infallibiliter mereri posse, ut vel ostenditur ex illo Aug. cit. lib. de Dono Perseverantiae, cap. 8. ubi ait: Ex duobus piis cur huic donetur perseverantia usque in finem, illi autem non donetur, inscrutabilia sunt judicia Dei: Quod dici non posset, si justus de congruo infallibiliter perseverantiae donum mereri posset, cum tunc dici posset, primum in justitia usque in finem perseverasse, quia id meritus fuit; alterum non item; ergo &c. Notandum tamen est verbum infallibiliter, hic [illegible] in hoc quinta, hic in superiori responsione positum. Dum enim etiam a praeteritis bonis operibus aliquando moveri ad donandam gratiam peccatorem, ut resurgat, non inficior, similiter ultro concedo, hominem justum per bonorum operum exercitium

disponi ad finalis perseverantiae donum consequendum ab ipso Deo; et proinde orationibus, vigiliis, jejuniis, ac aliis sanctis operibus continuo insistendum esse, ut eo meliori modo quo possumus, certam nostram vocationem faciamus juxta illud 2. B. Petri Cap. 1. satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, et electionem faciatis. Haec tanquam certa tene, licet proinde firmiter tenendum sit, homini justo perseveranti in justitia usque ad finem deberi coronam gloriae, et quidem tanquam ex justitia saltem lata [illegible] charitate, ut patet ex dictis à num. 202., et proinde usque ad finem perseverans in justitia de condigno aeternam meretur beatitudinem.

Respondeo 6to, quidquid sit de merito de condigno, saltem de congruo ab homine viatore per actus

278. supernaturales, et ex gratia elicitos mereri posse tum sibi, tum aliis bona temporalia, quae vel necessaria, vel utilia sunt ad opera virtutum, quibus in vitam aeternam perducimur. Hac enim bona postulare à Deo nos ipse praecipit jubendo, ut panem nostrum quotidianum, idest bona omnia vitae praesenti, ac fini nostro necessaria enixe petamus; et adeo congruum est, ea nobis ab ipso Deo concedi, dum ea petimus; et proinde solum dubium esse possit, an ea de condigno promereri possimus. Quod affirmat S. Thomas 1. 2. q. 114. A. 10 in C inquiens: Omnia illa, quae ordinantur ut deventia ad hunc finem (aeternam beatitudinem) et talia simpliciter cadunt sub merito. et infra: si temporalia bona considerantur prout sunt utilia ad opera virtutum, quibus perducimur in vitam aeternam, secundum hoc directe, et simpliciter cadunt sub merito, sicut et augmentum gratiae. Haec S. Thomas [illegible] sit de hoc.

Respondeo 7mo, et ultimo, hominem justum

279. licet non de condigno, saltem de congruo posse mereri aliis quidquid sibi meretur, et aliquid amplius. Et quoad primam partem probatur ex eo, quod ad hoc ut justus aliis mereatur, quod sibi mereri fit, sufficit, ut offerat Deo opus tale praemio proportionatum, quod à Deo acceptari sit conveniens; atqui ex una parte justus fit offerre Deo opus tale praemio proportionatum, supernaturale scilicet, et conforme ordini divinae providentiae, quae vult, ut homines se invicem adjuvent in salutis negotio; ex alia vero parte opus illud utpote opus hominis Deo amici, ob eandem acceptari conveniens est; ergo etc. Quoad 2dam vero partem patet vel ex eo quod homo sibi mereri non possit primam gratiam simpliciter talem, quam tamen aliis promereri potest, ut constat ex tot sanctis quibus sancti viri suis bonis operibus conversionem pro aliis promeruerunt: Vide S. Ambrosius Lib. 5: in Lucam inquit: Magnus Dominus, qui aliorum merito ignoscit aliis. Atque ex his finem nostro Tractatui de Actibus Humanis, cujus principium. Utinam nunquam obliviscamini ut ad monitum regulas vestros componere sciatis actus ad gloriam ejus, qui se diligentibus dat affluenter. Amen.

...b y 290
...netis an.
...o prop
...hi. B
...vocatis.
...voint
...e ad hoc
... lateto
...e ad h
...nair. hi
... da con
...as super
... tum a
...vant ad.
...Hat an
...m notu
...e casso
...ryo Fac
...ossit an
...at d. Tra
...n ut d
...mplici
...compie
... imm
...aduent
...i aui
...ry hom
...erar
... noai
...alissima
...opus
...ti con
...ruspo
...upome
... inviti
...am illo
... coma
...l at ao
...rtai
... tot tan
... atis
...dligan
...x his
...ireiao
...mem
...n apy

Tractatus Quartus
De Peccatis

De actibus humanis quasi in genere consideratis in superiori Tractatu diximus, nunc recto postulante ordine, et exigente methodo ad speciem descendimus, ad examinandam scilicet illorum malitiam, quae est moralitatis species deturpans hominis voluntatem, quam a Deo creatore accepit, et spem Beatitudinis, quam fini Creantis vitio, et peccato perdere coepimus, consecutionem impedit. De peccatis itaque nunc agendum est, ubi non solum illorum quidditatem, et malitiam, et perniciosos, et exitiosos effectus considerabimus, ut, illorum foeditate, ac prope innumeris malis, et incommodis cognitis, ab ipsis tamquam a facie colubri fugiamus, sed etiam de illorum constitutivis, ac discrimine, quod inter se dicunt, tractabimus, ut quisque, et praesertim Confessarius habeat, unde lepram a lepra distinguere sciat, et gravitatem simul cum specie, et numero valeat dignoscere. Et quoniam in peccato omnia sunt tenebrae, qui est lucerna lucens in caliginoso loco, mentes nostras illuminet, atque illustret, ac illa, quae nedum omnem personalem ignoravit culpam, sed et ab originali labe fuit praeservata, adjuvet nos, suoque semper praesto sit auxilio, dum sub ejus patrocinio et inchoare, et perficere opus nostrum contendimus, et exoptamus.

Caput primum.

De natura, et multiplicitate Peccati.

1. Peccatum non uno modo accipi fit, Aliquando enim generalissime sumitur, prout nempe est recessus quidam a regula rectum operandi modum praescribente: quo in latissimo sensu defectus ab Artifice in artefacto conficiendo commissi a regulis artis recedendo, et effectus praeter naturae perfecto modo operantis intentionem a causis secundis producti, ut sunt monstra, peccata dici possunt, Artis nempe et naturae: et de peccatis in hoc latissimo sensu hic a nobis non est disserendum, sed Philosophis examinandum relinquimus. Secundo peccatum accipitur prout dicit aliquid ad mores spectans; et hoc variis modis: et primo sumitur pro causa, vel effectu peccati, sicuti accipit Apostolus cum Rom. 7 ait: Quod habitat in me peccatum, fomes scilicet peccati, seu concupiscentiae: 2do accipitur pro materia, circa quam peccatum versatur, uti Deuter. 9 cum dicitur de vitulo: Peccatum autem vestrum, quod feceratis, arripiens igne combussi: 3tio pro hostia in expiationem peccati, uti 2 Corinth 5 dicitur, quod Christus factus sit pro nobis peccatum, hostia scilicet pro peccato: 4to pro vitio, seu habitu ad peccatum inclinante: Tandem pro ipsa voluntaria offensa Dei, et divinae legis transgressione: Atque de peccato in hoc ultimo sensu accepto, quod proprie, et rigorose loquendo tantum est peccatum, in praesenti solum agemus.

2 Peccatum itaque taliter acceptum cum S. Ambrosio lib. de Paradiso cap. 8. definiri sit hoc pacto: Peccatum est praevaricatio divinae legis, et coelestium inobedientia praeceptorum: vel cum Aug.o lib. 22. contra Faustum cap. 27 hoc modo: Peccatum est factum, vel dictum, vel concupitum contra legem Dei aeternam.

3 Hanc porrò definitionem bonam, et exactam esse defendit, et probat Angelicus Praeceptor 1. 2. q. 71. a. 6.; atque ad praesentem ratione ostendi sit, quod talis definitio omnia requisita ad exactam definitionem habeat. Et sanè ea definitio peccati tanquam exacta tenenda est, quae, primò constat genere, et differentia: 2do convenit omni, et soli peccato: 3tiò neque redundat superfluis, neque deficit in necessariis: Talis autem est suprà tradita ab Aug.o definitio. Nam primò verba illa factum, vel dictum, vel concupitum locum generis tenent, cum per ea, licet peccatum à vitio, seu ab habitu peccaminoso differat, aliquid commune habeat, et conveniat cum quibuscumque aliis actibus, sive bonis, sive indifferentibus. 2do verba illa contra legem Dei aeternam, loco differentiae sunt posita, cum ita peccatum à quocumque actu non peccaminoso distinguatur: 3tiò ea definitio soli peccato convenit, cum quidquid peccatum est, et quod solum peccatum est, contra aeternam Dei legem sit. 4tò etiam talis definitio omni peccato convenit, sive mortali, ut per se patet, sive veniali, quia et hoc ab aeterna Dei lege, quae est ultima humanorum actuum regula, à qua caeterae omnes derivantur, prohibitum est: sive commissionis, ut patet, sive omissionis, quia, ut ait S. Thomas loco citato, affirmatio, et negatio reducuntur ad idem genus; atque adeo nomine dicti, et facti in moralibus etiam omissio intelligitur, sicuti vel ipsa experientia ostendit, cum non solum malefacere dicamus, qui quidquam mali positivè operando facit, sed etiam qui non facit, quod facere debet: sive peccato Originali, quod et dici factum, et voluntarium voluntate primi parentis, quae non solum erat voluntas privatae personae, sed etiam communis hominum, quorum ipse Adam erat caput morale: sive peccato habituali, quod est ipsummet actuale peccatum antea commissum, non quidem actu existens, sed moraliter perseverans: sive demum peccato quod vel contra divinam legem positivam, aut humanam patratur, quia quaecumque sit lex hujusmodi, ab aeterna Dei lege derivatur, ut ipse ostendi in Tractatu de Legib.

Quintò denique praedicta definitio nec redundat superfluis, sicuti non deficit in necessariis. Nam licet primò videantur superfluae dictiones illae dictum, factum, cum dictum, et factum non aliter sit peccatum, quàm quòd sit concupitum contra aeternam Dei legem; item licet per dictam definitionem non videatur satis explicari ratio voluntarii ad peccatum requisiti; attamen si perpendamus, et ipsum actum externum vere includere malitiam, atque forte ab interiori cordis malitia specificè indistinctam; item et legem nisi sapienti libere imponi, statim apparet, primò dictiones factum, dictum in definitione positas non superfluas,

sed saltem majoris claritatis gradu poni; 2do et rationem voluntarii ad peccatum requisiti sufficienter exprimi: Definitio ergo illa habet omnia requisita. Hinc Caparinus si quis aliam pressiorem exoptat definitionem peccatum sic definire potest: Peccatum est libera divinae legis violatio.

3 Peccatum autem sic explicatum varias patitur divisiones, inter quas prima est divisio peccati in Originale, et personale. Originale est illud, quod ab Adamo primo, et communi omnium Parente per originem, seu carnalem, et naturalem propagationem in Posteros derivatur, et cum P. Tronsr de Peccatis cap. 2. definiri sit: Privatio justitiae, et sanctitatis debitae inesse singulis ex pacto facto à Deo cum Adamo. Hujus vero peccati existentiam multis argumentis firmare, quidditatem explicare, modum transfusionis in posteros examinare, et effectus declarare, utpote cum nostrum munus excedat, sacrae Theologiae Professoribus relinquimus, interim certi ex Scripturis utriusque testamenti, peccatum hoc veluti hereditarium inesse omnibus, et singulis via seminalis generationis ab Adamo descendentibus, nisi quis ab ipso Deo speciali privilegio sit exemptus. Hoc enim satis clare expressit Propheta Psal. 50. verbis illis: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea: et Apostolus Rom. 5. inquiens: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Unde Tridentini Patres Sess. 5. in Decreto de Peccato Originali, cum anathema dixissent ei, qui non confitetur, primum hominem Adam cum mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, et justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam praevaricationis hujusmodi iram, et indignationem Dei &c. paucis interjectis subjunxerunt: Si quis Adae praevaricationem sibi soli, et non ejus propagini asserit nocuisse, et acceptam à Deo sanctitatem, et justitiam, quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam eum perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiae peccatum, mortem, et poenas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem et peccatum, quod mors est animae, anathema sit. Praefata Tridentini, et Scripturarum doctrina non ita intelligenda est, ut nullam prorsus exceptionem admittat. Nam, ut ibidem S. Synodus declarat, in dicto Decreto non intendit comprehendere B.B. et Immaculatam Virginem Dei Genitricem, quam tanquam omnino puram, et sine labe originalis peccati conceptam nunc tota Catholica veneratur Ecclesia; ac propterea supra dixi: Nisi quis ab ipso Deo speciali privilegio sit exemptus.

4 Peccatum vero personale est, quod propria cujusque peccantis voluntate committitur, nec ab alio trahitur. Et ita hoc in praesenti nobis agendum est.

quod multiplex est; et primo aliud est actuale, et aliud habituale. Actuale est ipse actus, aut omissio libera, inordinata, et divinae legi difformis; et adeo est ipsemet actus v.g. blasphemandi, pejerandi, furandi etc. Habituale vero est, quod post actuale per modum habitualis defectus, et maculae in anima perseverat, donec remissione deleatur: et utrumque hoc peccatum aliud est mortale, et aliud veniale: Mortale est quod animae mortem spiritualem affert, eam nempe divina gratia, et amicitia, et conjunctione cum Deo privando, et aeterna poena dignam reddendo. Veniale autem est, quod licet Deum offendat; non tamen ita graviter, ut a subjecto peccante gratiam excludat, ac cum Deo amicitiam destruat, et aeternae poenae reatum inducat, quamvis charitatis fervorem minuat, et temporali poena dignum reddat.

5. Praeterea personale peccatum, sive actuale, sive habituale, sive mortale, sive veniale varias patitur divisiones tum per ordinem ad objectum, circa quod versatur, tum per respectum ad leges, quae violantur, tum per ordinem ad diversas radices, ex quibus procedit, tum etiam per ordinem ad modum, quo virtutibus contrariatur, et opponitur. Et primo ratione objectorum, circa quae peccata versantur, et a quibus suam speciem desumunt, Peccatum aliud est spirituale, et aliud carnale, aliud contra Deum, aliud contra proximum, et aliud contra se ipsum; quibus et addi potest aliud esse peccatum cordis, aliud oris, et aliud operis. Peccatum spirituale est, quod in concupiscentia, seu inordinata spirituali delectatione, ad animam scilicet spectante, perficitur, et consummatur, ut est superbia, inanis gloria, odium, et hujusmodi alia. Peccatum carnale est, quod ad inordinatas corporis delectationes tendit, ut est Gula, Luxuria, ebrietas etc. Et de his duabus peccati speciebus 2. Corinth. 7. ajebat Apostolus. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis, et spiritus. Peccatum contra Deum illud est, quod pro objecto immediato habet aliquid immediate, et directe Deo oppositum, sicuti est haeresis, blasphemia, perjurium etc. Peccatum contra proximum est, cujus objectum immediatum est aliquod malum proximi, sicuti est detractio, furtum, adulterium etc. Peccatum contra se ipsum est, quod contra sui ipsius charitatem est, sicuti est mollities, sui ipsius occisio, mutilatio etc. Peccatum Oris est, quod in verbis, Cordis, quod in internis actibus, et Operis, quod in externis actibus consistit. 2do Ratione legis violatae, peccatum dividitur

2. in peccatum commissionis, et omissionis. Peccatum commissionis illud est, quo libere, et scienter ponitur, seu fit aliquid, quod jure, seu lege, seu praecepto vetitum est; et adeo illud est, quo praeceptum negativum, quatenus negativum est, transgreditur: Peccatum vero Omissionis illud est, quo libere, et scienter omittitur poni, seu fieri aliquid, quod jure, seu lege, seu praecepto est imperatum, et adeo illud est, quo praeceptum affirmativum, quatenus tale, transgreditur.

de quo duplici peccatorum genere S. Aug. lib. de perfectione justitiæ cap. 3. ajebat: Duobus modis constat omne peccatum, aut si fiant illa, quæ prohibentur, aut illa non fiant, quæ jubentur.

7\. 3tio. Ratione diversæ radicis, ex qua profluit, peccatum dividitur in peccatum ex ignorantia, ex passione, et ex malitia. Peccatum ex ignorantia illud est, quod fit defectu rationis culpabiliter nescientis, vel non considerantis ea, quæ facilè considerari poterant, et à peccato retraxissent. Peccatum ex passione, quod et dicitur peccatum fragilitatis, et infirmitatis, illud est, quod fit, et originem ducit ex gravi appetitus sensitivi rationem aliquo modo perturbantis motione ad consensum trahente voluntatem. Peccatum ex malitia illud est, quod cum clara rationis advertentia, et plena voluntatis libertate, et passione non excitante saltem notabiliter committitur; de quo Iobi 34. dicitur: Qui quasi de industria recesserunt à Deo. Et his peccatorum speciebus addi solet peccatum ex suggestione, et illud est, quod dæmone, vel homine instigante patratur.

8\. Tandem ratione modi, quo virtutibus opponitur, et contrariatur, peccatum aliud est per excessum, et aliud per defectum: et hæc sunt peccata, quæ opponuntur virtutibus in medio consistentibus, sicuti est liberalitas, cui per excessum opponitur prodigalitas, et per defectum avaritia, item fortitudo, cui per excessum opponitur temeritas, et per defectum timiditas etc. Atque hæ sunt præcipuæ peccatorum divisiones, quibus nonnulli addunt, aliud esse peccatum remissibile, et aliud irremissibile. Remissibile illud est, quod facili venia dignum est. Irremissibile verò, quod difficili venia dignum est, et hujusmodi dicuntur esse peccata in spiritum sanctum, nempe desperatio, et præsumptio æternæ salutis, impænitentia, et obstinatio in peccatis, impugnatio veritatis cognitæ, et invidentia fraternæ gratiæ. Insuper et addunt divisionem peccatorum in capitalia, et non capitalia: capitalia autem peccata sunt superbia, avaritia, luxuria, ira, gula, invidia, et acedia. His ita expositis sit

Caput secundum.

De Peccato Personali generatim sumpto.

Plura sunt, quæ circa peccatum personale hic tractare solent Theologi, quæ alibi, nempe in Tractatu de Legibus, ubi de obligatione legum, et de causis ab observatione legum excusantibus, nec non in Tractatu de Actibus Humanis de voluntario, et involuntario agentes examinavimus circa coactionem, metum, concupiscentiam, et ignorantiam. Illis ergo hic prætermissis, sicuti et nonnullis alijs, quæ potius speculationem, quam praxim sapiunt, qualia sunt, potissimum, an malitia peccati in positivo, an in negativo consistat? An peccatum sit finitæ, an infinitæ malitiæ, et hujusmodi alia, hic nos contenti erimus dispu-

tare nonnulla de subjecto, de causis, de occasione, et de requisitis ad ipsum peccatum personale necessarijs. Unde sit

Articulus primus.

De subjecto, et causis peccati Personalis.

9. Deum utpote omnis sanctitatis, et justitiae fontem peccare non posse, tradere fides docet, sed etiam vel ipsa invicta ratio ostendit. impeccabilitas enim essentialis est perfectio simpliciter simplex nullam admixtam habens imperfectionem, ac proinde Deo enti a se, ac omnium perfectionum pelago necessario convenit, eique necessario inest: Quinimo Dogma certum est, neque ipsum Deum proprie, et per se posse esse ullo modo auctorem, et causam peccati Theologici, ut vel ostendit Propheta Psal. 5: sic Deum alloquens: Non Deus volens iniquitatem tu es: et Psal. 44: Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: Quibus consonat illud Sap. 14: Odio sunt Deo impius, et impietas ejus: sicuti et illud Ezechiel. 18: Numquid voluntatis meae est mors impij, dicit Dominus? Unde Trid. Patres Sess. 6. damnarunt asserentes, Deum esse peccati auctorem in hunc modum: Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera ita ut bona Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie, et per se, adeo ut sit proprium ejus opus non minus proditio Judae quam vocatio Pauli; anathema sit. Quod omnino et rationi conforme est, utpote cum opposite repugnet infinito bono proprie velle malum, quale est peccatum; quamvis ob certos fines illud possit permittere.

10. Tanquam Dogma pariter certum tenendum est, Christum Dominum etiam, quatenus homo est, pro statu unionis Physicae Humanitatis cum Verbo, nunquam peccasse, ut ostendit illud Hebraeorum 4: Tentatus per omnia pro similitudine absque peccato: et illud Cap. 7. ejusdem Epist. Talis decebat, ut nobis esset Pontifex sanctus, innocens, et impollutus: et illud 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus: et, ut alia omittam, illud Joan. 8, ubi Christus de se ipso ait: Quis ex vobis arguet me de peccato. Quinimo veritas haec tanquam omnino certa tenenda est ut tenendum sit, pro statu praedictae unionis humanitatem Christi etiam impeccabilem fuisse, tum quia humanitas ita Christi Verbo unita perpetua Dei visione gaudet, tum quia est infinite sancta per Verbum unitum, cui repugnat, quidquid repugnat Sanctitati. Unde S. Athanasius relatus a Sexta Synodo Generali agens contra Apollinarem negantem Verbum assumpsisse voluntatem humanam, quia aliter esset peccandi, aiebat: Nihil esse timendum, quia per ipsam assumptionem illa voluntas impeccabilis facta est; ... etiam ut homo Dei; et proinde difficultas tota est, et devolvitur de puram creaturam, et hanc quidem rationalem, et rationis

conaeam. Ad peccandū siquidem nedū malitiæ cognitio requiritur, sed etiam indifferentiæ libertas, ut præter cætera constat ex propōne ordine 3. inter damnatas in Jansenio à Clemente XI. die 16 julij anno 1705., quæ est hujus tenoris: Ad merendum, et demerendū in statu naē lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. item ex hac ordine pma inter profligatas ab Alexandro VIII. die 7. Xbris 1690, quæ sic sonat: In statu naē lapsæ ad peccatum 'formale', et demeritū sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberū fuit in causa sua, peccato Originali, et libertate Adami peccantis: Porrò sola creatura rōalis, et hæc quidem rationis capax, libertatem indifferentiæ, et malitiæ cognē simul habere pōt, ut meditanti patet.

11 Loquendo itaque de creatura rōali, rationis, et cognitionis malitiæ capaci, utpote modo à Deo condita, dico, eam sibi soli relictam peccare posse, ac peccati subjectū, et causam eē; adeò ut nulla talis pura creatura sit, quæ peccare non possit. Nā, ut dicitur Psal. 115: Omnis hōo mendax: quod vel ipsa ostendit experientia. siquidem creatura, de qua sermo est, nulla alia est præter Angelum, et hominem: constat autem quàmplurimos Angelos peccasse, et ceteros peccare potuisse; similiter et homines peccasse, et adhuc peccare pergere, ergo &c. Et sanè nulla est rōalis creatura puré talis, quæ non sit libera nedum libertate indifferentiæ, sed etiam contrarietatis, ad bonū scilicet, et malū, uti docet S. Hieronymus Epist. 140. inquiens: Solus Deus est, in quem peccatū non cadit, cæteri cū sint liberi arbitrij, in utramque partem suā possunt flectere voluntatē: Ubi autem talis habetur potestas, seu libertas, ibi et peccandū inesse facultas, ergo &c.

12. Dixi tū: eam sibi soli relictam peccare posse &c: et pmò, ut exciperem Beatos cū Deo in cœlis regnantes, quos in sensu composito visionis Beatificæ peccare non posse, tanquam omninò certū tenendum ēē. In eo enim statu constituti ipsi Beati nedum vident, et clarè cognoscunt ipsam infinitam amabilitatem, et bonitatem Dei absque judicij indifferentia ad oppositū, sed ab ipsa beatifica visione ità perfectissimè inebriantur, ut suavi quâdā necessitate compulsi non possint non diligere super omnia ipsū Deū ōis bonitatis fontem.... 2dō, ut excluderem animas in Purgatorio existentes, quæ licèt adhuc ipsū Deum non videant; tanto tū ejus videndi desiderio tenentur, et tam gravia levibꝫ pro peccatis supplicia luunt, ut ab omni prorsus peccato toto conatu, ac viribꝫ totis summenè abhorreant..... 3tiò, ut exciperem BBS, et immaculatam Virginem, quæ ex speciali Dei privilegio tantis semper præveniente fuit divinæ gratiæ auxilijs, ut nunquam ne levissimū quidem commiserit peccatum, ut docet Trid. sess. 6. can. 23.

et inuenit S. Aug. lib. de nat. et grat. cap. 36, ubi ait, Sanctissimos quosque viros fuisse peccato obnoxios, excepta tamen S. Virgine Maria, de qua propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi volo quaestionem.

13. Verum cum in homine duae partes distinguantur, inferior nempe, et superior ac inferior sit pars sensitiva, in qua sunt quinque sensus externi, nempe visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus, item sensus internus, seu Phantasia, et appetitus sensitivus: Pars vero superior sit pars rationalis intellectum includens, et voluntatem; haecque pars superior dividatur in rationem superiorem, quae nempe per regulas aeternas, et divinas, honestatis scilicet, et virtutis dirigitur, et in inferiorem, quae per humanas regulas, v.g. per temporalem commoditatem, et terrenos fines regulatur, ad huius doctrinae complementum quaeres per quas potentias ab homine peccatum committi possit, et per consequens quinam sint actus hominis, qui vere, et proprie sint peccata?

14. Ad quam difficultatem respondeo, quod quamvis actus sensus tum externi, quam interni, ac appetitus sensitivi, nec non etiam actus intellectus possint esse denominative peccata; ideoque hae potentiae sint subjecta peccati saltem denominative sumpti; attamen nullius potentiae praeterquam voluntatis actus sunt in se formaliter peccata; et adeo sola voluntas formaliter peccare fit. Ita communis sententia, quae videtur esse de mente Angelici Praeceptoris 1. 2. q. 74. a. 2. ad [illegible] aientis: Dicendum, quod bonum, et malum pertinent ad voluntatem sicut per se objecta ipsius: sed aliae potentiae habent aliquod determinatum bonum, et malum, ratione cuius fit in eis et virtus, et vitium, et peccatum secundum quod participant voluntate, et ratione: et clarius ad 1um sic dicentis: Dicendum quod non peccatur nisi voluntate, sicut primo movente; aliis autem potentiis peccatur sicut ab ea motis.

15. Prima autem pars propositionis probatur hoc pacto. Actus potentiarum hominis a voluntate distinctarum esse denominative peccata, ac potentias illas esse subjecta peccati saltem denominative sumpti stat in hoc, quod tales actus sunt vera, et propria in se peccata illis accedente vel imperio, vel consensu, et complacentia voluntatis; ita est: Siquidem visio v.g., auditio, imaginatio rei turpis, appetitio carnalis, cogitatio rei obscenae, haeresis judicium temerarium &c. sunt vere, et proprie peccata, si eos actus vel imperat, vel de illis sibi complaceat, vel in illos consentiat voluntas, ut patet ex legibus, et praeceptis illos vetantibus; ergo &c.

20 Altera vero pars suadetur [illegible] ex eo quod nullus actus est formaliter, et ratione sui peccaminosus [illegible] qui non sit simul liber, et voluntarius, ut patet ex dictis num. 10; atqui soli voluntatis actus proprie, et in se sunt actus simul liberi et voluntarii; quippe cum sola voluntas sit post proposito ab intellectu motivo boni et mali unum vel alterum eligere

ergo Dei. Unde S. Aug. lib. 1 Retract. cap. 9. recte aiebat: Voluntas est, qua peccatur, et recte vivitur; et lib. de vera Religione cap. 14: Usque adeo peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium, et hoc quidem manifestum est, ut nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiant, quare aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est voluntate committi. Hac Sanctus Doctor. Quare sicuti veritas et falsitas formaliter talis est solius intellectus actus, ac in solo intellectu formaliter residet; ita et bonitas, aut malitia moralis actus est in sola voluntate tanquam causa, et subjecto formali. Quod optime consonat dictis in Tractatu de actib. humanis à num. 217, ubi ostendimus, actum exteriorem per se, et ratione sui non augere malitiam actus interni; et adeo totam moralitatem actus externi dici per ordinem ad actum internum voluntatis. Hac de causa morali, quae sit simul causa Physica efficiens peccati, ac de subjecto illius.

27. Nunc pro coronide Articuli quaeres, an Diabolus possit esse hominibus viatoribus causa peccandi?

Respondeo, quod licet Diabolus proprie, per se, et directe non possit esse causa peccatorum, quae ab hominibus committuntur, sit tamen esse indirecte, et per accidens talis causa. Diabolum enim proprie, per se, et directe esse causam peccatorum, quae ab hominibus fiunt, stat in hoc, quod ipse vel Physice, et realiter hominis voluntatem moveat, actum ejus malum in ea interius operando, vel sic ei objectum peccati proponat, ut eam necessario trahat ad illud: esse autem tantum indirecte, et per accidens dictorum peccatorum causam, consistit in hoc, quod Diabolus variis modis et sensus nostros exteriores, et appetitum sensitivum excitare possit, et objectum peccati voluntati nostrae, tanquam aliquid suave, jucundum, utile, et delectabile proponere, et exhibere valeat, ac variis suasionibus, suggestionibus, et blanditiis ita ipsam voluntatem movere, et inflammare, ut, etiam dum revera resistere sit eadem, et peccatum amplectatur; Atqui licet illud primum non possit diabolus, ut vel constat ex illo Jacob. 4: Resistite Diabolo et fugiet à vobis; nec non ex illo Ephes. 6. v. 16. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: Attamen secundum ipse diabolus potest, ut clare docet Apostolus citata Epist. ad Ephesios inquiens: Non est nobis colluctatio adversus carnem, et sanguinem, sed adversus Principes, et Potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in coelestibus: ergo Dei. Unde S. Petrus in sua prima Epist. cap. 5 sic omnes monet: Vigilate, quia adversarius vester Diabolus circuit quaerens, quem devoret, cui resistite fortes in fide: et adeo verum est, quod ait

S. Hieronymus in Cap. 5. Matth: Diabolus adjutor, et incensor malarum cogitationum potest esse, autor esse non potest. et Venerabilis Beda in Cap. 4. ejusdem Matth. Diabolus, qui omnes cadere vult, persuadere potest, praecipitare non potest. Nemo ergo in Diabolum, sed in suam malam voluntatem conjiciat suarum culparum causam, dum Dno gratia adjutus, quae praesto est omnibus, omnes daemonis insidias potuit eludere.

Articulus secundus.

De Occasionibus Peccatorum.

18 Nomine occasionis prout contradistinctae ab habitu, et consuetudine peccaminosa, quatenus nempe occasio proprie sumpta est quid extrinsecum subjecto, seu denotat objectum extrinsecum ad peccatum movens, et alliciens, ad cujus praesentiam quis peccat, aut peccare solet; Habitus vero, et consuetudo est subjecto intrinseca, seu à proprio fragilitate tota est absque objecto extrinseco sollicitante, et impellente ad malum, et adeo ex actuum repetitione V.G. voluntariis pollutionibus, juramentis, blasphemiis etc. frequentatis generata est, nomine inquam occasionis hic intelligitur id omne, quod vel ex natura sua, aut ex circumstantiis ad peccatum sive mortale, sive veniale inducit; et adeo habet generare peccandi periculum: quod cum multiplex sit, per ordinem ad ipsum et multiplex est ipsa peccandi occasio. Atque in primis alia est remota, et alia proxima. Remota est, quae remotum peccandi periculum secum affert, idest tale est, ut in ea constitutus omnibus attentis neque certo, neque verisimiliter, aut saltem verosimilius non sit peccaturus. Proxima autem est, quae periculum proximum peccandi inducit, talis nempe, ut in ea constitutus vel certo, vel verosimiliter, aut saltem verosimilius in peccatum sit prolapsurus.

19 Atque haec occasio proxima alia est per se, et ex natura sua, seu absolute talis, et alia est per accidens, seu respective talis. Prima est, quae tale periculum lapsus secum importat, ut spectata communi hominum fragilitate pauci admodum sint, qui resistant, aut non nisi immanenter victoria sperari possit; talis occasio est habitare cum ea persona, cum qua peccare solet; nimia familiaritas inter adolescentes, et puellas; deliberatus aspectus, et tactus partium secretarum personae diversi sexus absque necessitate V.G. medendi habitus etc. Altera est, quae licet de se, et ex natura sua respectu communitatis hominum non importat periculum proximum peccandi, importat tamen respectu particularis personae, adeo ut ejus speciali fragilitate attenta verisimiliter, aut saltem verosimilius sit peccatura, tale esset colloquium habitum cum muliere alias honesta ab eo, qui ex tali allocutione non raro expertus est se pravis desideriis consentire, aut etiam talis esset habitatio in paterna domo cum sorore. in

quæ peccare soleas &c. Et utraque hæc occasio proxima alia est voluntaria, et alia est involuntaria, dicta etiam necessaria. Voluntaria est, quæ facilè, et absque ullo gravi incommodo deseri sit, nempe absque gravi scandalo, aut magno damno proprio, aut proximi, sicuti esset fuga socij impudici. Involuntaria, seu necessaria est, quæ physicè, aut moraliter relinqui non possit: et sic occasio proxima necessaria alia est physicè talis, quæ nempe nullo modo dependet à voluntate, ut deseratur, ut si quis detentus est in carcere, aut catena ligatus in triremibus cum flagitioso socio, cum quo frequenter peccat: Alia verò est tantum moraliter necessaria, quæ nempe licèt viribus physicis attentis revera relinqui possit; attn̄ aut sine peccato, aut gravissima jactura bonorum temporalium deseri nequit; uti est militia respectu militis in ea frequenter peccantis, quod deserere nequeat V.G. fugiendo sine injustitia, aut sine jactura suorum bonorum, aut propriæ vitæ periculo.

20 Ubi pro majori occasionis proximæ intelligentia advertendum est, periculum proximum, quod ipsa inducit, debere esse forte, et quidem respectu illius, qui dicitur in occasione proxima versari, tale nempe, ut inducat periculum certum, aut verosimile, aut saltem verosimilius consensus liberi, aut complacentiæ in peccatum, adeo ut non sufficiat periculum etiam certum solius tentationis, aut etiam illicitus affectus materialiter mali. Licitum enim est se exponere periculis tentationum, quando divina specialia auxilia, et proinde victoria sperantur; item aliquando etiam periculo V.G. turpium cogitationum, motuum concupiscentiæ, aut similium affectuum per positionem causæ licitæ, et honestæ in tales affectus etiam efficaciter influentis, secluso intentione, consensu, et complacentia in illos, ac justa, et rationabili causa habita, ostendimus in Tractatu de Actibus Humanis à num. 25; ac proinde si periculum respectu constituentis in occasionem erit tantum materiale, tale nempe, quod licèt secundùm se, et extrinsecas circumstantias soleat esse conjunctum cum peccato; attn̄ conjunctum non sit spectata conditione, et qualitate hujus particularis subjecti; tunc in rigore occasio non poterit dici proxima, sed tantum remota ut vel patet meditanti.

21 Ita exposita, et declarata peccandi occasione, notandum est primò, certum esse apud omnes, neminem teneri deserere, ac fugere occasionem omnibus personis remotam, eam nempe, in qua quis constitutus nonnisi temerè, seu ex levi fundamento dictus lapsum timere, et suspicari sit. In tanto enim commercio difficillimum necnon est, ac moraliter impossibile ab omnibus talibus occasionibus se abstinere; verum etiam cum ubique, licèt semper hujusmodi inveniantur occasiones deberemus ex hoc mundo exire, ut ait Apostolus 1. Corinth. 5: et adeò lex Xti amplius non esset jugum suave, et onus leve, sed omninò importabile: Quod cum omnino absurdum sit, dicendum est, nullam esse posse obligationem prædictam vitandi occasionem, et hoc eò maximè, quod tunc propriè non est

nec judicari prudenter sit, adesse morale peccandi periculum;
cum ergo ubi nullum est morale periculum, nulla sit obligatio occasionem
vitandi, occasio remota non est de obligatione vitanda.
Notandum est secundo, pariter certum esse,
22 ac inter se omnes convenire Doctores, absolute deserendam
esse occasionem proximam voluntariam, seu praesentem,
cui conjunctum est periculum forte, et certum, faciliter pec-
candi, sive periculum illud sit absolute, sive respective pro-
ximum. De hac enim occasione proxima verum est, quod
Eccles. 3. dicitur: Qui amat periculum in illo peribit: et Matth.
18. Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum,
et projice abs te, si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et
projice abs te &c. Et proinde merito Innocentius XI die 2. Mar-
tij 1679. damnavit duas sequentes propositiones, quarum una ordine
62. sic sonat: Proxima occasio peccandi non est fugienda,
quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occur-
rit: Altera ordine 63. sic se habet: Licitum est quaerere directe
occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel
temporali nostro, vel proximi. Et ratio est, quia qui facile
potest, ut fit in casu, removere periculum forte certum
peccati, illud non removet, saltem virtualiter, et impli-
cite vult et intendit ipsum peccatum, quod est malum, et cul-
pabile. Deinde quia praeceptum prohibens peccatum, etiam
prohibet velle id, quod proxime influit, et moraliter cum
peccato illo conjunctum est, sicuti praeceptum praecipiens finem,
praecipit media ad talem finem necessario conducentia,
ergo qui se exponit periculo forti et certo peccati, pec-
cat contra praeceptum prohibens illud peccatum, et conse-
quenter admittit malitiam talem, qualis est in ipso pec-
cato: et proinde merito ajebat de Lugo, quod in morali-
bus idem sit, se exponere periculo peccandi, et de facto
peccare.
Notandum est tertio, occasionem per
23 se, et ex ratione sua proximam, saltem involuntariam, seu
necessariam, secluso scandalo, aut alia speciali ratione, ex
obligatione non esse deserendam ab eo, cui ob speciales, ali-
quas circumstantias non affert, et inducit periculum forte
proximum lapsus, sed tantum modicum, et remotum. Atq.
veritas haec constare debet vel ex dictis in Tractatu de
Actibus Humanis a num. 25; ubi ostendimus ponenti ex
justa, et rationabili causa actionem secundum se licitam, et hone-
stam efficaciter influentem in effectum malum ad ulterius
non imputari effectum inde secutum, secluso periculo pro-
ximo consensus aut complacentiae, et intentione illius.
Ulterius autem suadetur ex Capit. Consultationi, et ex Cap.
Laudabilem, de Frigidis, ubi Summus Pontifex permittit con-
juges, quorum matrimonium invalidum est propter
impotentiam, simul tanquam fratrem, et sororem habi-
tare nostra; sicuti nec omnes permittitur iis conjugibus, qu

tēni castitatis voto ad continentiā vel ad tempus, vel ad semper servandā se obligarunt: Porrò iis in casib, ut experientia ostendit, adest periculum mōale saltem, ~~per~~ se, et ex nāa sua proximū, nempe tactuū turpium, vehementiū tentationū &c., ergo &c. Cujus et ratio est, quia ex una parte ubi occasio est involuntaria, habetur ~~urgens~~, gravis, et ~~mercedula~~ causa se in talem occasionem conjiciendi; ex altera verò, ubi periculū etiam proximum est tantū mōale, tunc abest periculū forbel consensus, et complacentia, affectus inde secuturi, et adeò occasio in rigore tunc evadit remota; atqui non est obligatio evitandi occasionem remotā peccandi, ut supra ostendimus; ergo &c. Quod si verum non est, neque Parochus audire possit confessiones mulierū, dū graves, et vehementes tentationes expertus est, neque Chirurgus causa medendi tangere possit partes secretiores mulieris &c.: quod tñ licitum est facere in iis circumstantiis, ubi periculū illud de se, et ex nāa suo proximum evadit mōale, et remotum, ut docent omnes. Quæ tñ doctrina locū non habet, ubi ex positione in tali occasione inde proximus ēēt scandalizandus, utpote cū in casu ē vetitū sit a lege nāali: et ideò supra addidi: secluso scandalo, aut alia speciali ratione.

24. Hic tñ, ne quis in mōa adeò periculosa hallucinetur, habeat præ oculis semper propōēm 41. inter damnatas ab Alexandro VII. die 18. Martij 1666., nempe hanc: Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinā, si hæc nimis utilis ēēt ad oblectamentū concubinarij; vulgò Regalo, dum deficiente illa, nimis ægrè ageret vitam, aliæ epulæ tædio magno concubinariū afficerent, et alia famula nimis difficile inveniretur: habeat itiquē, præ oculis hanc propōēm sicuti et 62, et 63. inter damnatas ab Innocentio XI. num. 22. relatas, ex quibus facilè percipiet, eam solummodo dici posse occasionem involuntariam, seu necessariā, ad quam tollendam datur impossibilitas Phisica, aut moralis, talis scilicet, ut si dicta occasio tolleretur, subsecutū ēēt tale incomodū, et damnū ita grave, quod sit morti, aut maximæ miseriæ affine; et adeò ubi talis non adesset impotentia, seu impossibilitas, tunc non licebit se exponere occasioni inducenti periculum proximum peccandi, quantumcumque firmū propositū peccatū fugiendi eliciatur. Ubi enim talis non adest impossibilitas, occasio ipsa, et periculū erit voluntariū, adeòque peccaminosū juxta illud jā citatū: Qui amat periculum, in illo peribit. Vide et de tali occasione dicta num. 22.

25. Hæc autem, quæ dicta sunt de occasione proxima per se, et ex nāa sua tali, applicabis et occasioni proximæ per accidens, et respectivè tali, obligandus scilicet non est in ea constitutus ad eam absolutè dese-

rando, ubi talis occasio est involuntaria, seu necessaria, et suppetunt media valde opportuna, et apta ad eam reddendam remotam, et tollendum periculum forte proximum, consensus nempe, et complacentiæ, seu lapsus in peccatum, atque in eo constitutus prædictis remedijs uti est omnimodè paratus; et adeò prudenter victoria speratur. Quod præter superius dicta optimè consonat doctrinæ S. Caroli Borromæi in Instruct. Confess. ubi in hunc modum monet Confessarios: Confessarius hæc adhibere debet remedia. 1. absolutionem differat, donec certa sinceræ emendationis videat indicia. Quod si absolutionem differre non possit, quin pœnitentem exponat gravi infamiæ periculo, tunc si contritum certis quibusdam notis videat, aut ita mente affectum, ut ad omnia remedia paratus sit, quæ ad ejus emendationem necessaria judicaverit prudens decernendo; tunc ei præscribat, quæ aptiora, et efficaciora judicaverit, putà ut solus cum sola nunquam conveniat: imponet etiam ieiunia, et corporis macerationem aliquam, et in primis frequentem Confessionis usum, similiaque exercitia, quæ si pœnitens lubenter acceptat, confessarius eum absolvere potest. Hæc S. Carolus Borrò. Si occasio involuntaria, de qua loquimur, absolutè deserenda esset, qui eam non deserit, absolvendus non esset, ut patet; ergo cum absolvendus sit, dicendum est &c.

26. Hæc sunt, in quibus circa occasionem peccati conveniunt Doctores: difficultas tamen est inter eos primò, an occasio, cui conjunctum est periculum forte tantum probabile solùm peccandi, inter occasiones proximas sit recensenda, et adeo absolutè deseri debeat. 2dò, an cum quocumque incommodo, et etiam cum jactura omnium bonorum fortunæ, famæ, et etiam propriæ vitæ, sit obligatio deserendi eam occasionem, quæ nullo modo, nullisque remedijs fieri potest remota, sit conjuncta cum forti periculo solùm peccandi. Pro quarum difficultate diligenter notandum aliud esse periculum forte certum, aliud probabile, et aliud leve solùm peccandi. Periculum forte certum peccandi solùm est, cùm quis sibi firmiter persuadet, se in tali occasione peccaturum atque a tentatione victum iri; cùm quasi non nisi temere victoriam sperare possit, sicuti est in eo casu, in quo ut plurimum lapsus in tali occasione vel etiam sola cogitatione venereus est, uti v. g. si quis cum tali sorio conversatus est; cum puella loquutus est, cum ingressus est, tamen nunquam adijt, quin consentiat, vel opere peccaverit: 3tiò, cum occasio externa valdè alliciens, et excitans ad peccatum conjuncta est cum vehementi passione, vel cum habitu vitioso, vel cum valdè forti, et urgenti diabolici tentatione. Periculum autem forte probabile tantum solùm peccandi illud est in quo quis constitutus prudenter, et verosimiliter judicare potest cum peccato lapsurus sit, ut primò contingit, cum quis plerumque peccavit in occasione, in quam sæpius incidit, aut quater peccavit in occasione, in quam decies se conjecit. 2dò, quando viri docti, et prudentes, et timorati,

pij meritò sibi timent loqui cum tali occasione; atque adeò non scrupulizando, sed cum ratione timendo ab ea se avertunt: 3tiò, cùm vel viri fortes in similibus occasionibus non rarò labi videantur. Tandem periculum breve, seu imprudens fortiter peccandi nunc habetur, quando quis prudenter putat se non peccaturum, attamen aliquo modo timet, seu suspicatur se cadere posse, et fortè casurum; sicuti faciunt nonnulli nimium delicati, seu scrupulosæ conscientiæ trepidantes, ubi non est timor; et ita vel nolentes loqui cum hominibus, ne quid mali audiant, salutare mulierem etiam honestam, ne seducantur &c. vel etiam faciunt ij, qui plures, et plures in aliqua occasione fuerunt, et semel vel bis potius ex fragilitate prolapsi sunt. His diligenter notatis sit

27. Propositio. Non solùm ea occasio censenda est proxima, in qua quis constitutus semper, aut ferè semper, frequentius, aut frequenter, et plerumque peccat, sed ea etiam, quæ sive de se, sive attenta peccantis dispositione exponit hominem periculo forti etiam tantùm probabili peccandi. Ita cum Honorato Tournely, sive ejus continuatore de Peccatis parte 1. Cap. 2. de causis Peccati, cum Patre Antoine de Pœnitentia A. 3. de Obligat. Confessarij. Q. 4. Respon. 1., P. Claudio La-Croix Lib. 5. de Peccatis num. 257. et alijs quamplurimis contra nonnullos. Hæcque sententia est ad mentem D. Thomæ, et S. Caroli Borromæi. Primus enim 2.2. Q. 10. A. 9. de infirmis in fide inquit: Infirmi in fide, de quorum salute probabiliter timeri sit, prohibendi sunt ab infidelium communione: Alter verò In instructione Confessariorum inter occasiones vitandas, et adeò proximas enumerat ea loca, quæ etiamsi per se liceant, tamen probabiliter timetur, ne is, qui confitetur, in eadem ipsa, quæ olim admisit, peccata relapsurus sit, si in ijs remaneat.

28 Prob. autem hoc pacto. Ea occasio censenda est proxima, in qua dum quis constitutus est, ei imputantur ad culpam effectus mali inde secuti tanquam voluntarij in sua causa: patet hoc per se. Atqui constituto in ea occasione, cui conjunctum est forte periculum etiam tantùm probabile formaliter peccandi, imputantur ei ad culpam effectus mali inde secuti tanquam voluntarij in sua causa, ut colligere est ex Cap. Si culpa tua, de injurijs, ubi Gregorius IX. decernit, damnum et injuriam alteri illatam etiam per ignorantiam, ignoranti imputandum esse, ubi verisimiliter, seu probabiliter secutura prævisa est, inquiens: Nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo injuriam verisimiliter posse contingere, vel jacturam: ergo &c. Et sanè si ad induendam occasionem proximam necesse esset, quod vel semper, vel quasi semper vel plerumque, vel ordinariè, vel sæpè in ea constitutus peccaret; nec sufficeret grave dubium cadendi in peccatum.

seu probabile periculum fore culpæ theologicæ, sed illi, qui quotidie per mensem sive cum, sive absque justa, et rationabili causa (quod hic impertinenter se habeat vel ad constituendum, vel removendum periculum lapsus) alienam domum ingrederetur, ibique quinquies, vel etiam sexties, aut octies in mense peccaret cum puella, talis ingressus non esset occasio proxima, utpote cum prædictus ingressus tunc secum non ferret periculum certum lapsus, ut patet. Hoc plane absurdum est, ut bene notat Hanno apud Tournelij. et sane quis non dicat Funambulum, Fabrum Murarium &c versari in periculo proximo lapsus si vigesies super funem, vel murum ambulans quinquies vel sexties, aut octies e fune, vel muro caderet. Dicendum ergo occasionem, cui periculum fore etiam tantum probabile peccandi fortiter conjunctum est, inter occasiones proximas esse numerandam, ac proinde contra consilium in ea stare illud Ecclesiast. 3. Qui amat periculum, in illo peribit: atque hinc absolute deserendam si est voluntaria, ut diximus num. 22: sicuti etiam si est involuntaria, si fieri non possit, ut prædictum periculum minuatur, et moraliter securus inde evadat, ut infra probabimus, et vel ostendit illud Xti. Luc. 9. Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.

29. Atque hactenus dicta intelligenda sunt non solum de occasione inducente periculum proximum ad aliquod determinatum peccatum v.g. ad luxuriam, sed etiam de eas, quæ sit cum fert periculum proximum ad aliquod peccatum indeterminate v.g. vel ad luxuriam, vel ad Blasphemiam, vel ad detractionem &c et proinde nec v.g. sit sæpius peccare vel per luxuriam vel per detractionem, vel alio modo, quoties familiariter agit cum socio, domum aliquam ingreditur &c occasionem hanc dimittere tenetur sicuti tenet communior sententia. Nam non solum peccatum est se exponere periculo proximo unum determinatum peccatum committendi, sed etiam plura in communi determinate non cognoscenda, in quod facile est labi: imo forte hoc secundum est gravius, cum majus mali sit versari in periculo plura peccata, quam unum tantum patrandi.

30. Neque dicas contra prædictam sententiam statutam. Si periculum probabile tantum fortiter peccandi occasionem proximam constitueret, ingrediens quotidie per mensem ex justa et honesta causa domum alienam aut Chirurgus quotidie per mensem causa medendi in partibus secretioribus mulierem tangens, atque [illegible] in mensa peccans in occasione proxima peccandi constitutus esset dicendus: hoc dici nequit; tum quia utpote cum plurius, et plures foret: hoc dici nequit; tum quia utpote cum plurias, et plures victor, quam victus fuerit a tentatione, verosimilius esset in tali occasione constitutum victorem futurum; tum quia ubi periculum est tantum probabile, ibi etiam probabile est non esse periculum, cum ergo licitus sit usus sententiæ probabilis, aut saltem probabilioris, dicendum est &c

31 Respondeo omissa, vel etiam concessa majori negando minorem, ad hujus primam probationem nego assumptum. Nam, licet, ut supra diximus cum D. Lugo, idem sit se exponere periculo proximo formaliter peccandi, ac ipsum peccare: atque juxta paulo ante dicta ubi est certum, seu periculum probabile peccandi formaliter, ibi sit periculum proximum lapsus, verisimile, aut verisimilius etiam non sit non peccaturum, seu victorem futurum, qui eo in periculo est constitutus; ex eo enim quod pluries quis tentationi restiterit quam victus fuerit, solum concluditur quod verisimilius sit effectum non eventurum quoad entitatem physicam, et realem, non autem quoad moralem imputabilitatem, cum ad hoc ut quis peccet se in periculo peccandi constituendo, necesse non sit, quod de facto sequatur effectus, sed sufficiat quod eligat, et velit illud periculum; licet ergo in casu nostro verum sit, quod operans se in peccandi periculo morali conjiciat, verum et esse debeat, quod non sit verisimilius victorem futurum.

32 Ad alteram negata minoris probationem vel absolute negabis assumptum, quia cum formaliter certum supponimus, adesse periculum probabile lapsus in peccatum; et adeo cum contra certitudinem non possit stare probabilitas, nullo modo dici potest, probabile esse, non dari effectum probabile periculum. Vel vero claritatis gratia sic distingues propositionem. Ubi periculum est tantum probabile, ibi etiam probabile esse potest, non esse periculum quoad effectum, seu peccatum consummatum, seu quantum omitto: ibi etiam probabile esse potest, non esse periculum in se, et in existendo nego antecedens, et consequentiam. Quemadmodum ubi quis sumpsit venenum simul cum antidoto potest quidem probabiliter judicare, quod mors sit, et non sit secutura, atqui non potest probabiliter judicare, non esse probabile periculum mortis, ubi jam antidotum non est certum, ita qui versatur in probabili tantum periculo formali lapsus in peccatum, potest forte judicare probabiliter, quod non contingat effectus malus, de quo dubitatur, atqui non potest probabiliter judicare, tunc non extare periculum formale probabile lapsus. Ubi autem certum est periculum formale prudens, seu probabile formalis peccati; nullo modo licitum est, tali periculo se exponere, ut supra ostendimus, utpote cum non possit prudenter judicare non esse prudens periculum formaliter peccandi; et ubi est prudens periculum formaliter peccandi, certum est praeceptum illud vitandi, ut constat ex illo Ecclesiastici 3 Qui amat periculum in illo peribit. Quod non potest dici ex Auctoribus systemata Probabilismi, et Probabiliorismi. Qui enim docent, licitum esse usum opinionis probabilis, aut probabilioris pro libertate, id extendunt ad eos tantum casus, in quibus dubitatur, an existat praeceptum prohibens, aut praecipiens actionem aliquam. In casu autem praesenti certum est praeceptum prohibens actionem malam, cujus faciendae probabili periculo operans se exponit, itemque est certum praeceptum se non exponendi periculo

tolli peccandi. Male ergo hic introducitur doctrina Probabiliorismi aut Probabilismi, ergo &c. Hæc pro prima difficultate, nunc pro secunda solutione sit

33 Propositio. In occasione proxima moraliter necessaria periculum forte proximum culpæ theologicæ secum trahente constitutus, nullisque mediis adhibitis eam de proxima remotam reddere valens tenetur, cum quocunque temporali incommodo, etiam cum propriæ vitæ jactura eamdem deserere. Ita cum communiori, et veriori sententia, quæ est S. Ligorii verbis num. 25. relatis sequentia subjungentis: Quod si jam adhibita hac aut a se, aut ab alio diligentia, poenitens in emendatione non fuerit, absolvi non debet, donec ab ea recesserit. Atque suadetur ex illo Xti Matth. 5: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, et projice abs te &c. Ubi ergo ad culpam theologicam vitandam necessarium est pretiosa quæque perdere, et vitæ etiam temporalis jacturam subire, id fieri debet; atqui ad culpam theologicam vitandam necessarium est declinare, et fugere occasionem, cui conjunctum est periculum forte peccandi formaliter, quod nullis mediis adhibitis reddi fit medle, et remotum, siquidem ipsum versari in tali proxima occasione vetitum est speciali præcepto jam citato: Qui amat periculum peribit in illo; adeoque ubi peccare, et volle in occasione periculum forte proximum peccandi secum trahente immorari est unum et idem saltem moraliter; ergo &c. Quare merito Patres Concilii Generalis Lateranensis II. [redacted] can. 2 contra constitutos in tali occasione in hunc modum statuerunt: Falsa etiam fit poenitentia, cum poenitens ab officio vel curiali, vel negotiali non recedit, quod sine peccato agi nullo ratione prævalet. Et Alexander VII. sequentem jam relatam supra damnavit propositionem: Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgo Regalo, dum deficiente illa nimis ægre ageret vitam, et aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, et alia famula nimis difficile inveniretur: cum igitur officium, munus, ars, mercatura &c, item et retentio concubinæ in domo propria dimitti deberent, quando perseverant ea occasio proxima, licet ex una parte secundum se non sint peccaminosa, sed et ex alia eorum dimissio afferat grave damnum, quinimo gravissimum etiam incommodum, quale est saltem ea solet privatio dignitatis, cessatio lucri &c in officio, munere, arte, mercatura &c, et in casu ejectionis concubinæ est nimiæ utilitatis cessatio, tædium magnum, nimis ægre vitam agere, &c, cum ex judicio medicorum graves morbi, ex quibus multi contabuerint; jam consequens est manifestum, dimittendam esse occasionem proximam peccandi etiam moraliter necessariam, quoties nullis mediis adhibitis fieri fit, ut remota evadat: et propterea Confessarius obli-

in consonat ... proxime ab ... XI ... &c

+ tantum ... proxima peccandi

gere debebit famulum, aut Ancillam deserere Dominum suũ, et aliud servitiũ alibi sibi quærere, ubi mansio in Domo Domini ẽet occasio proxima formaliter peccandi, ubi vel nullũ suppetit mediũ, vel si illud suppetit, perversitatis õibus est inefficax ad talem occasionem efficiendã remotã: Quinimo et filius-familias habens habitũ peccandi cũ sorore obligandus est etiam ad paternã domũ deserendã, ubi remedia non valent ad talem habitũ extinguendũ. Verum in dictis, aut similibus casibus cautus sit confessarius, et discretus, et adeò studeat medijs, quibus si malũ est occultũ, consulat famæ pœnitentis: inter quæ media in casu de fratre cũ sorore peccante, hoc esse poterit, ut frater studij, vel peregrinationis, vel artis addiscendæ prætextu licentiã petat à paterna domo discedendi: soror verò petat ingredi ad tempus in Religiosam domũ, aut cognatos visitandi &c.

34. Vivas pro opposita sententia. Quamvis occasioni externæ sit conjunctum periculũ proximũ, et formale lapsus in culpam Theologicam; attã ipsa secundũ se inspecta non est formaliter peccaminosa: item ubi ex fuga dictæ occasionis imminet gravissimum malum, puta jactura omniũ, aut ferme omnium bonorum fortunæ, vel famæ, periculum certum, aut quasi certum vitæ, tunc occasio est involuntaria; atqui nullũ datur præceptum fugiendi, et declinandi ab occasione quæ secundũ se non est formaliter peccaminosa, et est involuntaria; quia secus darentur in pœnis præceptũ prohibens rem non malam; et præterea daretur præceptũ se extendens ad impossibile, utpote cũ impossibile sit vitare quod est involuntariũ, et saltẽ trahit moralem impotentiam; ergo &c. Confirmatur. Qui, ubi ex fuga occasionis imminet gravissimum malũ temporale, et vitæ periculũ, se exponit occasioni proximæ, neque vult, neque intendit dictam occasionem, sed ad eam veluti permissivè se habet; sed licet se habere permissivè ad occasionem etiã proximã, sicuti licet se permissivè habere ad alterius peccatũ, ergo &c. Confirmatur 2dò. Si ẽet obligaõ etiam cũ quocunque incommodo temporali, etiã vitæ vitandi occasionẽ trahentẽ secũ periculũ formale proximũ lapsus, seu culpæ mortalis, ẽet etiã obligaõ vitandi occasionẽ proximã peccati venialis. Quod nimis durũ videtur, ergo &c. Confirmatur ultimò. Si ẽet præceptũ, et obligaõ præfatã vitandi occasionẽ, in eã constitutus absolvi non posset, nisi saltẽ haberet serium propositũ, et hoc confessario certò cognitũ ab ea declinandi; Hoc est falsũ, utpote contrarium praxi confessariorũ absolventiũ filium-familias constitutũ in occasione proxima involuntaria, etiamsi è propria domo non discedat; ergo &c. Unde sicuti Artifex v.g. Faber

ferrarius, aut lignarius obligandus non est ad omittendum opus incompossibile cum jejunio, et viator ad omittendum ire ad nundinas, ubi etiam die festo deberet ratione suscepti ex improviso itineris seu iter omittere; ita in casu nostro dicendum est; ergo etc.

35. Respondeo omissa majori nego minorem, quae in primo valide non probatur ex eo, quod primo apponitur. Licet enim non detur praeceptum prohibens rem aliquam, quae neque in se et ratione sui, neque respective mala sit; datur tamen praeceptum prohibens ponere actionem, quae tametsi in se spectata mala non sit, est tamen illativa effectus formaliter mali, seu peccaminosi, ut patet in habitu, et consuetudine peccaminosa, quae licet non sit in se spectata malum, et peccatum formale; attamen quia habet influere in actum malum, datur praeceptum eam extirpandi, et tollendi. Praeterea neque negata minor recte probatur ex eo, quod 2do loco ponitur. Nam licet talis occasio sit secundum quid involuntaria, item et moraliter sit impossibilis nostris viribus stantis eam deserere; non est tamen absolute involuntaria, sicuti et non est absolute impossibile praesertim per vires gratiae eam deserere, ut patet in sanctis vitam temporalem perdentibus, ne a divinis mandatis deflecterent: Plurima autem sunt divina praecepta, quae sui observantiam urgent etiam cum morali impossibilitate nam non licet mentiri, pejerare, blasphemare, adulterari etc. ob vitae periculum declinandum; ergo etc.

36. Ad primam confirmationem quod attinet, in primis falsa est propositio major. Sicuti enim qui metu mortis adactus v.g. idolo sacrificaret, nomen Dei blasphemaret, innocentem occideret etc., non fit dici se permissive habere ad talia peccata, ita etiam qui, ut evitaret gravissima incommoda, se exponeret occasioni proxime inducenti periculum formale proximum culpae, se permissive habere ad illam dici non potest. Deinde et falsa est propositio minor. Quamvis enim quis ex justa causa possit permittere occasionem externam de se trahentem periculum proximum, quando spectata speciali conditione in eo constitutum periculum evadit tantum morale, et remotum; non fit tamen permittere talem occasionem quando periculum non fit nisi morale, et remotum, sicuti non fit permittere peccatum formale proprium, v.g. perjurium, mendacium etc. etiam ad declinandam mortem. Et ex his patet discrimen ad permissionem peccati alieni, factam ex justa causa. Cum siquidem quis alienum peccatum permittit, tunc se illud tantum negative habet; respectu autem peccati proprii mera negatione se non habet, sed vere positive operatur.

37. Ad 2dam confirmationem concedo sequelam majoris. Quemadmodum enim nimis durum non est, teneri etiam vitae propriae periculum subire, quando alias vel mendacium leve evitari non posset; ita nimis durum videri non debet, constitutum in occasione proxima trahente periculum formale proximum peccati venialis teneri, etiam cum vitae dispendio declinare a tali occasione, cum, ut diximus se exponere tali occasioni, et actu peccare moraliter idem est.

38 Ad ultimam confirmationem concessa majori procasu, de quo est difficultas, in quo nempe omnia possibilia remedia sunt adhibita, et nulla fuit emendatio, nego minorem. Quando enim prudens, et doctus Confessarius filium-familias v. g. in occasione proxima necessaria constitutum absolvit, vel eum absolvit, quando adhuc nova suppetunt remedia, quæ pœnitens paratus est executioni mandare, et signa doloris, et efficacis propositi, et emendationis ostendit, et nisi absolvatur, infamiæ, aut alterius gravissimi mali periculum imminet: Vel etiam eum absolvit, quando jam se emendare incœpit plures tentationem vincendo, numerum peccatorum diminuendo, ac sic occasionem de proxima remotam reddere incipiendo. Atque ex his ac eo, quod additur, vel nullius momenti esse patet ex dictis in Tractatu de Legibus, ubi discrimen inter naturales, et positivas leges eo dicimus, eo humanas assignavimus. Illas enim etiam cum vitæ periculo obligare ostendimus, secus vero secundas; quinimo has regulariter sub gravi incommodo etiam temporali non obligare probavimus: cum ergo nos in præsenti loquamur de ijs legibus, quæ cum vitæ periculo obligant, argumentum à lege positiva jejunandi, sacrum audiendi etc. petitum, nostram non urget sententiam.

39. Modò pro hujus doctrinæ de proxima et remota occasione peccandi complemento de tribus dicendum superesset, primo nempe, quænam actiones sint actiones, sive omissiones, quæ per se loquendo inter occasiones proximas sint enumerandæ. 2do quænam sint ea remedia, quæ in occasione proxima peccandi constitutis à prudenti, doctoque confessario sunt proponenda, ac insinuanda. 3tiò, an constitutus in occasione proxima peccandi frequenter sit absolvendus, et quando non absolvendus sit. Verum cum de primo melius dici non possit, quàm ubi de singularibus actionibus sermo recurrat; item et cum de secundo clarius, et majori cum fructu dicatur, ubi de vitijs, et peccatis in particulari agendum erit: De tertio verò loqui oportebit etiam in Tractatu de pœnitentia, ubi de officio confessarij agendum erit, hic ab his omnibus supersedemus, et alibi eorum examen remittimus, unicè concionari lectorem monere, ut præ oculis habeat propositiones ab Innocentio XI. proscriptas, à nobis superius relatas num. 22, quibus addet duas sequentes ab eodem summo Pontifice damnatas in eodem Decreto: Prima ordine 60a est: Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio: dummodo ore proferat, se dolere, et proponere emendationem: Altera verò ordine 61a est: Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, et non vult omittere; quinimo directè, et ex proposito quærit, aut ei se ingerit. Hæc de peccandi occasione, nunc

Articulus Tertius.

De requisitis ad personale Peccatū.

40 Ad peccatum formale personale actuale requiri, quod actio aut omissio, quæ peccatū dicitur, primò sit voluntaria, 2dò libera, et tertiò contra legem, sive præceptum aliquod sive reale, sive existimatum, per rationis, sive conscientiæ dictamen intimatū, vel satis constat ex dictis in superiori Tractatu de Actibus Humanis: et primum quidem clare ostendit S. Augus Lib. 1. Retract. cap. 13 inquiens. Usque adeò peccatū voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium: ut proinde meritò proscripta fuerit à S. Pio V. hæc Michaelis Baj proposit. ordine 46 Ad ratiōem, et definitionem peccati non pertinet voluntarium; nec definitionis quæstio est, sed causæ et originis, utrum oē peccatū debeat eē voluntarium. Secundū verò constat ex illo ecclesiastici 31, ubi dicitur, hominem meruisse gloriā, quia potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit. Cui scripturæ omninò consonat damnatio jansenianæ propositionis: Ad merendum, et demerendum in statu naē lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione: sicut etiā sequentis Bajanæ: Homo peccat etiam damnabiliter in eo, quod necessariò facit. Tertium tandem patet tū ex Apostolo Rom 7. de semetipso dicente: Non cognovi peccatū nisi per legem. Nam concupiscentiā nesciebā, nisi lex diceret: Non concupisces: tum ex ipsa peccati definitione à S. Ambrosio, et S. Augō tradita, et à nobis num. 2 relata. Ex quibus jā necessariò consequitur, ad ipsum actuale peccatū requiri non solùm cognē, seu advertentiā aliquam ēē id, quod fit; sed etiam ipsius voluntatis consensū in actionē, aut omissionem. Hoc siquidem secum necessariò fert ipsius voluntarii, et liberi natura.

41 Verùm quamvis hæc tanquam omninò certa tenenda sint, ac in iis conveniant omnes, quotquot sunt Catholici; alii tum circa consensum, de quo infra dicam, tū circa Advertentiā nonnulla dubia inter Theologos insurgunt: et quoad Advertentiam primò acris est inter ipsos controversia, an ad culpam theologicam incurrendā requiratur aliqua actualis advertentia ad malitiam operis, an verò sufficiat virtualis, et interpretativa advertentia. Secundò disputant, an cognitio divinæ legis, vel notitia, prout Deo displicentis ità requiratur ad peccatum formale et theologicum, ut si desit, tollat ignorantia invincibilis Dei, hæc excusaret à theologica culpa. Atque de his duabus difficultatibus modò nobis agendum. Quod, ut ea, qua fit, majori claritate fiat

42. Pro prima difficultate ad aequivocationem tollendam notandum est, controversiam de advertentia sive actuali, sive virtuali malitiae operis ad formalem culpam requisita triplici modo versari posse: et primo, an ad Theologicam culpam incurrendam per actum, aut omissionem liberam contra legem aliquam, sive praeceptum necesse sit, ut eo morali tempore, quo operans agit, aut agere omittit, aut operari proponit, et ad agendum se accingit, actu formali, et expresso advertat actionis, aut omissionis suae malitiam, si non clare, saltem confuse, et exercite, dubitando nempe, suspicando, aut saltem vehementer scrupulizando advertat. 2do. an ad peccati formalis malitiam contrahendam saltem necesse sit, ut alio tempore ab eo, quo physice actio fit, puta cum ponitur causa, ex qua actio deinde sequitur, operis malitia, si non clare, saltem confuse praevisa, et cognita fuerit, ponens videlicet causam, ex qua effectus sequitur, clare, aut confuse saltem, dubitando nempe, suspicando, aut saltem scrupulizando adverterit, se peccaturum, aut se expositurum periculo peccandi saltem in genere, et in confuso. 3tio. an ad formaliter peccandum sufficiat sola potentia, et debitum sciendi: an videlicet qui patrando actionem aliquam a lege, seu praecepto vetitam formaliter peccat, ubi adest sola potentia, et debitum sciendi, tametsi neque tempore, quo actio mala fit, aut praeceptum omittitur, neque tempore praecedenti unquam praecesserit actualis aliqua ne confusa quidem cognitio, et advertentia ad actionis, aut omissionis malitiam, aut ad obligationem se certiorandi de lege, sive praecepto.

43. Quo triplici sensu pro quaestionis intelligentia diligenter notato, praeterea advertendum est tandem inter se convenire Doctores, ad peccata purae malitiae, utpote haec ex certa scientia commissa, requiri advertentiam actualem in primo sensu expositam, actu nempe existentem eo morali tempore, quo actio fit, aut omittitur, et adeo totam quanta est difficultatem versari circa peccata ex ignorantia facta. In qua divisi sunt Doctores. Nonnulli enim, qui praesertim Probabilioristarum nomine celebrantur, docent, ad formaliter peccandum sufficere advertentiam virtualem juxta tertium sensum supra expositum, sufficere nempe solam potentiam, et debitum sciendi, tametsi nunquam habita fuerit aliqua actualis, ne confusa quidem cognitio, et advertentia ad operis malitiam: e contra quamplurimi [illegible] Probabilistae, varii etiam probabilioristae, stant pro actuali advertentia, hancque sustinent tamquam absolute necessariam ad formaliter peccandum, saltem si ea in secundo sensu supra exposito sumatur: quamvis postea dissentiant inter se de tempore, quo culpa

contrahitur, ubi intervenit tantum advertentia actualis in projecto secundo sensu declarata, an videlicet culpa contrahatur tantum pro tempore, quo adest advertentia, an etiam pro tempore, quo contingit effectus. Circa quam difficultatem consule, quae diximus in Tractatu de Conscientia a num. 67 §. 4. De existentia judicii erronei vincibilis necessaria ad peccatum: item et ea, quae in Tractatu de Actibus Humanis diximus Articulo 3tio De tempore imputabilitatis effectus mali voluntarii in causa, a num. 42. Quae relegas, ne alibi dicta repetamus. Atque ex his esto

44 Propositio. Quamvis ad formalem peccati malitiam contrahendam sufficiat nedum advertentia actualis actu ea existens tempore, quo actio mala fit; sed ea etiam, quae actu extitit, et virtualiter perseveravit usque ad tempus, quo lex, seu praeceptum violatur; non sufficit tamen advertentia virtualis dicens solam priorem, et debitum sciendi nullo modo, et ne confuse quidem cognitum. Ita cum Salmanticensibus Tract. 20. De Principiis Moralitatis Cap. 13. Pun. 1. num. 7, et est sententia, teste P. Claudio la-Croix, communissima inter Doctores, quam etiam tenet Cont. Sotti acerrimus Probabilioristarum citatu q. De vitiis, et peccatis §. 1. Sub. 4. §. 3., ubi licet sub num. 11 dicat, ad peccatum mortale sufficere advertentiam implicitam, seu virtualem malitiae actionis, vel ejus periculi, attamen sub num. 8. docet, certum esse, ad peccandum advertentiam requiri, et sub num. 10. dicit, ad peccandum mortaliter requiri advertentiam plenam, et perfectam, et non sufficere semiplenam, qualis est in semi-sopito; quinimo sub num. 9 advertentiam implicitam, et virtualem explicans dicit, esse eam, qua quis, dum agit, dubius est, vel scrupulum, aut suspicionem habet de malitia actionis. Et proinde falso, et inaniter Modernus Theologus declamat, sententiam hanc esse portentum Probabilismi.

45 Atque quoad primam partem suadetur haec ratione, quia eo tempore, quo opus malum facit, nedum tali laborat ignorantia, ut, si ea abesset, actio non fieret; verum etiam sibi firmiter persuasum habet, se recte facere, seu bene operari, nullam actualem praesentem cognitionem, seu advertentiam vel confusam de operis malitia habet. Atqui ille, qui eo tempore, quo opus malum facit, non laborat tali ignorantia, ut si ea abesset, actio non fieret; verum sibi firmiter persuasum habet, se recte facere, ac bene operari, reus est culpae theologicae, vel ante id temporis aliquo modo, clare namque, vel confuse, dubitando scilicet, vel suspicando actu advertit ad malum secuturum, vel de illius periculum, vel ex notione ignorantiae. Major vel de se patet, vel ex notione ignorantiae. Minor vero experientia omnium ostenditur. Auctoribus enim de judiciis suis communiter

figentibus 1. Corinth. 2. ait: Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Et Cap. 4. de semetipso ait: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum: Quod idem est, inquit S. Basilius Constit. Monast. Cap. 2., ac si diceret, multa delicta committo, quae committere me non intelligo. Propter hanc causam Propheta ait: Delicta quis intelligit: Et Sapientiae 14. Salomon ait: Convalescente iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est: et Proverb. 14: est via, quae videtur homini justa, novissima autem ejus deducunt ad mortem. Quibus etiam consonat illud Joan. 16. Venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo. Item et illud Actor. 26, ubi Apostolus de se ipso dicebat: Et ego quidem existimaveram, me adversus nomen Jesu Nazareni debere multa contraria agere. [illegible] ergo et judaei Christum crucifigentes, et ex iniqua consuetudine occidentes, et Christi discipulos persequentes, et ipse Paulus nomen Jesu Nazareni blasphemans peccaverunt, tametsi certo [illegible] &c. Unde absolute verum est, quod S. Aug. [illegible] simul et [illegible] docet inquiens: In multis enim offendimus omnes, dum putamus Deo, quem diligimus, placere, vel non displicere, quod facimus. Cujus et ratio est, quia tunc talis actio est sufficienter libera et voluntaria in causa sua remota, et indirecte.

45 Altera autem propositionis pars sic probatur. Nulla actio ad theologicam culpam imputari potest, nisi libera sit simul, et si non directe, saltem indirecte voluntaria, prout haec patet ex dictis a num. 40. Atqui ubi neque dum actio fit, actu habetur, neque unquam praecessit aliqua actualis, nec confusa quidem cognitio, et advertentia ad actionis malitiam, tunc actio neque est libera, neque est voluntaria etiam indirecte: siquidem nihil potest esse liberum et voluntarium, quin sit praecognitum, juxta illud naturae lumine evidens Philosophorum principium: Nihil volitum quin praecognitum; et ita quidem, ut prout praecognitio non [illegible] voluntatis potestate, [illegible] voluntas [illegible] tantia [illegible] nihil possit agere nisi [illegible] volitionis; ergo &c. Unde merito S. Aug. lib. 3 [illegible] Cap. 19 ajebat: Peccatum quod proprie vocatur peccatum, libera voluntate et sciente committitur et [illegible] lib. 3 q. 8: Cum aliquis [illegible] fornicationem esse peccatum, voluntarie quidem facit fornicationem, sed non voluntarie facit peccatum. Et clarius de [illegible] [illegible] Dicendum, quod antequam ratio delectationem perciperet, vel nocumentum ipsius, non habet interpretativum consensum, et ideo non resistat; sed quando jam percipit ratio de delectatione impugnante, et de nocumento consequente,

utpote cum percipit hoc se totaliter per hujusmodi delectationem
in peccatum inclinari, et in ipsa ejus mora, nisi expresse resi-
stat, videtur consentire: et 2. 2. q. 89. a. 3. Ille, qui ex lapsu
linguae falsum jurat, siquidem advertat se jurare, et falsum
esse, quod jurat, non excusatur a mortali, sicut nec a Dei con-
temptu; si autem hoc non advertat, non videtur habere in-
tentionem jurandi; et ideo a crimine perjurii excusatur. Quapro-
pter ii, quibus nunquam in mentem venit vel dubitare de
alicujus operis malitia, omnino a malitia ignorata excusan-
tur, sicut, teste S. Augo lib. 22. contra Faustum, ab incestus ma-
litia Lot immunis fuit; licet ipsemet quin ab ebrietatis malitia
utpote praevisa non bene excusetur. Quae doctrina omnino
consona est testimonio Joannis cap. 9. dicentis: si caeci essetis,
non haberetis peccatum: et cap. 15: Si non venissem, et locutus
eis fuissem, peccatum non haberent. Non sufficit ergo adver-
tentia virtualis [illegible], de qua nempe nunc disputamus,
ad culpam theologicam incurrendam; cum et talis virtualis
advertentia in rigore dici non possit virtualis, utpote
cum advertentia, quae in rigore virtualis est, actualem
supponat. His omnibus accedit primo, quod ad hoc,
47. ut quis faciendo actionem aliquam lege prohibitam pec-
cet, debet posse vitare actionem illam, nedum, quatenus
est actio physica, sed etiam quatenus est actio moralis, seu
mala, et peccaminosa: patet de se haec propositio, et etiam
constat ex eo, quod ille, qui peccat, potuit habere laudem
non peccantis, juxta illud: Qui potuit transgredi, et non
est transgressus: ut autem quis laudem non peccantis
habeat, necesse est, ut vitet peccatum, quatenus est actio mo-
ralis seu mala, et peccaminosa: Atqui nemo vitare
potest actionem aliquam, quatenus est actio moralis, seu
mala, et peccaminosa, nisi habeatur aliqua actualis vel
clara, vel confusa malitiae cognitio, seu advertentia,
ut patet tum ex illo effato: ignoti nulla cupido, tum ex eo,
quod nullus vitare potest venenum, quatenus venenum est, nisi
[illegible], et advertat ad rationem veneni; ergo &c. .... Accedit
2do quod si ad culpam incurrendam non est necessaria ad-
junctа actualis advertentia, sed sufficeret sola potentia,
et debitum sciendi, etiam laborans ignorantia in-
vincibili contra legem agendo peccaret; nam et tali
ignorantia laboranti inest potentia, et debitum scien-
di, cum lex importet obligationem ad eam inquirendam,
et supponat potentiam cognoscendi in subjecto, uti
fatentur [illegible] omnes laborans ignorantia invincibi-
lis non [illegible] actualis advertentia, ita ob
[illegible] est &c. Art

48\. Opponunt contrariæ sententiæ Patroni congerendo plurima scripturæ testimonia, et Patrum, quæ paulo ante sub num. 45. retulimus, et in Tractatu De Actibus Humanis, ubi de ignorantia tum vincibili tum invincibili diximus, distincte expendimus, quibus ostendere conantur, dari quæ- dam peccata ignorantiæ, et conscientiæ erroneæ absque ulla actuali cognitione, et advertentia malitiæ; verum ab iis omnibus supersedeo, cum ea, et hujusmodi alia exponenda veniant de ignorantia vincibili, et culpabili, et proinde solum probant, quod ad peccandum non requiratur actualis præsens cognitio, et advertentia ad malitiam actionis, ut ea fit; sed sufficiat, quod suo tempore operans vel clare vel confuse præviderit ex sua actione, aut omissione futurum, ut saltem se conjiciat in periculum violandæ legis, et noluerit ex negligentia, desidia, aut etiam ex malitia removere obstacula, et impedimenta in legis transgressionem influentia. Quod tantum abest, ut nostram impugnet sententiam, quod quinimo eam confirmat.

49\. Verum tamen hic non possum, non monere, hallucinari nempe si quis cum Moderno Theologo objiciat celebre illud Augustini testimonium Quis peccat in eo, quod nullo modo caveri fit? dicendo, illud principium non Augustini, sed Celestii, et Pelagii fuisse; et adeo Augustinum lib. 1. Retract. cap. 9. et lib. 3. De Lib. Arbit. Cap. 18 non tanquam suum illud retulisse; sed solum, ut illud impugnaret. Hoc enim falso asseri ostendes si ibi objicientes moneas, Modernum illum Theologum referentem ex lib. 1 Retract. cap. 9 hoc testimonium Quis peccat in eo, quod nullo modo caveri fit? peccatur autem; caveri igitur fit. Quo testimonio in quodam libro suo Pelagius usus est cui libro ut responderem scripsi [illegible] Theodorum, inquam, illum theologum vel testimonium illud ex vitiato Codice desumpsisse, vel data opera omisisse pronomen illud, quod in editione Antwerpiensi 1700 conjungitur verbis illis Quo testimonio: Quod pronomen jam clare ostendit testimonium illud esse genuinum Augustini sententiam. Quod et comprobant hæc verba: Cum dixissem illud quod dixi, quæ habentur in testimonio lib. 3. De Lib. Arbit. cap. 18, ex quo nimis confidenter objicit idem Theologus, nempe hoc Augustino testimonium dixissem illud quod et Pelagium in meis opusculis meum fuisse commemoravi Quis enim, inquit peccat in eo quod nullo modo caveri fit? Peccatur autem, caveri igitur fit. At tamen etiam per ignorantiam facta quædam improbantur &c. Quamvis locus iste jam adeo clarus, jam diminutus apparet ab objectato Moderno Theologo: Nam in primis in præ-

laudata editione Antverpiensi non legitur verbum: inquit: Deinde post verba illa: Carere igitur sit: hoc subditur: continuo peccatis adjunxi: et item post pauca prosequitur: et tamen etiam per ignorantiam facta quædam improbantur &c. Expeditum testimonium illud ex genuina Augni sententia luculentissime patet ex toto citato cap. 18. lib. 3. De Lib. Arbit. ubi hæc habet sed si laboriosum est omnia mandata memoriæ, hoc bravium tene. Quæcumque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur. Quid clarius? ergo &c.

50. Opponunt secundo ê ratione. Certum est, dari peccata, et quidem frequentia ex ignorantia facta; sicuti et dari peccata quædam ex errore culpabili, seu ex conscientia culpabiliter erronea patrata; sed hæc peccata fiunt absque ulla actuali sive clara, sive confusa advertentia malitiæ: ergo non &c. Quoad peccata ignorantiæ patet vel ex eo; quod qui advertenter peccat, non ignoranter, sed scienter peccat. Quoad peccata vero ex conscientia culpabiliter erronea constat vel per hoc, quod qui ex tali conscientia operatur, tantum abest quod vel clare cognoscat, vel dubitet, aut suspicetur de malitia actionis, quod quinimo sibi persuasum habet se bene agere. ergo &c.... Confirmatur primo. Ipsi etiam viri probi, et justi frequenter, peccant juxta illud: Septies in die cadit justus: Atqui perfecti viri vix scienter peccant, et vero admodum se peccare advertunt: Peccant siquidem per surreptionem et incogitantiam, ut communiter docent SS. Patres, et de se ipso in suis Confessionibus testatur S. Aug inquiens: illo [illegible] peccabam quo me peccare nesciebam; ergo &c.... Confirmatur secundo. Etiam non habita actuali advertentia, dubio, suspicione, vel scrupulo malitiæ actionis, sed habita sola potentia, et habitu sciendi, seu cognoscendi malitiam actus, tunc operationis malitia est indirecte, et virtualiter voluntaria; sed ad formaliter peccandum sufficit voluntarium indirectum, et virtuale; ergo &c. Minor est certa, major autem primo colligitur ex capit. Si culpa; de injurijs, ubi posse scire, et de facto scire inter se æquiparantur: secundo ex D. Thoma 1. 2. q. 6. A. 7 ad 3tium docente per concupiscentiam totaliter non tolli cognitionem ad peccatum sufficientem, quia ut ipse inquit, non tollitur potestas cognoscendi, sed solum consideratio actualis in particulari agibili: et tamen hoc ipso est voluntarium, secundum quod voluntarium dicitur, quod est in potestate voluntatis, ut non agere, et non velle similiter autem et non considerare: 3tio ex eo, quod, juxta regulam juris 43. in 6. Qui tacet, consentire videtur, ille consentire censeatur, qui scit, et tenetur avertere damnum proximi, et non avertit, licet actu non consentiat, immo licet actu nolit ergo &c

51. Confirmatur 3tiò ab absurdis. Nam primò si ad theologicam culpam incurrendam necessaria esset aliqua actualis advertentia, et non sufficeret virtualis in sensu difficultatis, quantò magis peccator esset corruptus, vel excaecatus, vel suis passionibus abreptus, tantò minus peccaret, quia tunc minus adverteret malitiam: 2dò ipsa haeresis, Apostasia, et Infidelitas, Avaritia, injustitia &c. licèt immania scelera, peccatum non essent. Haereticus enim, Infidelis, Apostata, Avarus &c. praesertim nimis ità suis erroribus inhaeret, ut Religionem suam tanquam veram ità existimet, ut nostram catholico-Romanam falsam arbitratur; contractus verò suos tanquam justitiae charitate etiam plenos putat &c. adeò ut nullum dubium, suspicionem, et scrupulum sibi faciat de peccatis suis. 3tiò ex defectu actualis advertentiae, seu formalitèr, ignorantia peccaminosa sequeretur Pelagianismus et Philosophismus, uterque error ab Ecclesia damnatus. Pelagianismus quidem, quia sicuti Pelagiani de medio tollebant, seu negabant omnia ignorantiae peccata, ita et auferunt, seu negant peccata actualis advertentiae defectu. Actualis siquidem advertentia, seu cognitio cum ignorantia, quaecunque ea sit, pugnat, si ergo ad formalitèr peccandum semper necessaria est advertentia actualis, nunquam cum ignorantia peccabitur; ergo &c. Philosophismus etiam sequitur. Hic enim error, ut constat ex hac ab Alexandro VIII die 24 Augusti 1690 damnata propositione: Peccatum Philosophicum, seu morale est actus humanus disconveniens naturae rationali, et rectae rationi: Theologicum verò, et mortale est transgressio libera divinae legis. Philosophicum quantumvis grave, in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque aeterna poena dignum. Hic error, inquam, totus in eo consistit quod etiamsi actio aliqua cognoscatur tanquam disconveniens naturae rationali, et rectae rationi: attamen si actu non cognoscatur, ut est offensa Dei, non sit theologicè peccaminosa, seu peccatum formale. Atqui error hic ex necessitate actualis advertentiae ad formalem actionis malitiam sequitur, nam actio nulla sit cognoscibilis tanquam formalitèr mala, quin cognoscatur tanquam offensa Dei, et vicissim nulla actio tanquam offensa Dei concipi sit, quin concipiatur tanquam formalitèr mala. Ergo si ex necessitate actualis advertentiae ad peccati malitiam sequitur non peccare, qui actu de malitia non advertit, et non peccare, qui actu non advertit ad offensam Dei: ergo &c. Hinc meritò Facultas Theologica Lovaniensis ... examinatis anno 1657 inter alias propositiones censura notavit sequentem ordine 25: Ut actio quaepiam sit peccaminosa, oportet, ut procedat ab homine, qui [illegible] peccarit, quia bonum, malitia in ea sit, et [illegible] ... et animum ... actio neque bona est, neque mala. Censura, inquam, ... hoc notavit. Est contra communia christiana theologiae principia, et innumera alias immanissima hominum peccata excusat: ergo &c.

52. Respondeo concessa majori quoad utramque partem, loquendo tum de conscientia culpabiliter erronea, tum de ignorantia vincibili distinguendo minorem sed hæc peccata fiunt absque ulla actuali propria sive clara, sive confusa advertentia malitiæ omnino, absque ulla actuali praevisione, et adhuc virtualiter perseverante sive clara, sive confusa advertentia malitiæ seu actus quatenus mali cognitione, nego minorem, et consequentiam. Tam qui ex ignorantia vincibili, quam qui ex conscientia culpabiliter erronea aliquid contra legem, seu praeceptum facit, licet forte eo tempore, quo actio fit, aut bonum, et praeceptum omittitur, forte nec dubitando quidem, aut suspicando, aut scrupulizando de malitia suæ actionis operetur, alter vel ante id tempus vel clare legem cognoscendo noluit removere, et quidem cum praevisione mali sequuturi, causam afferens mali, vel dubitando, aut suspicando de alicujus legis existentia noluit se certiorari, suas vires ut debuerat adhibendo, vel etiam vitam segnem ducendo, et non utendo iis mediis, quæ alii suæ conditionis adhibent, ut scientiam eam necessariam ad salutem, et legum observantiam comparent, interim se in negligentia culpabili de cognoscendo quod neuter aut alius quis similis non contigit, tunc non vincibilis, sed invincibilis fuit ignorantia, et adeo a peccato excusans; Itaque vel sub ignorantia vincibili fit cum aliqua confusa cognitio peccandi in genere, quatenus ex eo operans, se videt se non adhibere eam diligentiam, quam alii suæ conditionis adhibent, cum voluit actionem aliquam in genere, ne peccent: Atque adeo tam in casu de ignorantia vincibili quam de conscientia culpabiliter erronea habetur actualis advertentia a nobis exacta.

53. Ad primam confirmationem concessa majori de venialibus culpis intellecta nego minorem. Licet enim omnino possit, dari nullos viros justos, et perfectos, ac singulari pietate praestantes qui ita odio habeant peccata mortalia, sed etiam venialia, ut nunquam ex certa scientia, et deliberata voluntate vel unum levium culpas committant; attamen et ipsi quamdiu hoc corruptibili corpore detinentur, hoc ipso quod patiuntur, quamvis non ex certa scientia, et advertentia venialis malitiæ peccare; attamen et ipsi errorem, et desidiam quamdiu natura saltem ex imperfecta cognitione, et advertentia aliquando peccant: et hæc sunt peccata, quæ per surreptionem, et inconsiderantiam committi dicuntur.

54. Ad secundam confirmationem nego majorem cujus difficultatis intellectum, ad cujus fundamentum probationem omisso, quod illud: Posse, [redacted] et debere scire, et de facto scire in se comparentur semper locum habeat pro foro externo, eo quia in eo, ubi quis potuit, et debuit scire, praesumitur scivisse, missa in culpabili negligentia diriscenda. concesso item quod dictum principium verum sit pro foro interno, ubi quis vel clare, vel confuse advertit vel in medio actionis, vel ante periculum alicujus vel dubitum sciendi, seu se certiorandi de obligatione; alter ubi nulla actualis nec confusa quidem cognitio, seu advertentia

contra malitiæ aut obligationis addiscendi actum præfuit, aut concomitatur, falsum est, quod posse, et debere scire, et de facto scire æquiparentur. Tunc enim sicuti laborans ignorantia invincibili legis jam latæ solum remotam habet potentiam ad sciendum; non autem proximam, item et solum per se tenetur scire, per accidens vero non tenetur; ita et ubi nulla unquam ne confusa quidem actualis advertentia vel malitiæ actionis vel obligationis inquirendi de lege præfuit, vel actu existit, in operante quidem est potentia remota sciendi; non autem proxima; item et ipse operans per se tenetur scire; per accidens vero obligatio illa suspenditur, seu operans melius ab illa excusatur propter impotentiam proximam, ac moralem, quæ ex naturali, ac necessaria oblivione, vel inconsideratione orta est.

55\. Atque ex his tum ad 1. Thom., tum ad paritatem ex juris regula 43. derivatam. Nam S. Thomas eo in loco non loquitur de remota, sed proxima cognoscendi potestate, sub qua nempe stat aliqua actualis saltem confusa cognitio malitiæ operis, vel obligationis inquirendi de lege, ut vel patet ex his, quæ verbis objectis in eadem ad 3tium responsione præmittit idem S. Doctor inquiens = Dicendum, quod si concupiscentia totaliter cognitionem auferret, sicut contingit in illis, qui propter concupiscentiam fiunt amentes, sequeretur, quod concupiscentia voluntarium tolleret = Ergo juxta S. Doctorem ergo non sufficit sola, simplex et nuda potentia sciendi, ut effectus, seu actio sit vel indirecte, et interpretative voluntaria; sed aliqua actualis advertentia requiritur. Quod vero attinet ad paritatem ex citata juris regula derivatam, pariter dicendum est, illum tantum qui proxime potest impedire, et scit se teneri impedire damnum proximi, et non impedit, consentire in proximi damnum, secus vero qui tantum remote potest impedire, et nullo modo advertit, se impedire teneri. Siquidem, ut ostendimus in Tractatu De Actibus Humanis a num. 55 Regula illa: Qui tacet, consentire videtur, veritatem non continet, ubi quis prorsus ignorans id, quod fit, tacet.

56\. Ad 3tium contra absolute negandum est omnes sequelas, quæ vel nonnisi ex logicas vel nonnisi ex status quæstionis ignoratione inferri possunt ex nostra sententia. Et sane quod attinet ad 1um, peccatores quantumcumque corrupti, excæcati, ac passionibus suis abrepti ordinarie saltem vel dum peccant vel remorsum conscientiæ, aut divinæ gratiæ retrahentis, qua et ipsi cohibentur, aliquo modo ad saniorem actionis malitiam advertunt, vel si in casu aliquo, ceteroquin rarissimo, actu non advertunt, eorum inadvertentia, et incogitantia vincibilis, et culpabilis est; et proinde eorum peccata saltem in sua causa sunt voluntaria. Deinde licet, tota ratio inadvertentiæ seu notitiæ defectu majoris advertentiæ tum malitiæ actionis, tum eorum, quæ a peccato retrahunt, dicat peccatores minus peccarent, ac peccatores non penitus corrupti, excæcati, et passionibus abrepti, gravius ii peccant,

tùm quia eorum actus sunt interpiores; tùm quia communiter agunt ex quodam contemptu Dei, ac legis; tùm quia saltem indirecte respuunt divinas inspirationes, et adeò nolunt intelligere, ut benè agant. Quod certè eorum culpas multùm aggravat. Falsum ergo est, peccatores comptos dici ex quibus et patet ad 2dam sequelam; ea enim crimina talia sunt, ut vel per se manifestant eorum turpitudinem, et nullo modo occultari possit usu rationis utenti, et à fortiori lumini divinæ gratiæ, quæ omnibus præsto est, obsecundanti. Ad 3tiam sequelam quod ad Pelagianismum

57 spectat, vel patet ex dictis in Tractatu de Actibus Humanis à num. 105, errorem Pelagii, et appellarum ejus fuisse, quod primò inficiarentur existentiam Peccati Originalis, ac ignorantiæ aliorumque illius effectuum: 2dò negarent necessitatem gratiæ interioris Spiritus Sancti; et proinde asserebant, omnem ignorantiam, quæ naturæ viribus vinci nequit, licèt viribus gratiæ superari possit, esse invincibilem: 3tiò, ut nonnulli existimant cum eodem Eotti de Actibus humanis p. 1. sub 7. §. 6. num. 51, tuerentur omnem ignorantiam etiam vincibilem à peccato excusare: Neutrum autem horum nostræ sententiæ Patroni admittunt. Cum enim concedant, ad peccandum, sufficere, quod aliqua actualis advertentia vel tantum præfulserit actum, per consequens concedunt ignorantiam vincibilem à culpa non excusare. Ex nostra ergo sententia Pelagianismus non sequitur, sicuti et non sequitur Philosophismus, ut clarè infra patebit. Philosophismus siquidem nullo modo distinguens inter inconsiderantiam, et ignorantiam vincibilem, et invincibilem Dei, et malitiæ, prout est offensa Dei, ut patet meditanti proscriptam ab Alexandro VIII. propositionem, asserebat, operantem contra rectam rationem sive ex incogitantia, et ignorantia vincibili, sive invincibili Dei, et malitiæ, prout est offensa Dei, theologicè non peccare: Quod ultrò nostræ sententiæ assertores rejiciunt, et condemnant, præsertim ubi prædicta incogitantia, et ignorantia Dei est vincibilis, nec qua certè stat aliqua actualis advertentia, quæ saltem actum præfulserit, et aliquo modo sit causa moralis operis contra rectam rationem, et ipsum Deum facti.

58 Tandem ad Lovaniensem censuram venerandum est Decretum Innocentii XI. sub die 2. Maj. 1679 emanatum, et Constitutio Sollicita Benedicti XIV. anno 1753 edita ad communem omnium instructionem indici librorum prohibitorum præfixa, ubi in virtute s. obedientiæ præcipitur, tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in Thesibus, Disputationibus, ac Disputationibus, caveatur ab omni censura et nota, necnon à quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à S. Sede recognitæ sunt, et super iisdem proferri judicium protulerit. Renovanda et est doctrina ejusdem Benedicti XIV. in celebri opere de Synodo Diœcesana lib. 7. pluribus in locis, et præsertim cap. 4; in quo

statuit Summus Pontifex = Non est episcopi priorem opinionem (nempe Catharini de sufficientia intentionis in ministro ponendi ritum externum sine animo interno conferendi sacramentum) reprobare, atque ad hanc posteriorem, etiam theoretice tuendam, suos Diœcesanos adigere. Causas quippe majores, difficilioresque quæstiones fidem, aut disciplinam spectantes ad Apostolicam sedem deferendos statuit perpetua ecclesiæ consuetudo ab Innocentio III. in Capit. Majores, de Baptismo, confirmata = Quid ad hæc favorientis censuræ fautores? Sed jam sit

Secundæ Difficultatis solutio

59 In peccato duplicem, si non realem, ac physicam, saltem intentionalem, deformitatem, Philosophicam unam, theologicam alteram, distingui posse, claris verbis docet S. Thomas 1. 2. Q. 71. A. 6. ad 5^tum^ inquiens = Dicendum, quod à Theologis consideratur peccatum præcipue secundum quod est offensa contra Deum: A Philosopho autem morali secundum quod contrariatur rationi = Et 2. 2. Q. 20. A. 3. in c. = Si posset esse conversio ad bonum commutabile sine aversione à Deo, quamvis esset inordinata, non esset peccatum mortale = Theologicum nempe animæ mortem spiritualem inferens. Hinc peccatum philosophicè abstractivè sumptum est actus humanus consideratus prout tantum dicit disconvenientiam cum recta ratione. Theologicè verò spectatum est actus humanus Dei offensivus, cum divina lege dissonantiam importans, et proinde divinæ amicitiæ perversivus, et æternæ pœnæ reatum trahens: et de hoc peccato hic quærendum est an ad illud contrahendum requiratur aliqua saltem Dei tanquam summi Legislatoris confusa cognitio, et notitia, et cogitatio, adeò ut si casus possibilis esset, ut Deus invincibiliter ignoraretur, adhuc taliter ignorans theologicè peccare posset. Atque hujus occasione dicam et de peccato merè Philosophico, an nempe illud in præsenti providentia sit possibile. Unde sit

60. **Propositio prima.** Quamvis neque vincibilis ignorantia Dei, ac divinæ legis, neque actualis incogitantia, et inconsiderantia vel cogniti operantem contra rectam rationem excuset à peccato theologico, et tamen; excusat tamen ignorantia invincibilis Dei, ac divinæ legis, si daretur; et adeò ad Theologicam culpam incurrendam necessariò requiritur aliqua actualis, expressa, aut præsertim saltem confusa cognitio divinæ legis, et malitiæ prout Deo displicentis. Duas partes habet hæc propositio, et quoad primam, quæ certam continet sententiam, constat ex supra relata propositione ab Alexandro VIII. damnata = Peccatum Philosophicum, seu morale, est actus humanus disconveniens naturæ rationali, et rectæ rationi: Theologicum verò, et mortale est transgressio libera legis divinæ. Philosophicum, quantumvis grave, in illo, qui Deum ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum; sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dis-

solvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum = Ignorans
ergo vincibilis Dei, de qua loquitur propositio, et incogitantia actu-
alis Dei cogniti non excusat à peccato theologico, et sola facien-
tem actum humanæ naturæ rationali, et rectæ rationi disconvenientem. Hæc
veritas ulterius ipsis scripturis suadetur. De operantibus enim
cum ignorantia vincibili Dei Propheta Psal. 78. ait: Effunde iram 62
tuam in gentes, quæ te non noverunt, et in regna, quæ nomen tuum
non invocaverunt. Et Apostolus Ephes. 4. postquam hortatus est
Ephesios, ne ambularent sicut gentes: Tenebris obscuratum ha-
bentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ est
in illis. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ,
&c. Et cap. 5. postquam dixisset, quod omnis fornicator, aut im-
mundus, aut avarus .... non habet hæreditatem in regno Christi
et Dei. Deinde concludit: Nemo vos seducat inanibus verbis; pro-
pter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Ex quibus pa-
tet, Deum ignorantes, ac contra legem naturalem, et adeo contra
rectam rationem agentes esse Dei iræ subjectos, à Deo æterna pœ-
na puniri; cum ergo à Deo odio nemo habeatur, ac æterna
pœna puniatur nisi propter ejus gravem offensam, et Deo
non nisi propter peccatum theologicum, et sola, vincibilis
Dei ignorantia à culpa theologica non excusat operantem
contra rectam rationem. Quod et rectæ rationi omnino consonum est. Si
enim operans cum ignorantia vincibili Dei solum Philo-
sophicè, et nullo modo theologicè peccaret faciendo o-
mnia crimina contra ipsum lumen rationis, melior esset
conditio taliter ignorantium Deum, ac habentium ipsius Dei
notitiam, et minora delicta facientium; utpote cum hi æter-
na pœna digni sint, secus vero illi: Quod cum absurdum
sit, dicendum est &c. Hæc de operantibus cum Dei ignorantia
contra rectam rationem. De operantibus autem cum actuali incogitan-
tia Dei cogniti idem Propheta Psal. 9. v. 25. et 26. Exacerbavit
Dominum peccator .... Non est Deus in conspectu ejus, inquina-
tæ sunt viæ illius in omni tempore: et Psal. 49: Intelligite
hæc, qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, et non sit
qui eripiat. Damnatur ergo à Propheta peccator malum ope-
rans eo etiam tempore, quo Deum in conspectu suo non habe-
bat, ac ipsius Dei oblitus est, vias suas ita inquinat, ut Deum
ad iracundiam provocat, et ipsum Deum offendit; atqui
ille, qui Deum in conspectu suo non habet, ac ipsius Dei ob-
litus est, de Deo actu non cogitat, et considerat ut mani-
festum patet; ergo &c. Et sane si actualis de Deo cogitatio
requireretur ad theologicam culpam incurrendam,
pernicaciores peccatores vel ipsa horrendiora crimina
patrantes non peccarent theologicè, sicuti non pecca-
sent duo seniores Susannæ, captivi insidiantes: De his
enim Dan. 13. dicitur: exarserunt in concupiscentiam e-
jus: et everterunt sensum suum, et declinaverunt oculos

suos, ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum justorum: cum ergo hæc absurda sint quamquod maxime, ne quis in meridiana luce cæcutire velit, necesse est, fateatur, ad theologicam culpam non requiri actualem Dei cogitationem, ~~sed~~ cognoscatur ~~tamen~~, et cogitatur actu de Deo, deque divina lege. Nunc . . .

61 Altera propositionis pars, quæ tota P. La-Croix lib. 5. de Peccatis. q. 6. num. 25., est communissima inter Doctores sententia, tum ab auctoritate, tum a ratione probatur. Atque omisso longo Theologorum catalogo, quem texuit citatus P. La-Croix, et Card. de Lugo de Mysterio Incarnationis Disp. 5. sect. 5. sub num. 72 et 73. ostendens, vix aliquem Doctorum usque ad tempus suum reperiri præter alios, qui ~~contrariam~~ contrariam docuerit sententiam, omisso inquam, dicto catalogo, sufficiat mihi referre auctoritatem D. Thomæ, Ven. Bellarmini, et Cardinalium Pallavicini, de Aguirre, et Sfondrati. S. Thomas siquidem 1. 2. q. 72. a. 1. in c. docet, ad rationem peccati duo concurrere, scilicet actum voluntarium, et inordinationem ejus, quæ est per recessum a lege Dei: et q. 87. a. 4. in c. idem repetens ait. In peccato autem duo sunt, quorum unum est aversio ab incommutabili bono, quod est infinitum .... Aliud, quod est in peccato, est inordinata conversio ad commutabile bonum. Porro ubi quis invincibiliter Deum, Divinamque legem ignorat, voluntarie non recedit a Deo, ac divina lege, atque ab ipso incommutabili bono; quia nihil volitum, quin præcognitum: quinimo si aliquo modo ad ipsum Deum adverteret, profecto id non faceret; ergo etc. Quod et clarius docet idem S. Doctor 2. 2. q. 20. a. 3 in c. ita concludens: Unde si posset esse conversio ad bonum commutabile sine aversione a Deo, quamvis esset inordinata, non esset peccatum mortale: et in Cap. 7. ad Rom. Lect. 2. inquiens: Dicendum est, quod sine lege poterat quidem peccatum cognosci secundum quod habet rationem inhonesti, idest, contra rationem existens, non autem secundum quod importat offensam Dei: In casu autem nostro vere non cognoscebatur lex; et adeo non habebatur formalis aversio ab ipso Deo; ergo etc.

Venerabilis autem Bellarminus Lib. 4. de Romano Pontifice Cap. 20. §. Ad confirmationem ostendens contra Calvinum, transgressores humanarum legum a Deo puniri pœna æterna, quia qui tales leges violat, et ipsum Deum, a quo est omnis potestas, offendit, hæc subjungit in fine: Itaque si fingamus Deum non esse in rerum natura, qui leges justas violarent, peccabunt quidem in conscientia, (seu peccato Philosophico seu morali) sed nec Deum offenderent, nec ad inferos damnarentur. (et de Peccato Theologico). Card. vero Palavicinus Lib. 7. Cap. 20. hæc habet: Remanente Deo penitus ignoto .... non cognoscitur ulla obligatio præferendi bonum alienum bono proprio, aut præferendi bonum proprium majus bono proprio

minori, ex quarum obligationum violatione oritur inhonestas.
Card. itam de Aguirre To. 1. Tract. 1. Disp. 4. Sect. 5. ita docet: Impossibile est peccatum grave, seu lethale, quod non sit offensa
Dei; nequit autem esse offensa Dei invincibiliter ignorati; quis
enim offendere dicatur, quem prorsus ignorat? Tandem Card.
Sfondratus In nodo Praedest. editionis Rom. pag. 152. Coloniensis 120
ajt: cum peccatum sit essentialiter offensio, et injuria Dei, sub-
lata Dei cognitione necessario sequitur, nec injuriam, nec peccatum
nec aeternam poenam esse. Quid clarius usquam dici poterat pro
nostra sententia? Relicta ergo auctoritate, ignorantia invin-
cibilis Dei, si daretur, &c. Quod et ipsa invicta ratione evin-
citur. Si enim, ut cetera suppono ex Tractatu de Actib. Hum.
a num. 135. Quaelibet ignorantia invincibilis legis operantem
ex ea contra ipsam legem a tolli, et theologica culpa excusat,
cur non excusabit ignorantia invincibilis ipsius Dei, si haec
daretur? praesertim cum operans tunc non possit dici
operari cum inobedientia contra Deum, nec contemnere
ipsum Deum. Quae tamen necessario dicit ipsa theologica culpa
ergo &c. Unde quemadmodum si quis esset, cui absque ulla sua cul-
pa Christus praedicatus non esset, non credendo veritates a Deo re-
velatas in nova lege, revera theologice non peccaret, quia
tunc nempe eius ignorantia invincibilis esset: ut constat
ex 68. inter damnatas ab Urbano VIII. Michaelis Baij proposit.
quae est: Infidelitas pure negativa in his, in quibus Christus non
est praedicatus, peccatum est: ita concludendum esset de eo, qui
ex ignorantia invincibili Dei, si haec daretur, contra rectam
rationem naturalem ageret.

62. Neque doctrina haec nostra coincidit cum
damnata ab Alexandro VIII. Philosophismum proscribente. Nam
ut optime monet P. Dominicus Viva in expositione dictae
propositionis, certum est, Alexandrum VIII. in ea thesi non
jussisse damnare ea, quae nedum suo tempore communissi-
me a Theologis docebantur, sed etiam in omnibus fere ante-
quis, et gravius doctoribus de peccato Philosophico, seu mora-
li scripta legebantur, cum Summus Pontifex in damnationis
decreto protestatur, se thesim de novo emisse: et meri-
to dicendum est, ut et nos diximus in prima propositionis no-
stra, summum Pontificem Philosophismi doctrinam impossi-
bilem esse pro casu ignorantiae vincibilis Dei, et actualis in-
cogitantiae Dei aliquo modo, saltem confuso cogniti: Si autem
sit
Propositio secunda. Peccatum mere Philosophi-
63. cum, seu morale in praesenti providentia est saltem moraliter
impossibile; et adeo quaelibet actio contra rectam rationem sciente
facta est peccatum theologicum, et formalis offensa Dei. Ita commu-
nis, et mihi vera sententia cum Anno citati, P. Claudio La-Croix
P. Dominico Viva, aliisque quamplurimis. Nam peccatum quod
est contra rectam rationem, ac ipsum naturale lumen, non
sit ita mere Philosophicum, et morale nisi in eo, qui Deum
Deum invincibiliter ignoraret, et supra ostensum est; ...

nemo ratione praeditus ipsum Deum saltem sub conceptu Legislatoris supremi invincibiliter ignorare fit, dum quidem naturae rationali disconvenire percipit. Dei enim existentiam nobis continuo indicat lumen nobis inditum, de quo Propheta Psal. 4. ait: *signatum est super nos lumen vultus tui Domine*: Dei item existere res omnes creatae mundusque hic aspectabilis continuo clamant, juxta illud Sap. 13. *A magnitudine speciei, et creaturae cognoscibiliter poterit creator horum videri*: et illud Apostoli Rom. 1: *Quod notum est Dei, manifestum est in illis; Deus enim illis revelavit, invisibilia enim ipsius per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, ita ut sint inexcusabiles*. Unde Iob 36. dicitur: *Omnes homines vident eum*, (nempe Deum) *unusquisque intuetur procul*: Atque adeo S. Damascenus lib. 1. de Fide Orthodoxa Cap. 2. merito dixit: *Omnibus cognitio existendi Deum naturaliter est inserta*: et S. Aug. Tract. 106. in Joan. ait: *Haec est vis verae divinitatis, ut creaturae rationali jam ratione utenti, non omnino, ac penitus abscondi possit*. Quod videtur etiam ex eo patet, quod unusquisque in suis necessitatibus, et periculis, ut in tonitruis, ruinis, morbis, infortuniis &c. natura veluti duce, supremum Numen invocat, ejusque protectionem implorat; stultus ergo duntaxat, ac passionibus omnino obtenebratus Deum negare fit, juxta illud Psal. 13. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus*: et illud Augustini loco citato: *exceptis paucis, in quibus natura nimium depravata est, universum genus humanum Deum hujus mundi fatetur Auctorem*. In praesenti ergo providentia est moraliter impossibile peccatum mere Philosophicum; adeo ut &c.

64 Dixi autem. In praesenti providentia est saltem moraliter impossibile. Communior enim sententia docet etiam esse metaphysice impossibile peccatum Philosophicum in sensu difficultatis, ut videre est apud P. Dominicum Viva in expositione citatae propositionis ab Alexandro VIII. damnatae, et ea praesertim ratione, quod impossibile omnino est concipere actionem aliquam tanquam dissonam lumini naturali nobis impresso, quin simul et semel saltem implicite cognoscatur tanquam dissona legi aeternae, cujus ipsa lex naturalis est veluti imago, cum juxta Angelicum praeceptorem 1. 2. q. 91. a. 2 lumen rationis nihil aliud sit quam impressio divini luminis in nobis, juxta illud Psal. 4. signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Verum quidquid sit de hoc, quod velut speculativum, et non praxim sapit, utpote cui et in nostra sententia vix datur locus aliquis in casu praedicto peccato.

65 Opponens contra secundam partem propositionis partem. Supposita etiam in operante ignorantia invincibili Dei, et ordinis ad omnem divinam legem, homicidium, adulterium, perjurium &c. nedum est grave malum, sed etiam ita graviter displicet ipsi Deo, ut taliter peccantem odio habeat, et graviter puniat; atqui

Deo graviter non displicet, neque odit, neque punit, nisi id, quod est ejus formalis offensa, ut patet in peccatis materialibus etiam contra naturalem legem patratis ab invincibiliter legem ignorantibus, ergo &c..... Confirmatur secundo peccanti, v.g. jocosè, aut officiosè mentienti nunquam est debita tanta pœna, quanta debetur graviter peccanti, v.g. patranti homicidium, furtum, adulterium; sed dato, quod ignorantia invincibilis Dei, et divinæ legis peccantem excusaret à theologica culpa, et formali Dei offensa, nedum par, et æqualis, sed etiam major pœna debita esset leviter peccanti, quàm graviter legem violanti: nam cum peccato purè Philosophico non debeatur pœna æterna, sed temporalis, peccata levia ità multiplicari possent ut vel levis pœna ipsis debita tandem multiplicata par, vel major fiat pœna unico peccato gravi debitæ; sicuti nummi cuprei multiplicati redduntur æquare, sed et superare possunt valorem monetæ aureæ; ergo &c..... Confirmatur tertio si ignorantia invincibilis Dei operantem contra rectam rationem à culpa theologica licet non Philosophica excusaret, sequeretur, quod patranti homicidium v.g., aut adulterium &c minor pœna ipsi esset debita, dummodo invincibiliter Deum ignoraret, quam est debita peccanti mendacium officiosum, aut jocosum, quod scit esse à divina lege prohibitum: siquidem formali offensæ Dei major pœna debetur quàm materiali quidem Dei offensæ: hoc rectæ rationi repugnat ut meditanti patet; ergo &c..... Confirmatur 4º. Hic actus conditionatus: Vellem inimicum occidere, nisi esset à divina lege vetitum: est formalis, et theologica Dei offensa; ergo et homicidium patratum ab eo, qui Deum invincibiliter ignoraret, esset formalis, et theologica Dei offensa: nam sicuti actus Deum invincibiliter ignorantis à Dei prohibitione abscindit; ità actus conditionatus pariter à divina lege prescindit; ergo &c. 68

70 Respondeo, et dico, homicidium, adulterium, furtum &c ab invincibiliter Deum ignorante commissum fore grave malum, et graviter displicere in ordine morali, et Philosophico; non autem in ordine morali theologico, seu prout consideratur à theologis: ad illud primum enim sufficit, quod homicidium, adulterium, furtum &c dicat gravem oppositionem cum recta ratione, et naturali lege, adeò ut Deus omnis justitiæ, rectitudinis, et sanctitatis fons eâ attenta deformitate, ex natura sua necessario moveatur ad prohibendum homicidium, adulterium, furtum &c utpote fundamentaliter, et radicaliter malum: ad secundum verò insuper requiritur, quod homicidium, adulterium, furtum &c dicat contemptum Dei, si non explicitum saltem implicitum, quatenus suprema divina auctoritas prohibentis contemnitur. Qui contemptus non intervenit, ubi Deus, divinaque lex invincibiliter ignoratur: cum impossibile sit contemni, qui nullo modo cognoscitur. ergo &c. 69.

71 Item fateor, Deum etiam dicat nonnullis, et formaliter, saltem sub remotâ ratione habere ex ignorantia invincibili Dei occidentem, adulterantem, furantem &c. Quia ut communiter duplex odium, docent in Deo distinguendum scilicet, seu formale, et remotum, seu fundamentale

Proximum illud est, quo Deus actu odit hominem peccatorem, ipsique vult infligere poenam inferni propter peccatum, v.g. homicidium, adulterium, patratum contra suam prohibitionem cognitam ab ipso peccatore: Remotum vero illud est, quo Deus cognoscens deformitatem actionis creaturae, v.g. homicidii, adulterii, perjurii cum recta ratione, et natura rationali movetur, et vult eam prohibere, et homines ab ea deterrere intendit suam auctoritatem interponendo, et poenam aeternam comminando; et ideo hoc odium terminatur ad ipsam malitiam Philosophicam et ita quidem ut poenam comminatam creatura non incurrat, nisi divinae prohibitionis notitia habeatur, et acquiratur ab operante; et proinde cum solum odium proximum, et formale sit signum formalis, et theologicae offensae Dei, licet invincibiliter ignorans Deum, et operans contra rectam rationem fiat subjectum illius odii; attamen inferri non licet, illum tunc theologice peccare; ergo etc.

58 Tandem ex poena gravi, quam Deus infligeret v.g. homicidio, adultero, seu etiam ignorantia invincibili Dei operanti, inferri non licet, tale peccatum fore formale, et theologicum. Nam juxta S. Thomam relatum supra num. 61. quem sequuntur Gerson, Navarreta(?), Curiel, Gonet, Henriquez(?), Bonespei, Suarez, Cassius(?), et alii apud P. Claudium La Croix loco supra citato, quorum sententiam idem de Lugo vocat ita communem, ut dicat, vix inveniri, qui oppositum sentiat, juxta S. Thomam inquam, praedictum peccatum non poenam aeternam, sed temporalem tantum meretur. Cum ergo peccato theologico gravi debita sit poena aeterna a Deo infligenda, ex gravi poena, quam Deus infligeret peccato pure Philosophico, si daretur, concludi non licet, illud offensam Dei proprie continere. Etiamsi enim tale peccatum poena aeterna puniretur a Deo, non proinde sequitur, esse theologicum. Sicuti enim terrenus Princeps punit etiam poena mortis, qui injuriam gravissimam facit subditis ejus, licet ad caput, in quo ipse Princeps non offenderetur, ita et ipse Deus id [illegible] potest cum violentis naturae rationalis ordinem, et legem.

59 Ad primam confirmationem dico: leviter, sed theologice peccanti, v.g. jocose, aut officiose mentienti nunquam est debita tanta poena, quanta debetur graviter theologice peccanti etc. concedo: leviter, sed pure philosophice peccanti, v.g. jocose aut officiose mentienti nunquam est debita etc. subdistinguo: nunquam ratione malitiae objecti est debita tanta poena etc. concedo, nunquam ratione multiplicitatis actus, aut circumstantiarum interpositionis, durationis etc. evadat major, et servata proportione distinctior minori nego consequentiam. Quamvis peccato gravi theologico semper debeatur major poena, quam peccato levi, cum huic tantum temporalis poena; illi vero aeternum supplicium debitum est, quod et dicendum est de peccato pure philosophico in sententia tenente ipsi debitam esse aeternam poenam, si grave esset, attamen supposita veritate sententiae negantis poenam aeternam [illegible]

ae philosophicâ tantùm peccanti etiam graviter, tunc fortè contingere possat, ut ratione multiplicationis, intensionis, aut durationis actus peccato purè Philosophico etiam levi debita sit par, aut major poena, quàm unico peccato gravi pariter merè Philosophico. Quod est, quod evincit objectio. Verùm ad rem non est, cum non ratione malitiæ objecti; sed ratione adjunctorum tunc major, aut par poena peccato levi, ac gravi debita esset. Caeterùm absolutè negari sit poenam peccato levi debitam æquare, aut superare poenam debitam peccato gravi purè philosophico, utpote cum non in eodem, sed diverso ordine sit poena etiam temporalis peccato gravi debita, ac sit poena peccato levi danda. Unde sicuti v.g. delectatio de objecto corporeo quantumcumque intensa, et multiplicata nunquam adæquat, aut vincit delectationem visionis beatæ etiam remissæ; ita et in casu dicendum est.

70 Atque ex his ad 2dam confirmationem, supposito, quod peccato gravi purè Philosophico poena tantùm temporalis sit debita, et loquendo de poena ut actu infligenda, omissa majori; dicas, mirum non esse, quod peccato theologico etiam levi major poena temporalis danda foret, quàm peccato gravi purè Philosophico, utpote cum in peccato theologico etiamsi levi sit aliquis Dei contemptus, qui in peccato merè Philosophico non invenitur. Dixi: loquendo de poena ut actu infliganda. Nam si sermo sit de poena, ut remotè infliganda, ac de odioso modo, certum est, quod peccatum grave philosophicum majorem poenam meretur, ac peccatum leve, quatenùs nempe peccatum grave philosophicum exigit à Deo prohiberi sub poena æterna; leve autem solùm sub poena temporali.

71 Ad 3tiam confirmationem quæro ab adversario, an aliquem praedictum actum conditionatum invincibiliter existimet, tali modo auferri omnem malitiam ab actu voluntatis, vel non? Si primum, falsum est omnis; et sic pariter tenet nostra sententia: si 2dum, è contra per se est manifesta. Caeterum talis actus conditionatus est talis offensa Dei, tum quia revera est à Deo prohibitus, tum quia talem actum eliciens revera sit contra prohibitionem. Unusquisque enim scit per tales actus se exponi periculo proximo complacentiæ et desiderii absoluti; quinimo vel ipso actu habere affectum ad peccatum. Quod non contingit in casu nostræ propositionis; ergo Dei. Nunc

72 Oppones contra 2dam propositionem. Supposita ignorantia invincibili Dei peccatum purè Philosophicum dari posse notet ex superiori propositione; Atqui de facto si non ad longum, et diuturnum tempus, saltem ad breve dari sit ignorantia invincibilis Dei. Plures siquidem existunt, et adhuc existunt in terris Barbaris, et Insulis, quibus existentia Dei, Deusque ut objectum, praedicata non est; et adeo cum ex Apostolo Rom. 10. v. 17. Fides sit ex Auditu, et Auditus per verbum Xti, invincibiliter ignorant; ergo Dei....... Confirmatur

Etenim ut actio aliqua sit philosophicè mala, sufficit, ut tanquam dissona naturali lumini cognoscatur; ut autem sit theologicè peccaminosa, debet etiam cognosci tanquam dissona et contraria divinæ voluntati; propterea patet ex notione peccati ab Augustino tradita, et à nobis num. 2 proposita: Atqui actio aliqua cognosci ut tanquam dissona rectæ rationi quin tanquam divinæ voluntati contraria cognoscatur, ut patet ex exemplo Gentilium, de quibus Apostolus Rom. 2 ait: Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ sunt legis, faciunt; ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex; quos et ipse D. Thomas 1. 2. q. 71. a. 6. ad 4um sentire videtur, absque illa divinæ legis cognitione juste operatos: Cujus et ratio clara fit, quia cognoscere actionem aliquam tanquam dissonam rectæ rationi, et eandem cognoscere tanquam divinæ legi, et voluntati contrariam, si non duæ realitates, saltem sunt duæ formalitates inter se diversæ; ergo &c..... Confirmatur 2do Potest quis advertens ad naturalem legem in eam graviter peccare nullo modo advertens, immo cum ignorantia divinæ legis; sed hoc ipso tale peccatum erit merè Philosophicum, ergo &c. Major patet in Atheismum profitentibus, atque à consuetudine omnino abstracta à Deo cogitando operantibus. Minor vero sic probatur. Taliter peccans non incurrit proprio peccato theologico debitam, siquidem æternam legem ignorans, atque ad eam non advertens æternam pœnam non incurrit; ergo &c.

73\. Respondeo concessa majori negando minorem. Licet enim non desint Theologi, qui docent, ad breve aliquod tempus etiam in adulto dari posse ignorantiam invincibilem Dei, licet et ipsi fateantur, ad longum tempus dari non posse, attamen cum communi sententia tenendum est juxta supradicta in propositionis nostræ probationem, advertentem se operari contra naturale lumen nullo modo invincibiliter ignorare ipsum Deum saltem sub conceptu supremi legislatoris, quamvis fortè sub conceptu singula divina attributa etiam absoluta necessitate non cognosceret ipsum Deum: et proinde falsum est, extitisse Barbaros, et etiam nunc existere incultas Gentes, quæ saltem sub idea confusa Deum non agnoverint, et agnoscant, licet nunquam audiverint sive unquam evangelium, et Dei existentiam tanquam auctoris supernaturalis; quam expressam cognitionem jam non necessariam ad theologicam culpam incurrendam, et ipsæ Gentes, quibus Evangelium prædicatum non est, habuissent, nisi ipsæ in culpa fuissent, ne audirent, ut suppono ex tractatu de Fide, &c. Atque ex his si dare vis, in aliquo saltem raro casu dari posse. Dato tamen aliquo ignorantia invincibilem Dei in adulto ratione utente, et concedes possibile esse tamen in eo casu, quo et ipsius legis naturalis invincibili ignorantia laborabit; secus ubi lex naturalis cognoscitur.

74\. Ad primam confirmationem concessa majori nego minorem de ignorantia invincibili divinæ voluntatis in Gentilium. Et hinc de Gentilium exemplum, diximus jam esse, ut etiam diximus in Tractatu de Legibus à num. 73; ibi Apostolum loqui non de lege

nãali, et divina, sed de lege positiva, et scripta; et adeo sensus sit:
Gentes, quæ legem divinam scriptam non habent, naturaliter ea, quæ le-
gis naturalis divinæ sunt, faciunt, ejusmodi legem, nempe positivam divi-
nam non habentes, ipsi sibi sunt lex. et proinde ex illo Apostoli testi-
monio solum infertur, Gentiles legem divinam positivam, non autem
legem divinam naturalem ignorasse. Neque aliud citato loco docet Ange-
licus Præceptor. Non enim ibi negat, Philosophos ethnicos cognovis-
se peccatum, quod est contra naturalem legem, tanquam offensivum Dei; sed
solum docet, à Philosopho peccatum considerari, quatenus est contra
rectam rationem, ac naturale lumen; sicut ergo ex quo à Philosopho
consideratur Deus, ut auctor naturæ, et primus rerum omnium motor in ordi-
ne naturali, non sequitur exclusio cognitionis ipsius Dei tanquam
auctoris, et motoris supernaturalis; ita cum proportione in casu nostro
dicendum est. Atque ex his ad rationem. Quamvis enim cognoscere de-
ctionem aliquam tanquam rectæ rationi consonam sit quid valde fa-
cilius, dicendum à cognitione reddita actionis tanquam divinæ legi oppo- 76
sitæ; attamen moraliter impossibile est, primum sine alio cognoscere,
sicuti impossibile est habere ideam Patris sine cognitione Filij.
Dicit enim cognitio legis naturalis necessariam relationem ad divinam
legem, ut constat ex supra dictis. Hæc de prima confirmatione.
Ad 2am conf. m. Si quis adversarius ad legem
75 naturalem in eam graviter peccare nullo modo ex sua culpa advertat,
imo cum ignorantia invincibili divinæ legis omitto: nullo modo vul-
nerabitur adversarius, immo cum ignorantia invincibili divinæ legis
neque mihi, et cum proportione distincta minori, nego consequentiam. Nota
enim, et si qui alij sunt adulti, qui in suis facinoribus contra
legem naturalem ad Deum, divinamque legem actu non adverte-
re non avertunt ex eo, quod Deum, legemque ejus absque ullo
culpa ignorant, sed totum provenit, quod hominibus nimis
sibi à Deo indito obscurandum vanitates nimium propriis
concupiscentiis indulserunt, et indulgent, nihilominus divinæ
avaritiæ cum vera lux erravit: Hoc autem, non auspicato
eorum viventes rationi verè culpæ theologicæ, ut maior cen-
tra notat. Ad 3 verò, quod in motoris probationem afferun-
tur nimium probat. Probat enim, quod sicut ignorantia in-
vincibilis, dummodo affectata non sit, ab ecclesiasticarum
censura legis ecclesiasticæ violatores excusat; ita etiam ignoran-
tias invincibiles æternæ pœnæ, à peccato excusat. Cæterùm in-
ter dispar est ratio censuræ, ac æternæ pœnæ pro peccato
mortali debitæ, Hæc siquidem ex natura sua consequitur
culpam, illa verò ex libera Ecclesiastici Legislatoris
voluntate, qui contumaciter peccantes, et cum contemptu
eas, et contumaciter suæ legis operantes vult puniendos
pœnis suis subjacere; Sicut ergo ignorantis Ecclesiasti-
cam pœnam ac legem, eam non incurrat, incurrit ta-
men æternam qui cum vincibili ignorantia violat divi-
nam.

Caput Tertium

De Peccatorum Distinctione.

Actus humanos moralitatem suam ab objecto, circumstantiis, et fine operantis desumere in Tractatu de Actibus Humanis Part. 2. à num. 151 usque ad num. 186 inclusivè ostendimus, verùm quandonam bonitas, aut malitia à talibus fontibus petita sit specificè diversa, et numericè distincta, non diximus. Modo ergo de radice, fontibus, et principiis, unde desumenda sit specifica diversitas, et numerica distinctio Actuum humanorum, praesertim malorum nempe peccatorum agendum est, sicuti et de radice, unde eorundem peccatorum gravitas petenda est.

Articulus primus.

De specifica unitate, et distinctione Peccatorum.

76 In antecessum, et ante omnia hic primò contra Stoicos, Jovinianum, et quosdam Novatores tanquam certum, et de fide supponendum est, non omnia peccata esse paria, seu aequalis gravitatis, sed unum, etiam inter mortalia esse altero gravius. Hoc enim variis pluribus in locis sacrae scripturae traditur, ut Jerem. 7. ubi legitur: Pejus operati sunt, quàm Patres eorum. et Threnorum 4. Major effecta est iniquitas filiae populi mei peccato Sodomorum. et Joan. 19. Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. Unum ergo peccatum est majus altero, ac ideò non omnia peccata sunt paria. Quod vel ostendit etiam poena, quae non omnibus peccatis eadem datur, ut clarè ostendit illud Gen. 4. Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies. item et illud Matth. 11. Terrae Sodomorum remissius erit in die judicii, quam tibi, nempe Civitati Capharnaum: Quin imò inter ipsa peccata dantur aliqua, quae sunt gravia, et alia, quae sunt levia, ut ipsa sunt peccata mortalia, et venialia dicimus.

77 Supponendum est secundò non omnia peccata etiam esse inter se connexa, ut unum sine altero consistere nequeat. Quod, praeterquam quod pateat vel ex ipsa experientia ostendente, unum esse rarum mendacium, quin sit homicidium, vel adulterium, item et eundem hominem simul, et semel esse prodigum et avarum, apertè convincitur ex illo 3 Regum cap. 15. ubi de ipso quod David non declinaverit ab omnibus, quae praeceperat ei Deus cunctis diebus vitae suae, excepto sermone Uriae Hethaei, excepto scilicet homicidio, et adulterio, quod commisit cognoscendo Bersabeam, et occidendo Uriam virum ejus. Unde illud Jacobi 2. Quicunque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus: ut docet S. Thomas in [illegible] Dist. 36. q. 1. A. 5. ad [illegible] intelligitur quantum ad amissionem summi boni, à quo omne peccatum avertit: Quo amisso, quidquid virtuti debebatur, perierit, et omnia virtutum merita mortificantur. Vel etiam dicitur reus, quia qui vel in uno graviter offendit, totam legem collectivè

sumptam, seu prout est collectio omnium praeceptorum, violare; non autem distributive, ita ut qui in uno offendit, singula legis praecepta transgrediatur. Quae videtur esse mens S. Jacobi. Nam verbis citatis v. 11. subjungit idem Apostolus: si non moechaberis, occides autem factus es transgressor legis. non utique singulorum praeceptorum seu legis, ut est totum collective continens omnia praecepta.

78 Supponendum est tertio, omne, et quodcumque mortale peccatum ita directe esse charitati oppositum, ut cum ea sit penitus incompossibile, sicuti et cum ceteris virtutibus eidem charitati necessario conexis, non tamen cum iis, quae cum eadem charitate conexionem necessariam non habent; nec eadem peccato sunt directe oppositae. Et quoad primam partem vel ex eo constat, quia idem homo nequit esse uno eodem tempore amicus, et inimicus ingens Dei, quod tamen contingeret, si peccatum mortale jam dissolutivum amicitiae Dei esse posset cum charitate, aut virtutibus eidem necessario conexis, cum charitas nequeat esse sine amicitia cum Deo. Quoad secundam vero patet ex Trid. Sess. 6. Can. 28. definiente: si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul et fidem semper amitti, aut fidem, quae remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva, aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse christianum; anathema sit. Si ergo fides esse [illegible] sine charitate et [illegible] virtutibus eidem charitati necessario conjunctis et conexis, quare et aliae virtutes a charitate distinctae, nec cum ea conexae, stare non possunt cum peccato, quod ipsis virtutibus non sit directe oppositum? ergo [illegible]. His autem [illegible] [illegible] suppositis

79 [illegible] proposito [illegible] specifica [illegible] et distinctione peccatorum, [illegible] [illegible] signa, [illegible] Trid. Sess. 14. Cap. 5. in confessione necessarium sit peccatorum [illegible], et circumstantias speciem mutantes patefacere, notandum est quod sicuti nomine speciei in genere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quam [illegible] ejusdem naturae individua per [illegible] [illegible], sic nomine specificae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per quam [illegible] [illegible] in [illegible] determinata specie, et [illegible] [illegible] ab omni alio, quod non est in tali determinata specie. [illegible] [illegible], unde, et a quo primo petenda est [illegible] [illegible] moralis, sive theologica specifica actus sive peccaminosi jam in individuo spectati, [illegible], quodnam sit specificativum, seu distinctivum [illegible] peccati a peccato, sed actus non peccaminosi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] objectum, et circumstantias, et [illegible] [illegible] [illegible] alio actu [illegible] sive peccaminoso, sive non peccaminoso [illegible] specificativum, seu distinctivum aliud est intrinsecum, et aliud extrinsecum. Specificativum intrinsecum illud est, quod [illegible] [illegible] constituit, et independenter ab alio eam [illegible] et discriminat ab omni [illegible] [illegible] specificativum extrinsecum illud est, quod per ordinem ad aliud ab ipso [illegible] eam discriminat ab omni alio. exemplum utriusque [illegible]

visione albi, et nigri, quæ intrinsecè specificantur per suo prædicato intrinseco, nempe quod sint actio vitalis, constitutio externo, et repræsentatio albi, et nigri, extrinsecè verò specificantur per ordinem, et respectum ad album, et nigrum, quia nempe per respectum ad objectum album, et nigrum denominantur ipsa visio albi, ipsa visio nigri. Atque de hac specificatione, scilicet extrinseco in præsenti præcipuus sermo est; et quidem in ordine ad mores, peccatorum namque efficit, ut actus huius specialem habeat dissonantiam, et deformitatem cum recta ratione, et nonnullis regulis, et specialem Deo afferat displicentiam, ac specialem notam reatum inurat, ut propterea specialiter in confessione sit manifestandus. Quibus pro tanta difficultatis intelligendo notatis, ac missis nonnullis doctorum placitis, ac regulis utpote non generalibus, vel etiam non omnimodo veris, aut saltem obscuris, in quibus consulere poteris P. Claudium La-Croix, lib. 5. de Peccatis à num. 128. et pluribus sequentibus, sit

80 Propositio. Quamvis ea peccata, per quæ violantur plures leges, ac præcepta solum materialiter inter se diversa, specie morali, ac theologica non differant, ea tamen peccata, quæ opponuntur pluribus legibus, ac præceptis inter se formaliter diversis, specie morali, ac theologica inter se distinguuntur, et ita quidem ut etiam ubi sunt plura peccata inter se specie distincta, ibi sit violatio plurium legum, ac præceptorum inter se formaliter diversorum: Atque adeo regula universalis, adæquata, et vera ad dignoscendam specificam peccatorum distinctionem est multiplicitas legum, ac præceptorum formaliter diversorum. Ita Astropalensis hic Tract. 4. Disp. 3. Pun. 1. cum Azorio, Vasquez, Valentia, et Salas, quibus consentit P. Reiffenstuel Tract. 3 de Peccatis, D. 4, Leijmann Tract. 3 de Peccatis Cap. 2, Honoratus Tournely, sive ejus continuator hic Cap. 3. A. 1., P. Antoine, et alij quamplurimi

81\. Antequam tamen probem hanc propositionem, explicandum est, quænam sint ea præcepta, quæ sunt tantum materialiter, et quæ sunt inter se formaliter diversa. Ea itaque præcepta, seu leges dicuntur solum inter se materialiter diversæ, quæ idem ex eodem formali motivo, sub eodem genere obligationis, sive gravis, sive levis sanciunt, vel præscribunt: sic lex naturalis, et divina positiva, ecclesiastica, et civilis ex eodem justitiæ motivo sub gravi prohibentes furtum sunt leges tantum materialiter diversæ, et ideo eas transgrediens multiplex specie peccatum non committit, ut dicemus. Ea verò præcepta et leges sunt inter se formaliter diversa, quarum una diversam ab alia vim obligandi importat: obligatio enim est quasi forma seu anima legis: Una autem lex diversam ab alia vim obligandi importat, quando vel eæ leges versantur, vel circa materias in morali hominum æstimatione notabiliter diversas, seu specie diversas, vel circa eandem materiam, sed ex diversis motivis formalibus, vel si materia, et

motivum est idem, quando aliunde constat, legislatorem velle
afferre diversam vim obligativam v.g. in uno casu, et re-
spectu quarundam personarum velle obligare sub gravi; in
alio vero casu, et respectu aliarum personarum velle obli-
gare sub levi. Porro motivum formale legis est illud bonum virtutis,
quam legislator per suam legem promovere intendit: Unde eæ
leges, et præcepta sunt formaliter diversa, quorum transgressio dicit
oppositionem aut diversis virtutibus, aut diversis officiis, ac re-
ctitudinibus ejusdem virtutis, aut eidem virtuti, sed contrario modo,
aut denique eidem virtuti, licet non contrario, tamen diverso mo-
do. Et ex his

Probatur assertio quoad primam partem. Si pec-
82 cata opposita pluribus legibus, et præceptis inter se formaliter moraliter
distinctis ac diversis darent peccata diversæ speciei moralis
et theologicæ, sequeretur primo, quod celebrans contractum
usurarium, aut simoniace ordinatus plurium specie distin-
ctis peccatis [illegible], et reus esset. 2do, quod omittens sacrum
die Dominica, in quam incidit festum Sancti Petri, aut non
jejunans in vigilia S. Matthiæ incidente in Quadragesima
ac etiam in feria quarta, aut sexta, aut Sabbato Quatuor tem-
porum anni, aut non recitans Rosarium, ad quod pluribus vo-
tis se obligavit, plura specie distincta peccata commit-
teret. Usura siquidem et simonia tum iure naturali, tum po-
sitivo vetita est. Item adest præceptum ecclesiasticum audi-
endi missam tum die dominico, tum in festo S. Petri item
et jejunandi tum in vigilia S. Matthiæ, tum in Quadragesima
tum in feriis Quatuor temporum anni, item et quolibet vo-
to novam se obligationem induxit: Atqui consequens est falsum
[illegible] quod sit contra communem Theologorum
sensum in prædictis casibus unicam speciem peccati agnoscen-
tium, quinimo juxta plurimos etiam sit unicum numero
peccatum, [illegible], quia tunc omnia illa plura præcepta
ac leges unum morale præceptum, et legem constituunt, [illegible]
[illegible] in posteriora præcepta, et leges a legislatore [illegible] in-
[illegible] urgere priorum præceptum, et legis observantiam
[illegible] plura præcepta observans non facit [illegible]
[illegible] virtutis actus inter se specie, aut etiam numero di-
stinctos, ita neque [illegible] præcepta violans plures contrarii
[illegible] vel specie, vel numero distinctos, ergo [illegible]

83 Probatur assertio quoad alteram partem, et in pri-
mis, quod peccata, quæ opponuntur legibus, ac præceptis inter
se formaliter diversis, specie morali, ac theologica distinguan-
tur, [illegible] sic. Eæ actiones, quæ opponuntur legibus, ac præceptis
inter se formaliter diversis vel versantur circa objectum mora-
liter diversum, vel opponuntur diversis virtutibus, vel si ei-
dem virtuti opponuntur, diversis tamen ejusdem virtutis officiis, ac
rectitudinibus, aut contrario modo, vel saltem diverso mora-
li tendentia opponuntur vel saltem diversæ legis [illegible]
intentioni, et menti contrariantur: [illegible] [illegible] ex
notione legis, et præcepti formaliter diversi paulo ante datæ:

Atqui actiones eæ, quæ vel versantur circa objectum moraliter diversum, vel opponuntur diversis virtutibus, vel si eidem virtuti opponuntur, diversis tamen ejusdem virtutis officijs, ac rectitudinibus, aut contrario modo, vel saltem diversa moralitendentia opponuntur, vel saltem diversæ legislatoris intentioni, et menti contrariantur, specie morali, ac theologica distinguuntur, ut vel meditanti patet, et saltem per singula percurrenti; sic certe ratione diversitatis objecti differunt furtum, et homicidium, ratione diversarum virtutum distinguuntur Hæresis, et desperatio, ratione diversorum officiorum, ac rectitudinum ejusdem virtutis discriminantur idolatria et superstitio; ratione modi contrarij differunt avaritia, et prodigalitas, præsumptio, et desperatio, ratione diversi modi, seu moralis tendentiæ discriminantur furtum, et rapina; et tandem ratione diversæ intentionis, et mentis legislatoris differunt, ubi legislator materiam gravem præfiniens valet pro uno tempore, vel respectu quarundam personarum obligare sub gravi, pro alio vero tempore, et pro alijs personis obligare sub levi; ergo &c.

84 Quod vero etiam ubi sunt plura peccata inter se specie distincta, ibi sit violatio plurium legum, ac præceptorum inter se formaliter distinctorum, ostenditur hoc pacto: Ubi sunt plura, et inter se specie distincta peccata, ibi sunt plures inter se formaliter diversæ oppositiones, et dissonantiæ, et difformitates cum lege: difformitas enim, oppositio, et dissonantia a lege est forma essentialis peccati, ut ex ejusdem peccati definitione [illegible] supra tradita patet: Atqui ubi sunt plures oppositiones, difformitates et dissonantiæ a lege inter se formaliter diversæ, ibi sunt plures leges, si non formaliter, saltem æquivalenter, et virtualiter inter se diversæ, et distinctæ, ut patet, siquidem difformitas, et oppositio, et dissonantia a lege quæ neque formaliter, neque æquivalenter, et virtualiter est multiplex, nonnisi unicum speciem peccati constituere sit; ergo &c. Ac proinde multiplicitas legum, et præceptorum formaliter diversorum est universalis, adæquata, et vera regula ad specificam peccatorum distinctionem agnoscendam; quippe cum juxta dicta ubicunque invenitur multiplex præceptum, et lex formaliter diversa, quæ violatur, ibi est peccatum multiplex specie distinctum, et e contra ubicunque est multiplex peccatum specie diversum, ibi invenitur multiplex præceptum, et lex formaliter diversa, quæ violata fuit.

85 Oppones contra primam propositionis partem. Ubi vel tantum sunt plures legislatores inter se distincti talium legislatorum leges violantes plura, et quidem specie distincta peccata committunt; atqui tunc eæ leges sunt tantum materialiter inter se distinctæ, et diversæ; ergo &c. Minor per se est manifesta; probatur autem major. Ubi quis violat præcepta inter se specie distincta, plura specie distincta peccata committit; atqui ubi vel tantum sunt plures legislatores inter se distincti, ibi sunt

plura præcepta inter se specie distincta, ergo &c. Major patet, probatur minor. Præceptum seu lex est actus intellectus, et voluntatis præcipientis; atqui ubi sunt plures legislatores inter se distincti, v. g. Deus, et creatura, Summus Pontifex, et Episcopus &c. eorum actus intellectus, et voluntatis sunt inter se specie distincti, ut patet; ergo &c. … Confirmatur. Unus ex pluribus legislatoribus, qui idem præcipere independenter ab alio, etiamsi alii non intendant amplius sua lege obligare, ipse persistat in urgenda obligatione, ergo tunc distinctam intendit dare legem; ergo si alii legislatores tunc adhuc volunt sua lege obligare, non una, sed multiplex lex transgreditur; ergo &c. … Confirmatur 2do. Fœnerans usuram tum a Deo, tum ab ecclesia, tum a sæculari principe vetitam committit, tunc et Deo, et utrique potestati sæculari nempe, et ecclesiasticæ, est inobediens; ergo gravius peccat, ac si tantum ab ipsa sæculari potestate vi tantum prohiberetur usura; ergo &c.

80 Respondeo negando majorem ad cujus probationem d. minorem: Ubi quis violat præcepta inter se formaliter, et specie moraliter distincta, peccata specie distincta committit, concedo; ubi quis violat præcepta inter se solum materialiter, et specie physice distincta, peccata specie distincta committit, nego minorem et d. minorem: Atqui ubi vel tantum sunt plures legislatores inter se distincti, ibi sunt plura præcepta inter se materialiter, et specie physica distincta, concedo, formaliter, et specie morali distincta, nego minorem, et consequentiam; ex quibus et patet ad minoris probationem, quæ solum probat diversitatem materialem, et physicam præceptorum, non vero formalem, et moralem, ut constat ex meditanti dicta num. 81.

87 Ad primam confirmationem omisso, vel etiam concesso antecedente nego consequentiam. Cum enim in casu posito supponatur, illos plures legislatores eandem materiam, et eodem motivo, et eodem obligationis genere præcipere; tunc sive omnes una simul velint suæ legis obligationem urgere, sive aliquis eorum nolit amplius obligare, in legem delinquens duplici peccato non peccat, sed uno tantum, sicut in simili casu, quo Summus Pontifex, et Episcopus tulerint legem, in ecclesia vetantem sub excommunicatione in ipso facto incurrenda, sive simul urgeant suæ legis observantiam, sive unus eorum nolit suam legem amplius obligare, adhuc transgressor non duplicem, sed unicam incurrit excommunicationem; et ideo dictæ leges sunt tantum materialiter distinctæ, non autem formaliter diversæ.

88 Ad 2dam confirmationem d. antecedens: Committens usuram tam a Deo tum &c., tunc et Deo, et utrique &c. est inobediens inobedientia generali, concedo, inobedientia formali, nego antecedens et consequentiam. Cum enim res aliqua a pluribus legislatoribus Deo nempe et hominibus, v. g. usura vetita est; licet usurarius possit dici et Deo, et humano legislatori inobediens inobedientia generali, quatenus omnia peccata dici possunt esse contra obedientiam eo sane modo, quo dicuntur esse contra charitatem, et grati-

tudine; alias non posset dici inobediens inobedientia formali, quia ad hoc requiritur, ut lex, et praeceptum ex obedientiae motivo datum fuerit. Ubi autem inobedientia est tantum generalis, nisi aliunde leges, et praecepta sint formaliter diversa, eorum violatio non est specie morali distincta, ut patet meditanti dicta in tractatu. Quamvis enim Peleo loco supra citato concedi posse plures leges etiam moraliter tantum distinctas violantem gravius peccare, quam transgredientem praeceptum, quod neque sit moraliter multiplex; ita tamen ut peccati gravitas non sit adeo notabilis, ut reteriam debeat in confessione, etiamsi circumstantiae notabiliter aggravantes forent aperiendae.

89 Opponens 2do contra 2dam partem. Multiplicitas praeceptorum formaliter etiam diversorum non est universalis regula ad specificam peccatorum distinctionem agnoscendam, si ex una parte plura sunt peccata specie diversa, quae eidem numero formaliter legi opponuntur; et ex alia parte plura sunt peccata, quae licet opponantur praeceptis formaliter distinctis; attamen sunt ejusdem speciei: patet haec propositio: Ita est; ergo etc. Prob. min. per partes, et quoad primam patet vel ex eo quod copulae plenae, et semi-plenae in objectum turpe, uti fornicatio, mollities, turpiloquium etc. sunt peccata specie morali distincta; sicuti et furtum in ecclesia commissum est duplex specie peccatum; licet ea peccata eidem numero formaliter legi opponantur, praecepto nempe non moechaberis, et legi unae simul vetanti ex motivo justitiae, et religionis furari in ecclesia; ergo etc. Nunc

Altera minoris pars sic probatur. Peccata omissionis, et commissionis praeceptis inter se formaliter diversis opponuntur; sed peccata omissionis, et commissionis saltem quandoque non sunt inter se specie morali distincta, sed sunt ejusdem speciei moralis; ergo etc. Major praeterquamquod vel ipsa ra debeat ex eo, quod peccatum commissionis praecepto negativo, omissionis autem praecepto affirmativo opponitur, et praeceptum negativum utpote semper, et pro semper obligans est formaliter diversum ab affirmativo, utpote tantum ad semper, sed non pro semper obligante, etiam constat ab ipsis exemplis. Sicuti enim omissio v.g. amoris dei praeceptum, et hujusmodi, omissio honoris praestandi parentibus, et contumeliosa verba in ipsos, prolata praeceptis inter se formaliter diversis contrarientur. Prob. itaque minor. Non subministrare alimenta proximo alias morituro est peccatum omissionis; ipsi autem praebere venenum est commissionis culpa: item ablatum non restituere est omissionis peccatum, alienum autem auferre est commissionis culpa: insuper, ut alia omittam, pila ludere, cum urgeat praeceptum missam audiendi, est commissionis peccatum; missam vero non audire est omissionis culpa: Atqui haec peccata non sunt inter se specie morali distincta. Nam ut constat ex celebri illo effato S. Ambrosii: Si non pavisti,

occidisti, idem est non posuisse esurientem, cui est obligatio, ac qui positive occidere: item non restituere rem alienam non habet malitiam quam furti, sicuti et in casu ludus pilae non alicuius est malus quam ex eo, quod eius causa omittitur missa, et adeo non habet distinctam malitiam ab omissione missae; quid? sicut qui furatus est, et per tres dies rem alienam retinuit, debebat hoc in confessione patefacere, nempe per tres dies rem [illegible] retinuisse, sicuti et non sufficeret pilae in casu ludenti in confessione dicere, se omisisse sacrum die festo, sed et in quem debebit patefacere: quod est contra proximum; ergo peccata omissionis, et commissionis non sunt inter se formaliter, seu specie morali distincta: quod et docet Angelicus Doctor 1. 2. q. 72. a. 6. in o. inquiens: *Si loquamur de specie peccati omissionis, et commissionis formaliter, sic non differunt specie, quia ad idem ordinantur, et ex eodem motivo procedunt.* gi

Confirmatur. Ubi materia sub praeceptum cadens est moraliter diversa, ibi est multiplicitas formalis praeceptorum, atqui ubi materia sub praeceptum cadens est moraliter diversa, ibi transgressio praeceptorum semper non est moraliter diversa, ergo &c. Major patet, minor autem probatur. Ubi materia sub praeceptum cadens est moraliter diversa, ibi praeceptorum eorum transgressio semper non est multiplex numero malitia, ut patet in eo, qui feminam inspectatur, cum ea turpia loquitur, eam pluries deosculatur, ac tandem rem cum illa habet. Licet enim singuli illi actus diversum moraliter objectum respiciant, et singuli moraliter diverso praecepto prohibeantur, attamen tunc multiplex numero peccatum non committitur, ut vel patet ex eo, quod vel solam copulam in confessione explicare sufficeret; ergo a fortiori ubi materia sub praecepti cadens est moraliter diversa, ibi transgressio praeceptorum semper non est moraliter diversa, cum impossibile sit haberi speciem peccati sine numero.

9° Respondeo concessa majori nego minorem quoad utramque partem, ac eius primae probationem fateor, consensum, et semi-plenum in objectum turpe, etiam fornicationem, 92 mollitiem, turpiloquium &c. esse peccata specie distincta, sed et in furto sacro in ecclesia duplicem malitiam, nempe iniustitiae, et sacrilegii intervenire, attamen ex eo nihil fit contra nostram propositionem. Siquidem licet lex ea prohibens sit materialiter, seu realiter, et physice una, quatenus unica propositione ea plura prohibentur, attamen est formaliter, aequivalenter, et virtualiter multiplex, eo sane modo, quo licet [illegible] baptizandi, et sanandi, etiam et lex aeterna Dei realiter, et prout in Deo est, sit una simplicissima realiter; attamen per ordinem, et respectum ad diversa, quae respicit, est formaliter, aequivalenter, et virtualiter multiplex, [illegible] ad concipiendum diversum naturam affectuum, diversam dispositionem, et diversitatem peccatorum legi aeternae Dei oppositorum sufficit concipere [illegible], et legem aeternam Dei tamquam formaliter aequivalenter, et virtualiter multiplicem; ita et sufficit concipere legem tamquam formaliter, aequivalenter, et virtualiter multiplicem, ut

per ordinem ad illam peccata illi opposita dicuntur specie morali distincta: Porro in relatis casibus praecepta illa sunt formaliter, aequivalenter, et virtualiter multiplicia, quatenus peccata illa ex se exigunt prohiberi etiam seorsim, quatenus si eodem reali actu omnia non prohiberentur, exigerent alio actu prohiberi; ergo &c.

91 Ad probationem secundae partis negatae minoris d.o m.o: Peccata omissionis, et commissionis quandoque, vel etiam multoties praeceptis inter se formaliter diversis opponuntur, concedo, semper, nego majorem, ad cujus probationem etiam negandum est, praeceptum affirmativum, et negativum semper esse inter se formaliter diversa. Tunc enim solum talia praecepta sunt inter se formaliter diversa, quando alius est finis prohibendi unum, et praecipiendi alterum, quando longe alia est inhonestas transgressionis unius quam alterius, quando diversa est ratio movens legislatorem ad imperandum unum, et vetandum alterum, et quando alia est intentio obligandi per unum, ac alterum: quod accidit in casibus in ejusdem majoris probatione relatis. Et hinc ad Angelicum Praeceptorem alibi, nempe 2.2. Q.79. A.2.3. et 4. aperte docentem commissionis peccatum esse specialem culpam ab omissionis peccato distinctam, dicendum est S. Doctorem, ut sibi cohaereat, in objecto loco loqui de peccato omissionis, et commissionis, ubi praeceptum affirmativum, et negativum sunt tantum moraliter distincta, et diversa; quod vel colligi potest ex ratione ibi a S. Doctore insinuata, nempe hac: Quia ad idem ordinantur, et ex eodem motivo procedunt. Caeterum quod ad minoris probationem spectat, falsum est, quod primo loco affertur, idem nempe esse in genere morali non suppeditare cibum esurienti, alios montero, ac cum positive occidere: sed id verum duntaxat est loquendo in genere physico, et quoad effectum physicum, quatenus in utroque casu verum supponitur, quod mors eventura sit: et hoc est quod S. Ambrosius docet.

92 Ad confirmationem 2.o majorem: Ubi materia sub praeceptum cadens secundum se est moraliter diversa, neque ullo modo ad aliam tanquam dispositio, medium, inchoatio &c. ordinatur, ibi est multiplicitas formalis praeceptorum, concedo: Ubi materia sub praeceptum cadens licet secundum se moraliter diversa; attamen ad aliam tanquam dispositio medium, inchoatio &c. ordinatur, ibi est multiplicitas formalis praeceptorum, nego majorem; et 2.o m.o Atqui ubi materia sub praeceptum cadens est moraliter diversa, et ad aliam tanquam dispositio, medium, inchoatio &c. ordinatur, ibi transgressio praeceptorum non est moraliter diversa, omitto, vel etiam concedo: ubi materia sub praeceptum cadens est moraliter diversa, neque ad aliam tanquam dispositio, medium, inchoatio &c. ordinatur, ibi transgressio praeceptorum non est moraliter diversa, nego m., et consequentiam. Simplici praeceptum modo quidquam sub praecepto

eadem fit, nempe vel tanquam purum medium, dispositio, et inchoatio actus sub praeceptum praecipuo modo cadentis; vel tanquam primarium objectum, et finis principalis ipsius praecepti, et adeo tanquam id, quod poni, aut omitti praecipue à legislatore per suum praeceptum intenditur: Jam vero licet ubi objectum primarium, et finis principalis praecepti, seu id, quod praecipue poni, aut omitti à legislatori intenditur, est moraliter ab alio diversum, illud constituat, et efficiat peccata specie totaliter diversa; id tamen non praestat, ubi id, quod à praecepto attingitur, solum se habet tanquam purum medium, dispositio, et inchoatio actus sub praeceptum cadentis: Actus enim à puris mediis non specificantur; atque adeo licet ubi id quod tanquam purum medium, dispositio, et inchoatio ad actum praeceptum attingitur à praecepto, est moraliter diversum ab alio, non efficiat peccata specie specifica diversa; id tamen praestat, ubi id quod sub praeceptum cadit, et se habet tanquam primarium objectum, est moraliter diversum ab alio Quod unice intendimus, et jam supra probavimus. Ex quibus etiam patet ad minoris probationem. Licet enim solum plures actus Physici non constituunt multiplex numero peccatum in ordine morali, cum illi se habent tanquam medium, dispositio, et inchoatio ad actum completum, et consummatum, ut contingit in relato ascensu &c in tangenda copulam cum foemina: secus vero cum actus illi plures propter se, et ut sui intenduntur; adeoque argumentum nihil probat.

Articulus Secundus.

De numerica Peccatorum Distinctione.

93 Super morali numerica peccatorum distinctione pro sacramentali confessione tum Confessario, tum poenitenti scitu necessaria, et ita [illegible] ut de ea se praesertim [illegible] [illegible] Salam. hic Tract. 2. Disput. 3. Puncto 2. num. 1, duplex occurrit dubium, et quidem maximi momenti. Primum est, an in uno, eodemque numero actu Physico inveniatur multiplex numero malitia moralis. Alterum est, an, et quando plures actus Physici et reales unum numero peccatum in ordine morali constituant? In quo primo difficultate illud tanquam certum tenendum est eundem numero physice actum esse saltem aequivalenter multiplex numero morale peccatum, quando in eo invenitur multiplex specie distincta et diversa malitia, una v.g. ex objecto, altera ex circumstantiis, aut ex fine extrinseco operantis. Impossibile enim est, ea quae specifice, et essentialiter differunt, numero non esse distincta: ubi ergo in uno, eodemque numero actu physico invenitur multiplex specie malitia (quod fieri posse in superiori Tractatu de Actibus Humanis à num. 213. ostendimus) ibi pariter multiplex numero malitia erit; ac proinde tota quanta est hic difficultas, versatur circa actum et Phys. et specie morali unicum, et de eo nos quaerimus, primo an sit numero multiplex, cum est contra praecepta numero plura moraliter talia? Secundo an etiam sit multiplex numero

peccatum, quando tendit, et fertur in plura objecta totalia quidem rationis, et speciei moralis? Pro quorum plena difficultate praeter distinctionem praeceptorum in formaliter, et materialiter talia, adnotandum etiam est facile inter se convenire Doctores, solam multiplicitatem moralem praeceptorum, quae inter se connexa, et subordinata sunt (quod contingit, cum unus Legislator nihil aliud per suam legem intendit, quam efficacius promovere obligationem legis alterius Legislatoris, et dependenter ab ea obligare, adeo ut si ea tollatur, nollet amplius suam legem obligare) solam, inquam, moralem praeceptorum multiplicitatem non efficere, ut actus physice unus sit moraliter numero multiplex: sunt enim ea praecepta unicam, eamdemque numero obligationem imponunt, atque eamdem numero honestatem intendunt; ac proinde difficultas tota versatur circa praecepta moraliter multiplicia, quae sunt inter se disparata, hoc est neque inter se connexa, nec subordinata, nec eamdem numero actionem, aut omissionem per se praescribentia, et adeo talia, ut per se, praecisis accidentibus, exigant poni eam praeceptam etiamsi nullum aliud adesset praeceptum; et talia sunt praecepta praescribentia jejunare in Vigilia Sancti Mathiae, audire missam in festo S. Petri etc. cum adveniunt etiam extra Quadragesimam, et diem Dominicam; et adeo per accidens est, quod concurrant cum praecepto Quadragesimalis jejunii, et cum praecepto missam audiendi die Dominica. Atque his notatis sit

94 Propositio. Actus malus physice unus non est moraliter numero multiplex ex eo praecise, quod est contra plura praecepta moraliter tantum diversa, etiamsi ea etiam inter se sint disparata. Ita communior sententia quae vel efficaciter suadetur a pari. Nam ubi quis violat plura praecepta tantum moraliter multiplicia, etiam inter se disparata, v.g. non jejunat, aut carnes comedit in vigilia S. Mathiae incidentis in Quadragesimam, aut sacrum non audit in festo S. Petri advenientis in diem Dominicam etc., non nisi unum specie morali peccatum committit; ergo etiam talia praecepta violans nonnisi unum numero peccatum faceret, vi nempe talium praeceptorum. Sicut enim Legislatores in casu illo per sua talia praecepta non intendunt imponere obligationem specie morali distinctam, sed ad unum specie morali actum obligare; ita et intendunt obligare ad unicum tantum actum etiam moralem. Quod vel constat ex eo, quod unico actu, v.g. unico jejunio, unica missae devota auditione illis praeceptis satisfit; ergo etc.

95 Dices. Actus V.G., quo quis est inobediens praecepto Patris, et Matris rem eandem ex eodem motivo praecipientium habet duas relationes disconvenientiae, unam scilicet ad praeceptum Patris, et alteram ad praeceptum Matris; ergo habet plures difformitates; ergo et plures malitias..... 2do. Pejus est, si quis sit inobediens Patri simul, ac Matri, et utrique dantem causam offensae, quam si uni tantum; atqui in casu proposito Filius est inobediens simul patri, et matri, et utrique dans causam offensae; ergo &c. ... 3tio. Est multiplex numero injuria, et irreverentia, si quis simul, et semel percuteret aut contumeliis afficeret Patrem, et matrem, quam si solum Patrem percuteret, aut contumeliis afficeret; ergo etiam esset multiplex numero inobedientia, si simul, et semel &c. Et ratio horum omnium est, quia quo plurium praecepta quis transgreditur, eo plures saltem virtualiter contemnit, ubi autem plures contemnuntur, sunt plura numero peccata; ergo &c.

96. Respondeo ad antecedens: Actus V.G., quo quis est inobediens &c. habet duas relationes disconvenientiae physicae, concedo, disconvenientiae moralis, nego antecedens, et consequentiam. Eo in casu quidem talis actus duas habet relationes disconvenientiae physicae ratione nempe duplicis connotati, seu personae, quam respicit; attamen est unica moralis disconvenientia, quatenus tam praeceptum Patris, quam Matris est unum moraliter praeceptum, unicam tantum moralem urgens obligationem.

97. Ad 2dum omissa majori, quae tantum probat, in casu, peccatum fore gravius, non autem numerice multiplex, distinguo minorem. Atqui in casu proposito filius est inobediens simul Patri, et Matri inobedientia moraliter numero una concedo, inobedientia moraliter numero duplici nego minorem, et consequentiam. Tunc enim Pater, et Mater simul se habent, tanquam unus Praecipiens, et unus Legislator, cum unam tantum valent obligationem, qualem etiam valerent, si tantum singuli praeciperent.

98. Ad 3tium concesso antecedenti nego consequentiam, et disparitas est, quia proxima ratio obediendi non est superioritas praecipientis; sed est ipsum praeceptum; ideoque id, cui inobedientia proxime opponitur, est praeceptum, et non ipsa superioritas; potest autem idem praeceptum, et eadem obligatio causari a superioritatibus et numero, et specie distinctis; ergo etiam eadem inobedientia sit contra superiores, et numero et specie distinctos. Contra sicuti irreverentia, et contumelia, et irreverentia, et injuria proxime respiciunt excellentiam, dignitatem, et jus personae; si autem personae sunt numero plures, et distinctae, erunt plures excellentiae, dignitates, et jura; ergo si plures erunt personae, erunt plures irreverentiae, et injuriae; ergo &c. Atqui hu

ad subjunctam rationem dico, verum quidem esse formalem contemptum in plures personas arcere multiplicitatem peccati, quia cum tunc directe, et immediate tendat in personas ipsas; et adeo immediate lædatur dignitas, et excellentia, et jus personarum, præceptum non est objective unum, sed multiplex. Falsum autem esse, contemptum virtualem in plures personas probare peccati multiplicitatem quia cum talis contemptus tantum indirecte, et mediate tendat in personas præcipientes, directe autem, et immediate in ipsa præcepta, non efficit præcepta esse numero plura, ut patet in violante præcepta inter se connexa, et subordinata, quæ certe in sensu morali unicum præceptum sunt. Et hæc quoad primam difficultatem.

99. Circa secundam autem notandum est primo, nomine objecti totalis, et adæquati intelligi id, circa quod versatur actus humanus in suo genere integer, et completus, qui nempe ad alium neque ut medium, neque ut dispositio, neque ut pars ordinatur, attenta ipsius actus natura, aut communi hominum sensu: sic unius hominis est objectum totale, et adæquatum homicidii, detractionis, contumeliæ &c. quia actus quo vita homini eripitur, fama privatur &c., de se, et ex natura sua est actus integer, et completus, neque ex natura sua, aut communi hominum sensu ad alium actum vel tanquam medium, vel tanquam dispositio, aut pars ordinatur. Quæ ut clariora fiant, secundo notandum est, non raro contingere, ut plures res, quæ seorsim acceptæ essent objectum actus humani in suo esse integri, et completi, evadant unicum objectum totale, et adæquatum actus humani; atque hoc contingit, cum res una capax est accipiendi augmentum ab altera, et omnes aut ex natura sua, aut ex communi hominum sensu ad eundem finem sunt referibiles, et communiter sunt inter se commutabiles, et compensabiles, atque ad eundem numero personam spectant, quia nempe tunc res illæ omnes se habent veluti partes, et simul sumptæ induunt naturam unius totius: Atque hujusmodi sunt pecunia, frumentum, et panni ad eundem dominum pertinentes [illegible], quo eidem domino ea omnia eripiuntur: Contra vero nonnullæ res sunt, quæ ita per se, et ex natura sua sunt objectum totale, et adæquatum actus humani, ut cum aliis nequeant in unicum totale, et adæquatum objectum coalescere, quod fit, cum res una non est capax accipiendi augmentum ab altera, aut e natura, et vi hominum ad eundem finem cum aliis non est referibilis, aut commutabilis, et compensabilis, atque seorsim ab aliis habet rationem diversam, et completam, quia tunc ea nihil habet, in quo cum aliis moraliter uniatur, et unum efficiat.

cujusmodi est fama singularium hominum, pecuniaq; ad diver-
sos dominos pertinentes &c. respectu furti, et detractionis; jus
siquidem, quod habet Petrus V. G. in suam famam, et bona
non magis læditur, si eodem simul actu, quo quis de eo
detrahit, ac eidem pecunias furatur, alteri etiam detrahat,
ac furatur, quam si tantum eidem Petro detrahat, ac furetur
sicuti notatis sit.
Propositio. Actus malus phijsice unus tendens

100 in plura objecta totalia, et adæquata actus hic sacerdotum se
integri, et completi est moraliter multiplex numero pec-
catum in confessione explicandum, prout actus directe,
vel confuse in ea objecta tendebat. Ita mihi probabilior
sententia cum Salmanticensibus hic Tract. 20. Cap. 12. Pun. 5. § 2
pro se allegantibus Azorium, Ægidium Coninck, Vasquez, Suga,
aliosque, quibus consentiunt Honoratus Tournelij, sive ejus Con-
tinuator hic Part. 1. Cap. 3. De Proprietatibus Peccati, Art. 2, P.
Gabriel Antoine pariter de Peccatis Cap. 1. Q. 6., aliique plu-
res contra Suarez, Bonacinam, Reiffenstuel, Laijmann,
aliosque.
Prob. Actus malus phijsice unus terminatus,
seu tendens in plura objecta specie morali distincta, et diversa
V. G. actus, quo quis unica sclopeti explosione advertenter occide-
ret Patrem, uxorem, Fratrem, Clericum, et laicum hominem, est
multiplex specie morali peccatum; ergo etiam actus malus
phijsice unus terminatus, seu tendens in plura objecta totalia,
et adæquata numero distincta est multiplex numero peccatum
in ordine morali. Consequentia hæc probatur: Ideo actus malus phijs.
unus terminatus, seu tendens in plura objecta specie mo-
rali distincta, et diversa, V. G. actus, quo quis unica sclopeti
explosione occideret Patrem, uxorem &c., profecto est
multiplex specie morali peccatum, quia per talem actum
violantur, seu læduntur jura specifice distincta, et diversa:
[illegible] enim multiplicitas præceptorum est ratio formalis spe-
cificans actus hos malos: Atqui etiam per actum phijs. unum
terminatum, seu tendentem in plura objecta totalia, et adæ-
quata violantur, seu læduntur plura jura numero distin-
cta, ut patet mediante casum, quo quis V. G. unico actu phi-
sico decem homines occideret, decem dominis furaretur,
&c., ergo sicuti actus phijs. unus terminatus, seu tendens
in plura objecta specie distincta, et diversa est multiplex
specie morali peccatum, ita [illegible]
Confirmatur, seu potius idem argu-
mentum promovetur. Ubi jus alterius violatur, ibi habetur
legis transgressio, et peccatum: patet hæc propositio: ergo ubi ha-
bentur plures juris alterius violationes inter se contradistin-
ctæ, atque nullo modo connexæ atque ad invicem referibi-
les, ibi habetur multiplex numero transgressio, et peccatum:
patet et hæc consequentia. Atqui ubi etiam unus, idemque actus
phijsicus tendit in plura objecta totalia, et adæquata, ibi

habentur plures numero violationes juris alterius inter se contradistinctæ, nulloque modo inter se connexæ, atque ad invicem referibiles, ut vel patet meditanti casum, quo quis una simul occideret Paulum, et Antonium, aut de pluribus detraheret: jus siquidem, quod unus homo habet in suam vitam, et famam est adæquate distinctum a jure alterius, neque ad illud est referibile; ergo &c. Quod vel etiam patet ex eo, quod malitia actus, quo quis una simul de tribus detraheret, aut tres occideret, æquivalet malitiæ trium actuum, quibus detraheret de tribus, aut tres occideret: Si quis autem de tribus singulatim detraheret, aut tres occideret homines, tria procul dubio committeret peccata; ergo etiam tria peccata committeret, qui uno actu physico de tribus detraheret, aut tres occideret, et proinde in confessione non tantum patefacienda est multiplicitas hujusmodi actuum, sed etiam patefaciendus erit numerus objectorum totalium, in quæ illi actus tendebant, quod nobiscum sentiunt etiam plures ex oppositæ sententiæ Patronis, quamvis teneant, circumstantias notabiliter aggravantes intra eamdem speciem in confessione necessario non esse aperiendas. Quod non alia ratione dici posse videtur, quam quod numerica objectorum multiplicitas multiplicat numerum peccatorum: In confessione siquidem juxta prædictos Doctores solum necesse est manifestare, quod vel constituit specificam, vel numericam peccati distinctionem: Multiplicitas autem objectorum totalium pro casu, quo disputamus, non constituit specificam peccatorum distinctionem; ergo constituit numericam; ergo &c.

101\. Oppones: Actus physicus unus, quo quis intendit occidere, aut detrahere de unico tantum homine, et reipsa unum tantum hominem occidit, aut de unico solum detrahit, est unum numero peccatum, nisi interveniat aliqua circumstantia speciem mutans; ergo etiam actus physicus unus, quo quis una simul intendit plures occidere, aut de pluribus detrahere, et reipsa plures occidit, aut de pluribus detrahit, est unicum numero peccatum, nisi interveniat aliqua circumstantia speciem peccati mutans. Consequentia hæc patet, quia homicida, et detractor per suum actum physicum unum tendit in illa plura objecta, quæ plures homines tendit per modum unius objecti totalis et adæquati.

Confirmatur. Actus physicus unus, quo quis una simul intendit, et conatur, toti, et integræ familiæ vaneum pungere, est unicum numero peccatum, integra siquidem familia in jure tanquam unica persona reputatur, ut habetur in Leg. Utilissimum ii. adictum. ff. Si familia furtum fecisse dicatur: atque adeo plures personæ familiam componentes se habent veluti plura cubicula domum com-

jumenta; ergo sicuti qui totam domum combusserat, unicum numero peccatum commiserat, ita et unicum peccatum faceret, qui integræ familiæ venenum propinarat; sed alius ille venenum familiæ illi integræ propinandi tendit in plura objecta totalia, et adæquata; ergo &c. Quod vel etiam ex eo natura docet, quod si quis læderet jus, quod communitas, aut civitas aliqua habet v.g. possidendi prædium aliquod aut eligendi ad officium, aut dignitatem aliquam, idque unico actu physico faceret, unicum numero peccatum faceret; atqui ergo quemadmodum communitas, aut civitas, ita et familia sit quoddam totum morale, sicuti unicum numero peccatum faceret, qui prædictum communitatis aut civitatis jus unico actu læderet; ita et qui integræ familiæ venenum propinaret.

Confirmatur 2do. Qui crumenam eriperet, in qua sunt centum aurei ad centum dominos spectantes, nonnisi unicum numero peccatum furti committeret; Quod vel primo patet ex eo, quod si quis eriperet ducatum ad centum pauperes pertinentem nonnisi unicum peccatum mortale committit, 2do quia praxis non est, ut in confessione indicetur pluralitas personarum, ad quos res unico actu ablata spectabat; sed solum quantitas rei ablatæ manifestatur; sed in casu illo illi singuli centum aurei sunt objecta totalia furti, utpote cum diversa jura violentur; ergo &c. Ac proinde sicuti qui pluribus pauperibus eleemosynam una simul elargitur, aut de duodecim Apostolis simul blasphemaret, unicum peccatum facit; ita et qui unico actu decem occideret homines.

Confirmatur 3tio. Concretum, seu totum accidentale non multiplicatur, nisi multiplicato subjecto, aut recto ipsius concreti; sed peccatum est totum, seu concretum accidentale, cujus subjectum, seu rectum est actus liber; ergo unico actu physico non fit multiplex numero peccatum; ergo &c.... Confirmatur ultimo. Unus actus nonnisi in unum objectum tendere fit; ergo neque tendere, et nisi in unicam malitiam objectivam; et per consequens malitia formalis actus physici unius nonnisi unica esse potest; ergo &c.

102 Respondeo concesso anti. negando consequentiam, cujus veritas ex subjuncta ratione non convincitur. Licet enim verum sit, eo in casu homicidam, et detractorem per suum actum physicum unum tendere in illa plura objecta; seu plures homines, tanquam in unicum objectum physicum totale, et adæquatum; falsum tamen est, tendere in illa plura objecta, seu plures homines per modum unius, seu tanquam in unicum objectum morale, totale, et adæquatum; sed singuli homines se habent tanquam objectum adæquatum in esse moris. Tunc siquidem plura, et numero distincta jura violantur, quod, ut probavimus, sufficit ad numericam peccati multiplicationem sicuti ad multiplicationem specificam ejusdem actus physici sufficit violatio

plurium jurium specie morali distinctorum, ac diversorum. Ad primam confirmationem nego antecedens, ad
103. cujus probationem dico, quod licet integra familia fictione juris una persona reputatur, non censeatur tamen una persona in genere moris; sed tot in morali hominum aestimatione judicantur personae, quot in ea sunt homines; et proinde sicuti licet exercitus sit una plurium militum collectio; alter qui totum exercitum occideret, in genere morali non potest dici unicum commisisse homicidium; sed vere dicitur, tot homicidia patrasse, quot sunt milites in exercitu; ita licet tota familia fictione juris sit unica persona; alter tot numero erunt homicidia, quot in ea sunt homines, quibus vanenum propinatur; quemadmodum tot erunt specie distincta peccata, quot in illis singularibus personis intervenirent circumstantiae speciem mutantes. Hinc ad exemplum combustionis domus, aut aliud simile patet disparitas; quia nempe cubicula illa omnia sunt vere partes combustae domus, à quibus, et cum quibus sensu omnium ordinate ad integram ejusdem domus confectionem; et insuper, cum supponatur, totam domum ad eundem dominum pertinere, unicum jus violatur; contra vero homines non tanquam partes familiam componunt, sed tanquam personae, et totum in genere hominis, et ita quidem, ut singuli habeant jus adaequate distinctum ab aliis, ne in vita, aut membris suis laedantur. Caeterum si singulae partes domus considerantur non tanquam partes, sed tanquam totum ab ipsa domo distinctum, quod propositum fieret, cum illae ad diversos, distinctosque dominos pertinerent, tunc, ut infra patebit, tot erunt numero distincta peccata, quot sunt domini, ad quos dominium combustae domus spectabat.
104 Quod vero attinet ad laesionem juris communitatis, aut Civitatis, distinguendum est inter jus, quod illi primo, et per se competit, ut est quaedam persona juridica, sed singulis illius individuis, in particulari nempe, et seorsim acceptis nullo modo competit, sicuti accidit, cum Civitati v. g., aut communitati, aut Capitulo &c. quà talibus competit jus eligendi, nominandi, possidendi &c. nullo modo vero singularibus membris quà talibus: Atque inter jus, quod competit Communitati, Civitati &c. non tantum ut Communitas, Civitas &c. est; sed etiam ut sunt diversa capita, unumquodque eorum suum jus habens, ab aliis etiam distinctum; taliter, ut jus illud primo competat membris individuis illius, et ratione illorum Communitati, Civitati &c. Atque tale est jus, quod familia habet ad bonam sui famam: Haec enim primo fundatur in singularibus juribus, quae unaquaeque persona illius familiae habet ad suam famam, quae deinde in totam transfunditur familiam. Jam vero licet laedens jus communitatis, Civitatis &c. primo modo sumptum unicum committat peccatum,

plurium tamen peccatorum numero distinctorum reus fieret, qui jus
communitatis, civitatis seu secundo modo spectatum vio-
laret, cum tunc in rigore plura, et quidem distincta jura
violaret; cum ergo difficultas praesens in hoc secundo sen-
su procedat, paritas assumpta nostram confirmat, atque
roborat sententiam. Ad 2dam confirmationem nego ans., ad ejus
105 primam probationem evidens est disparitas; nam eo in casu,
nempe furati ad centum pauperes spectantis, tale furtum
non est numero multiplex peccatum mortale, quia jus sin-
gulorum pauperum in re gravi non violatur, sed solum
ea particularia jura ut coalescentia in unum constituunt unum
jus grave, et momenti maximi; adeoque respectu illius commu-
nitatis, seu collectionis pauperum grave jus laeditur: contra
vero in primo casu, nempe aurearum, singulorum domino-
rum jus graviter laeditur. Atque ex his ad 2dam antis proba-
tionem talem praxim saltem communiter vigere nega-
bis, cum et inter poenitentes quamplures sint, qui et nu-
merum personarum, quibus res ablata fuit, satisfaciant in
confessione, sicuti et inter confessarios plurimi sunt qui
de eo interrogant; Atque adeo merito negatum est ans., quod
neque efficaciter probatur ex eo, quod quis eidem domino
furans pecuniam, frumentum, et pannos simul unicum tantum
numero peccatum. Nam, ut diximus in secundo notando, cum
pecunia, frumentum, et panni sint res, quarum una est ca-
pax accipiendi augmentum ab altera, eaeque res sint invicem
commutabiles, seu permutabiles, atque ad eundem dominum
eo in casu pertineant, unicum objectum totale, et adaequatum
constituunt: Quod in casu nostrae difficultatis non evenit.
Sicut ergo eidem domino eodem actu furans pecuniam, frumen-
tum, et pannos unicum numero peccatum committit; tollit.
Ad exempla autem de elargiente ele-
106 emosinam pluribus simul, et de blasphemante in duodecim
Apostolos a nostrae sententiae patronis communiter conceditur
tunc, nempe in primo casu eleemosynam idem esse numero
multiplicem; sicuti et in 2do casu, nempe blasphemantem
unica simul in duodecim Apostolos duodecim numero
peccata committere; atque adeo dictae paritates nobis fa-
vent. Ceterum omisso ant., negari potest consequentia, et quoad exem-
plum de eleemosyna disparitas assignari potest cum Salmanticen-
sibus loco supra citato num. 52; quia nempe virtus non
sumit suam unitatem, ac bonitatem ab affectu, et effectu
sed a formali quodam motivo, eleemosynae virtus v.g. non
multiplicatur ab affectu, et effectu pluribus, aut paucioribus
subveniendi, sed a motivo honestatis, quae inest virtuti
eleemosynae; quae ratio formalis honestatis cum una sit, sive
uni, sive pluribus subveniatur; hinc sive uni, sive plu-
ribus quis subveniat eodem numero actu, unicum numero

actum eleemosinæ elicit: contra verò actus mali multiplicantur non solùm ad multiplicationem motivi formalis, sed etiam affectuum, et affectuum, qui etiam sint tantùm indirectè voluntarij: ubi autem idem numero actus Physicus respicit plura objecta secundùm se adæquata, quæ mala sunt, tunc affectus mali sunt plures; ergo licèt actus physicè unus, quo pluribus per eleemosinam succurritur, est etiam moralitèr unus, atten. &c. Quoad exemplum verò de Blasphemia in Apostolos dispersitos id fit, quia irreverentia irrogata sanctis Apostolis tunc est moralitèr una, cum conveniant in una formali ratione, ob quam sunt veneratione digni; secus verò contingit in casu nostræ difficultatis.

107\. Ad 3.tiam confirmationem d.o m.d. Concretum accidentale moralitèr non multiplicatur, nisi moralitèr multiplicato subjecto, seu recto ipsius concreti, conc.o: nisi physicè, et realitèr multiplicato subjecto, seu recto ipsius concreti, nego majorem, et concessa minori, nego consq.m. Ut enim concretum morale, quale est peccatum, moralitèr multiplicetur, necesse non est, ut ejus subjectum, seu rectum physicè, seu realitèr multiplicetur, sed sufficit, moralitèr illud multiplicari: Ubi autem actus malus versatur circa plura objecta secundum se totalia, et adæquata, tunc moralitèr subjectum seu rectum concreti multiplicatur, ut patet meditanti dicta in puncto nostræ propositionis; ergo &c.

108 Ad ultimam confirmationem d.o an.s Unus actus physicus physicè consideratus nonnisi in unicum objectum tendere pot, omitto: Unus actus Physicus moralitèr consideratus nonnisi in unum objectum adæquatum tendere pot, nego an.s, et consq.m. Quamvis verum sit, unum numero actum physicum physicè consideratum tendere non posse in plura objecta physicè adæquata; attamen id falsum est de actu physicè uno, sed moralitèr considerato, ac de objecto in esse moris inspecto, quia secus unicus actus physicus non possèt jurapontinere multiplicem specie distinctam malitiam respectu objectorum totalium: Quod tamen falsum est; ergo &c.

109\. Atque ex his facile est deducere, in confessione non solùm esse patefaciendum numerum actuum quibus quis V.G. de pluribus detraxit, plures vulneravit aut occidit &c., sed etiam numerum objectorum totalium, circa quæ actus malus versatur, V.G. numerum hominum, de quibus detraxit, quos vulneravit, aut occidit &c., dicendo V.G. semel, aut bis de tribus hominibus detraxi, semel aut bis unico actu tres vulneravi, occidi &c., adeò ut difficultas solùm esse possit in dignoscendo, quandonam plura objecta, in quæ actus malus physicè unus tendit, sint totalia, et adæquata: et quando ea sint partialia, et inadæquata in genere moris: et quidem talis est hæc difficultas, ut ibi ipsi Doctores qui pro hoc dubio solvendo assignant regulam à nobis su-

pro in secundo notando num. 99. traditam varijs in casibus inter se dissentiendi, cujusmodi inter caeteros sunt sequentes: et primo an una simul de tribus fidei Articulis dubitans, aut in tribus diversis materijs, v.g. justitiae, fidelitatis, et scientiae in Deum blasphemans tria peccata haeresis, aut blasphemiae committat. 2do an efficaciter exoptans eidem Domino diversa dominia, v.g. Principatum, Regnum aspirare, plura furti peccata committat, etiamsi per unicum actum id faciat. 3tio an uno actu detrahens alteri in tribus materijs diversis, v.g. justitiae, castitatis, et temperantiae, trium distinctorum peccatorum reus fiat. 4to, ut alia omittam, an minister unico actu tres baptizans, aut absolvens tria numero distincta faciat peccata. De his autem, aut alijs similibus casibus quis in locis specialibus dicam, licet principio praejacto conformior mihi videatur sententia stans pro numerica peccatorum multiplicitate in relatis casibus. Haec circa numericam multiplicitatem peccati in eodem numero actu physico, nunc

Secundae Difficultatis Solutio.

110 Secunda difficultas proposita circa numericam unitatem, aut multiplicitatem moralem peccatorum erat, an plures ac distincti actus Physici sint semper plura, ac distincta numero peccata, an vero unicum peccatum valeant constituere, et de facto constituant. Pro cujus solutione in primis distinguendum est inter peccata cordis, et peccata oris, et operis, seu inter peccata, quae interius consumantur, ut Odium, superbia, invidia, haeresis, delectatio morosa etc., et peccata, quae exterius perficiuntur, ut perjurium, idolatria, homicidium, fornicatio, furtum, blasphemia etc. Secundo distinguendum est inter actiones malas, seu peccata in se completa, et consummata, et inter actiones malas, seu peccata ex se non completa, et consummata. Priora sunt, quae consistunt in actione de se, et ex natura sua, aut communiter hominum sensu nullo modo tanquam pars, aut medium, aut dispositio ad aliam ordinata, aut eidem subordinata; et adeo habente terminum proprium, in quo completur, et ultra quam non fit progressus; cujusmodi est fornicatio, pollutio, homicidium etc. Una enim fornicatio, pollutio, homicidium etc. ad aliam fornicationem, pollutionem, homicidium etc. de se non ordinatur, neque etiam, quod secunda fornicatio, pollutio, homicidium etc. sequatur, prima intenditur, aut perficitur, sed aeque perfecta est, etsi aliae non subsequerentur. Peccata vero secundi generis sunt, quae consistunt in actione secundum se, et ex natura sua incompleta, alteri subordinata, et se habente velut pars, aut dispositio, aut medium ad aliam tanquam ad terminum, et finem: Atque hujusmodi sunt tactus, oscula, verba turpia propter copulam, aut pollutionem in-

tenta, atque suscepta, item percussio, et vulneratio ad mortem ordinata, in qua ultimo completur &c. His autem diligenter notatis sit.

111 Propositio prima. Peccata cordis, hoc est quae interius in intellectu, et voluntate perfecte consummantur, ut Haeresis, odium, desiderium, delectatio morosa, judicium temerarium, superbia, invidia &c. multiplicantur per quamcumque cessationem, sive voluntariam, sive naturalem, puta ex somno, vel distractione animi ortam, et illorum voluntariam repetitionem. Ita communior contra cum Salmanticensibus hic Tract. 20 cap. 12. Pun. 5. §. 1. num. 32. Honorato Tournely, sive ejus Continuatore hic Part. 1. Cap. 3. A. 2. P. Antoine hic Cap. 1. Q. 6., et alijs quamplurimis, atque suadetur hoc pacto. Illi actus mali tanquam plura numero distincta peccata habendi sunt, qui nihil habent, in quo uniantur, et continuentur moraliter ad constituendum unum numero peccatum; Atqui peccata cordis, hoc est quae interius in intellectu, et voluntate perfecte consummantur, hoc ipso quod inter ipsa intervenit aliqua cessatio, sive voluntaria, sive involuntaria, seu naturalis, et voluntaria repetitio, nihil habent, in quo uniantur, et continuentur moraliter ad constituendum unum numero peccatum; ergo &c. Major per se est manifesta, probatur autem minor quoad cessationem involuntariam, seu naturalem, quoniam, ubi intervenit cessatio voluntaria et voluntaria repetitio actum est, ibi plura numero peccata interveniunt, cum ubi prior voluntas libere dimissa fuit non fuit moraliter continuata, quia semel moraliter dimissa fuisset, et non fuisset, ut patet, probatur itaque, quoad cessationem involuntariam, seu naturalem, et quidem sic. Peccata cordis, seu quae interius in intellectu, et voluntate perfecte consummantur, hoc ipso, quod inter ipsa intervenit aliqua cessatio etiam involuntaria, seu naturalis, nullo modo, sive neque formaliter, neque virtualiter manere, et perseverare sed tantum, ut peccatum habituale. nam non manere, et perseverare in actu interno, cum inter actus internos nulla cessatio aliqua intercedat: non etiam in actu externo, aut interno effectu, cum tales actus interni ad externos non ordinantur; atqui actus, qui neque formaliter, nec virtualiter manere, et perseverare, nihil habent, in quo consequenter uniantur, et continuentur moraliter ad constituendum unum numero peccatum, ergo &c. Hinc inferendum si quis hic et nunc eliciat actum odij, invidiae, haeresis, delectationis morosae &c. deinde involuntarie, et naturaliter distrahatur ad alia, et inde resumat alium similem actum, duo peccata odij, invidiae, haeresis &c. committit, et sic tot peccata numero distincta faciat, quot erunt actus taliter renovati.

112 Neque quidquam obest, in dicas. Qui ergo per integram diem perstitit in odio v.g. sui inimici, tot numero peccata commisit, quot passus est etiam involuntarias, et naturales distractiones, quotque actus formales odij resumpsit: qui proinde numerus peccatorum in confessione esset

manifestandus: quod nulla ratione dicendum est, quia sicuti sacramentalis [illegible] confessio est moralitar impossibilis, ita talem peccatorum numerum invenire sit moraliter impossibile: Hoc, inquam, non obest. Nam vel praedictus numerus morali debita diligentia post debitum examen est invenibilis, vel non: si primum, manifestari debet in confessione: si autem secundum contingat, tunc satis erit in confessione indicare moram temporis, dicendo v.g. per horam perseveravi in delectatione morosa, per hebdomadam in odio proximi, seu inimici; hosque actus toties, vel saepius, vel raro renovavi. Tunc enim numerus peccatorum declaratur eo modo, quo moraliter fit, et per modum unius confusae multitudinis in tali mora inclusae, quae ex communi agendi modo a confessario aestimatur: Quod sufficit pro confessione.

113 Propositio secunda. Quamvis actus mali physice plures ad eundem numero actum moralem consummatum spectantes, atque ex eodem fine principali intenti, nec moraliter interrupti, etiamsi inter se valde diversi sint, dummodo novam peccati speciem non inducant, unum numero peccatum constituunt in ordine ad confessionem sacramentalem: attamen ubi actus illi mali in ordine morali fuerint completi, et consummati, tot numero peccata constituunt, quot fuerint actus completi. Ita cum communiori sententia quoad [illegible] nostras. Atque primae partis ratio est, quia in casu omnes illi actus ita inter se uniuntur, ut prudentum judicio censeatur una actio in genere moris, atque in illis omnibus actibus censetur una deliberatio, et determinatio voluntatis virtualiter, ac moraliter perseverans. Quod vel patet exemplis externis. Sic si quis extimo convivio occidere inimicum atque inde animo, inimicum quaerat, ac inventum gladio transfodiat, unicum homicidii peccatum committit: sicuti unum peccatum facit, qui animo fornicandi e domo exit, ad mulierem impudicam pergit, cum ea turpia verba facit, deosculatur, ac tandem cum ea cognoscit, cum actus illi omnes ordinentur, et intendantur propter copulam tanquam actum principalem.

114 Dixi autem primo: Ad eundem numero actum moralem consummatum spectantes: si enim non ordinentur ad actum illum consummatum, v.g. turpes dispositiones, media, inchoationes, &c., sed impertinentem se habeant, tunc sunt peccata numero distincta. Sic si quis inimicum paratus occidere, verba blasphema profert ut eundem deterreat, verba illa blasphema sunt peccata ab homicidio distincta.

Dixi secundo: ex eodem fine principali intenti. Si enim actus, qui etiam secundum se sunt dispositiones, media, inchoationes &c. non intenduntur, neque referantur ad actum principalem, etiamsi actus principalis inde contingat, diversa, et distincta [illegible]

ad peccatum faciunt: sic si Petrus v. g. primo constituisset tantum verberare Paulum, et postea ex ira fervescente eum occiderat, duo numero peccata commisisset, sicuti plura faciat peccata, qui simpliciter tactus libidinosos intenderis cum muliere, et postea libidine aucta, cum ea copulam habuerit. Atque ratio est, quia nempe tunc illi actus moraliter non uniuntur, nec in aestimatione morali hominum unica actio censentur, quinimo ad actum subordinatum, et principalem tunc habetur duplex, etiam moraliter, voluntatis deliberatio, et determinatio.

Dixi 3tio: Nec moraliter interrupti. Moralis enim interruptio, ut paulo post dicam, multiplicat actus etiam in ordine morali; et adeo plures actus mali moraliter interrupti sunt plura numero peccata, tot nempe, quot sunt actus moraliter interrupti. Dixi tandem: etiamsi inter se valde diversi sint, dummodo novam peccati speciem non inducant. Si enim actus subordinati actui principali ex se, et ratione sui dicant specialem malitiam, tunc cum actu principali unam tantum numero malitiam non dicent, ut patet in eo, qui aliquem mortem intendens magicis artibus utatur.

215 Secundae vero partis ratio est, quia etiamsi a peccante unus, vel plures actus in esse moris completi, et consummati ad alium ordinarentur, attamen nihil habent in quo moraliter uniantur, unumque constituant; et proinde non sunt una, sed multiplex moralis actio. Unde pollutio, quae contingeret ei, qui libidinose agit cum muliere, ut cum ea copulam habeat, est peccatum numero distinctum a copula, speciatim in confessione explicandum, quia nempe pollutio est peccatum completum, et consummatum in suo genere, nec ullo modo ex se ad copulam ordinatur, quinimo est contra finem copulae, nempe generationem: similiter sacerdos die Natali Christi tres missas continenter legens, tamen in lethali peccato communicans tria numero facit sacrilegia, quia unaquaeque missa est actio sacramentalis completa, nec ex se ad aliam missam ordinatam. Quod idem saltem probabilius contra nonnullos dicendum est de sacerdote plures successive absolvente, pluribus communionem porrigente etc., tot videlicet peccata numero distincta committere quot sunt personae, quae absolvuntur, quibus Eucharistia dispensatur, singulae enim absolutiones, communiones sunt completa actio sacramentalis, ac sacramenti distributio, nec ex se una ad alteram ordinatur.

217 Neque dices contra primam propositionis partem, ex ista veritate prioris partis nostrae propositionis, sequeretur, quod qui inimicum occidere decrevit, interim paravit equum, arma sumpsit, inimicum quaesivit, ac tandem post aliquod tempus inventum occidit, unicum numero homicidii peccatum commisisse, etiamsi pluries interim renovaverit occidendi propositum, et voluntatem;

idemque dic de eo, qui intentione copulae domo suâ exiit, ad meretricem petiit, cum ea turpia verba, oscula, et tactus impudicos habuit, et tandem copulam pluries animo conceptam consummavit, hoc non est dicendum; ergo &c. Minor prob. Peccatum praecipuè, quinimò juxta doctrinam à nobis in superiori Tractatu de Actib. Hum., ubi de augmento malitiae actus interioris per exteriorem, unicè consistit in actu interiori voluntatis; ergo quoties voluntas multiplicatur, etiamsi actus externus non multiplicatur, peccatum debet multiplicari, ergo &c. Quod vel confirmari fit primo ex eo, quod qui plures concepit efficax desiderium occidendi inimicum, fornicandi &c., si deinde effectus, homicidium nempe, et copula non sequatur, singula desideria concepta debent in confessione patefieri; ergo et patefacienda erunt, cum effectus sequitur, nempe homicidium, et fornicatio; ergo sunt peccata numero distincta... 2do, quia non satis manifestatur peccatum solo effectu indicato, cum non rarò contingat, plus temporis mediare, et plura concipi desideria in uno, ac altero actu, antequam consummetur, ergo &c.

117. Non dicas, inquam, haec: Nam concessa majori pro solutione; quo moralis interruptio non intercessit, nego min., quae efficaciter non probatur ex eo, quod actus externus per se, et ratione sui specialem malitiam non dicit. Quando enim actus internus ordinatur, et respectum dicit ad externum, unum totum morale cum externo constituit, et ita quidem ut etiam plures actus interni respicientes eundem externum complendum, et consummandum, cum sint via, et causa illius, in morali hominum aestimatione in unum cum externo coalescant, et amplius distincta peccata non reputentur, eo etiam ratione, quia saltem virtualiter, semper in affectu perseverant: Quod dici non fit de actibus internis ad externum non ordinatis. Atque per hoc patet ad rationem primo loco in confirmationem adductam, quia nempe ubi actus externus non sequitur, illi plures voluntates non habent tertium, in quo sint unum: Ubi vero actus externus fit, habent tertium, in quo unum sunt. Atque ex his ad alteram rationem patendum est, ubi quis diu in mala voluntate v.g. per mensem, aut etiam per hebdomadam perseveravit, hoc in confessione patefaciendum est, hoc non evenit, quia actus interni ad externum ordinati per se numerum peccati multiplicant; sed quia ubi inter conceptum desiderium mali operis externi, et ejusdem executionem longius tempus intercedit aliqua moralis interruptio contingit. Impossibile siquidem moraliter est, quod ad alia opera, quae non sunt via actus mali externi, operarius se non divertat. Atque adeò cum moralis interruptio peccatorum numerum multiplicet, in casu regulariter externum effectum indicare non sufficiat in confessione sacramentali...

118\. ... Itam non dicas contra eandem propositionis partem: Si perfecto actu venereo, et secundo seu completo, et consummato per alterius repetitionem peccato numero multiplicantur, tactus, et oscula impudica post copulam completam immediate habita essent novum, et distinctum peccatum ab ipsa copula sicuti et decem numero peccata faceret, qui uno quodam perverso motu, eaque carnalis delectationis intentione decies se, vel alium cum aliqua interruptione tangeret: hoc non est dicendum: non primo quidem, quia tales tactus, et oscula sunt complementum majoris copulae, et voluntatis ex ea habitae: non etiam secundo, quia tactus illi, licet interrupte exerciti censentur una moraliter actio sicuti censetur unus moraliter [illegible] ejus, qui plura [illegible] successive surripit, aut eodem irae impetu pluries eundem percutit, aut pluribus ejusdem rationis conviciis exonerat; ergo etc.

119\. Hoc, inquam, non dicas. Nam quod attinet ad tactus, et oscula post completam copulam habita, ea sunt novum, et distinctum peccatum, non solum quando inter ea, et copulam habitam longa temporis mora intercessit; sed etiam quando intenduntur ad novam copulam, et periculum pollutionis interveniret, vel in ipsis tanquam novis voluptatibus sisteretur; quidquid porro sit pro casu; quo intenderentur, et exercerentur velut complementum prioris voluptatis: pro quo casu in utramque partem sentiunt magni nominis Doctores. Atque ex his ad alios casus de tactibus interrupte exercitis, atque conviciis in alium prolatis, aut percussionibus inflictis dicendum est, tunc plura committi peccata, si ea interruptio sit moralis, secus vero si sit tantum Physica, de qua paulo post dicam.

120\. Propositio tertia. Actus mali physice plures etiam de se, et ex modo suo ordinati ad unum actum moralem completum, sunt plura numero peccata in confessione patefacienda, si fuerint moraliter interrupti, seu discontinuati: adeoque tot sunt peccata, quot sunt actus mali moraliter interrupti. Est communis Doctorum sententia quae vel ex eo satis ostenditur, quia nempe ibi tot sunt peccata, quot sunt actus humani moraliter mali, atqui tot sunt actus humani moraliter mali, quot sunt actus voluntatis moraliter distincti, interrupti, sive discontinuati: Moralis siquidem interruptio, et discontinuatio efficit, ut actus non sint inter se moraliter connexi, sicuti moralis continuatio facit, ut actus licet physice plures sint unus moraliter actus, ergo cum actus mali inter se moraliter non connexi, inter se sint numero distincti, quot erunt actus mali moraliter interrupti, seu discontinuati, tot erunt numero peccata, ergo etc. Atque adeo solum difficultas est

in cognoscendo, quandonam actus physici plures ad eundem complendum actum ordinati sint interrupti, et moraliter discontinuati. Resp. in difficultate

Dico primo, actus physicos plures de se, et ex

121. natura sua spectantes ad unum actum moralem consummandum fore moraliter interruptos, seu discontinuatos, ubi voluntas totaliter, seu per expressum actum fuerit retractata, et iterum resumpta, uti tenent Navarrus, Suarez, Bonacina, Hurtadus, Castropalaus, et alii apud P. Claudium La-Croix hic Quaest. 4 num. 174. Ratio est, quia formalis, et expressa retractatio prioris voluntatis efficit, ut posterior resumpta voluntas non possit cum priori retractata in unum moraliter coalescere; quippe cum tunc prior voluntas neque in se, neque in aliquo effectu ad secundam ordinato permaneat, et perseverat; ac proinde qui hic et nunc est efficaciter determinatus ad furandum, ac paulo post advertens ad malitiam operis, serio poenitens, si deinde suum malum propositum peccandi, seu furandi renovat, duplicis furti fit reus, et sic aliorum, si id inde contingat.

Neque valet opponere [illegible]; et primo

122 quod unum peccatum videatur committere, qui die jejunii surgens a secunda refectione cum voluntate expressa non comedendi amplius, novo paulo post opposito ferculo, denuo comedit: 2do, quod illa multiplicatio peccatorum per solam voluntatis retractationem moraliter discernibilis non sit: 3tio, quod retractatio voluntatis non videatur seria, sed fictitia, et illusoria, si vel in subsequenti instanti, vel paulo post voluntas peccati reassumatur: Non valet, inquam, hoc opponere. Nam, in primo casu non unum, sed multiplex peccatum a pluribus Doctoribus agnoscitur: Caeterum si sententia placeat cum nonnullis aliis, tale prandium ab Ecclesia per modum unius comestionis computari, vel etiam praeceptum jejunii respicere totam, et integram diem tanquam unum et indivisibile objectum; et adeo sive duplici, sive multiplici comestione unicum peccatum committi, vel per se patet argumentandi ex eo deducendum ad rem non esse. Falsum deinde est, quod 2do loco asseritur; cum enim voluntas deliberata immutatur, ut contingit in casu nostro, et quisque perfecte advertat ad id, quod positive vult, et positive non vult, facile discernibilis est multiplicatio peccatorum ex tali fonte petita. Caeterum etsi per accidens aliquando contingeret, quod talis immutatio voluntatis non esset facile discernibilis, nunquid propterea negandum foret, a voluntatis retractatione numerum peccatorum recte desumi? Si hoc verum esset, neque a circumstantiis desumenda esset species peccati, cum aliquando contingat, has non esse facile discernibiles. Tandem quod tertio loco affertur, dici tantum potest ab eo, qui volubilitatem, et inconstantia

tūe mentis ignorat. Cæterum nos loquimur solum de retractatione verā, et propriē tali, atque hujus ratiō numerum peccatorū multiplicare asserimus, minimè verò, ubi retractatio est inefficax, seu actus desistendi à peccato potiùs velleitas, aut nolleitas quædam, quàm vera voluntas, aut potiùs est suspensio quædā, et inter utrumque extremū hesitantia volitionis, aut nolitionis: Hoc enim in casu unicum peccatū committi non negamus et proinde Petrus V.G. legens librum turpem, Paulo talem lectionem dissuadente, veluti pro tunc suspensus hæreat, ac deinde resumpta voluntate pergat legere, unū numero peccatū faciet, quiā nempe talis animi suspensio moraliter lectionē illam non discontinuat.

123. Dico secundo, actus malos physicè plures etiam de se, et ex natā sua sibi subordinatos, atque ad eundem numero actum consummatum spectantes, esse plura numero peccata, quando inter priorem, et posteriorem actum, voluntas voluntariè distrahitur, et deliberatè se convertit ad actum incompossibilem cum priore intentione, vel etiam ad actum cum prædicta intentione compossibilem, qui tū neque est viā, neque medium, neque dispositio, neque inchoatio, neque conditio necessaria &c. ad actum primò intentum consummandū, si id fiat absque proposito deinde actum priùs conceptum pertinendi. Itaque potest, vel esse eo, quod prior actus tunc neq: formaliter, idest in se, neque virtualiter, idest in aliquo effectu ordinato ad posteriorem actum perseverat: Actus autem, qui neque formaliter, neque virtualiter perseverat non sit unum totum moralē constituere; ergo &c.

124. Hinc primò Petrus V.G. paratus occidere Paulum, ac Paulo extremè indigenti sibi obviam occurrenti ac eleemosinam petenti succurrens, ac paulo post actū repetens, et occidendi propositum renovans duo committet peccata numero distincta.... 2dō Franciscus efficaciter determinatus ad furandum, omnemque conatū adhibens ad complendum opere, quod mente concepit, ac deinde imposterum perficere conceptum desiderium ex tædio, lassitudinē, timore &c. desistit sine proposito ulteriùs progrediendi, si dein ea desiderium renovat, novū, et distinctū numero peccatū furti committit..... 3tiō, ut omittam alia, Antonius determinatus contumelijs onerare Jacobum, si inde contingat casus, ut beneficio ab eodem Jacobo affectus desistat atq̃ data opportunā occasione, ac posteà priorem animū renovat, duplici se peccato obstringet. His enim in casibus, aut similibus neque formaliter, neque virtualiter prior voluntatis actus perseverat, ~~ritq~~ moraliter conjungitur cū posteriori.

125 Dico tertiò, quod etiamsi actus mali physicè plures, qui sunt via, et dispositio, unum numero peccatum constituant cum actu completo, et consummato, in quem ordinantur, cum inter unum, et alterum brevis mora intercedit, nisi aliud obstet; attamen ubi inter unum, et alterum nimis magna mora temporis intercedit, hoc etiam tantum attento, non unum, sed multiplicant numero peccatum, ut habet communis sententia contra nonnullos. Primae autem partis ratio est. Ubi brevis mora inter unum et alterum actum non retractatum, neque omissum cum proposito non prosequendi, et continuandi actionem usque ad ejus complementum, intervenit, ea interruptio non est in rigore interruptio moralis, sed pure physica; adeoque actus physice plures in morali hominum aestimatione sunt, et coalescunt in unum. Et sane quis dicet, missam non esse unam, eandemque actionem, licet proinde contingeret, ut celebrans aliquantis dormiret, dum habetur concio? Item quisnam negabit, unum numero peccatum homicidii patrari ab eo, qui dum inimicum quaerit, casu amico invento, eum salutat, et cum quanto cum eo confabulatur, et deinde resumit iter, et inimicum inventum occidit? Brevis ergo mora inter unum et alterum actum ad eundem actum consummatum de se et ex natura sua ordinatum numerum peccatorum non multiplicat, nisi aliud obstet. Ac proinde qui in via pergens ad [illegible]vandum, ad inimicum occidendum brevi somno correptus dormitet, et deinde experrefactus iter prosequeretur, et consummato opus perficeret, unicum peccatum committeret, sed etiam ratione, quia talis somnus in casu sit dici assumptus tanquam medium, ut possit finis obtineri.

126 Ratio verò secundae partis est, quia ubi quis per longum tempus vel ab opere inchoato distrahitur, vel ad alia non conducentia ad actus consummationem applicatur, actus illi sunt inter se moraliter discontinuati, nihilque habent in quo moraliter uniantur, cum prior intentio tunc neque formaliter, neque virtualiter, nempe in aliquo effectu perseveraret. Et proinde qui V.G. mane deliberavit se adveniente nocte, velle furari, moechari &c, et deinde per totam diem ad alia distrahitur, quin unquam de furto, de fornicatione &c quidquam cogitet, et postea nocte furatur, moechatur &c, non unum, sed multiplex commisit peccatum numero distinctum. Verum quandonam in particularibus casibus mora censenda sit longa, et quandonam censenda sit brevis, non potest una regula facile definiri, cum quaedam sint interruptiones, quae respectu unius actionis spectato hominum prudentum sensu, sunt morales, et diuturnae, respectu vero alterius actionis sunt tantum breves, et non morales sed physicae tantum: sic V.G. comestio per horam discontinuata dicitur moraliter interrupta, atque ea mora moraliter censetur longa; contra

verò intentio furandi, aut adulterandi censetur moraliter perseverare, etsi discontinuetur per somnum, aut comestionem necessariam unius horæ, et adeò nisi fuerit, aut expressè, aut implicitè retractata est una moraliter, cum nova resumpta intentione. Atque hinc necessarium erit pro singularibus casibus, et materijs recurrere ad sensum prudentum, habita reflexione ad intensionem actus antis, qui voluit executionem impendere, ad naturam occupationum, quæ animum distrahebant, et ad alias circumstantias, quæ priorem actum quasi abolere dici possunt. Quamvis pro praxi semper optimum erit, ut docent communiter Doctores, ut pœnitens in confessione explicet moram temporis, et consuetudinem sæpè, aut rarò repetendi tales actus v.g. per horam, per diem, Hebdomadam &c. Atque hæc sunt, quæ ad numericam peccatorum distinctionem pertinent. Nunc

Articulus Tertius.

De Peccatorum Gravitate.

127 Non omnia peccata esse æquè gravia, seu paris malitiæ constat ex ijs, quæ num. 76. diximus; nunc ergo solùm examinandum erit, et tradenda regula, qua dignoscere valeamus majorem, aut minorem gravitatem, seu excessum malitiæ unius peccati supra alterius peccati malitiam, per quam peccatum ipsum est magis, aut minus disconveniens naturæ rationali, et legi, qua prohibetur, et offensivum Dei; ideòque majori, aut minori pœna dignum. Qua in difficultate, ut magis facilia à difficilioribus secernantur, distinguendum est inter peccata magis, aut minùs gravia intra eandem speciem, et inter peccata magis, aut minùs gravia, quæ sunt diversæ speciei. Loquendo enim de peccatis ejusdem speciei, vel utique facilè patet, illud peccatum esse altero gravius, cujus malitia est gravior, quod cum majori advertentia, rationis deliberatione, et libertate fit, quod est magis intensum, ac magis durat, &c. Hujusmodi enim peccatum utpote circumstantijs malitiam augentibus affectum magis disconvenit naturæ rationali, et rectæ rationi, ac magis legi prohibenti opponitur. Ac proinde furtum v.g. centum decem eidem personæ ablatorum est gravius furto unius ducati. Blasphemia à plenè sui compote cum plena advertentia, et nulla suggerente passione gravior est blasphemia quidem gerens prolata à non perfectè sui compote, et aliqua instigante passione &c. Atque adeò tota difficultas est in dignoscendo excessu unius peccati supra aliud com-

128 parando inter se peccata speciei diversæ.

Quo in dubio illud tanquam certum tenendum est, illud nempe peccatum gravius quocunque alio etiam diversæ speciei censendum esse, quod cum spectato objecto, cum circumstantijs, et fine operantis magis discon-

venit nāq rāli, rectaq rationi, ac legi gravius obliganti. Nam ex una parte malitia peccati tota petitur ex oppositione, quā dicit cum nāe rationali, recta ratione, ac ipsa lege; ex altera verò, ut ostendimus in Tractatu De Actibus Humanis, peccatorum species tota sumitur ab objecto, circumstantijs, et fine extrinseco operantis; atqui malitia peccati optimè pensatur, unde ipsā desumitur; Peccatum ergo illud cæteris gravius censendū est, quod tum spectato objecto, tum circumstantijs, tū fine extrinseco operantis magis disconvenit nāq rationali, rectaq raōi, ac legi gravius obliganti: et ideò superest solùm dicere, quodnam ~~ex objecto, ac ex~~ circumstantijs, ~~atque ex~~ fine operantis majorem dicât. disconvenientiam cum nāe rāli, recta raōe, et lege, ac quæná ea sit lex, quæ gravius obliget. Et hinc sit.

129 Propositio. Ea peccata, cæteris paribus, sunt graviora, quæ præstantiori virtuti, ejusque actibus excellentioribus directè, et per se, ac ex nāe sua opponuntur; ac proinde quæ actus principaliter prohibitos gravius obligat ea lex, quæ ex motivo excellentioris virtutis lata est. Et hæc est communis sentia quā Salmanticenses Tract. 20. Cap. 10. pun. 4. num. 29. cum D. Thōa propugnant, quos sequuntur ipse D. Antoninus hic Cap. 1. Q. 8. Resp. 2., et alij passim Theologi. Et probo hoc invicta raōe. Illud peccatum est gravius, quod majus bonum destruit: patet hæc propōo: Atqui peccatum, quod præstantiori virtuti, ejusque actibus excellentioribus directè, et per se, ac ex nāe sua opponitur, destruit majus bonum; ergo illud peccatum est gravius, quod præstantiori virtuti &c. Probo mī. Peccatum, et virtus contrariè directè opposita habent pro objecto eamdem māam, licèt eam diverso modo respiciant virtus scilicèt per modum accessus, et prosecutionis, et peccatum per modum fugæ, et recessus; atqui qui recedit à majori bono, quod est materia perfectioris virtutis destruit majus bonū, cum destruat commensurationem illius cum recta ratione; ergo peccatum, quod opponitur perfectiori virtuti, ejusque actibus excellentioribus, et quidem directè, et per se, et ex nāe sua destruit majus bonū, et per consequens est gravius. Quod est, quod docet D. Thōas 1. 2. Q. 73. A. 4. in Argumento Sed contra ex Aristotele sic ratiocinans = Pessimum optimo contrarium est: optimum autem in moralibus est maxima virtus; pessimum autem gravissimum peccatum: ergo maximè virtuti opponitur gravissimum peccatum = Porrò inter virtutes præstantiores sunt Theologicæ, et quidem hoc ordine ut charitas præcedat, deinde spes, et Fides: inter morales autem primò religio, 2dò pœnitentia, et deinde reliquæ hoc ordine, prudentia, justitia, fortitudo, et temperantia, et simili ordine procedunt aliæ virtutes ipsis annexæ.

130 Dixi autem primò: *Ceteris paribus*: si enim cetera imparia sint, V.G. peccatum commissum contra virtutem magis excellentem sit minùs internum, et minùs deliberatum, ac semiplenè animadversum &c ratione horum circumstantiarum erit poterit minùs grave, ac peccatum oppositum virtuti minùs excellenti, factum cum plena advertentia, et ratione deliberatione, maxima cum intensione, duratione &c. et adeò blasphemia V.G. contra Deum cum semi-plena advertentia prolata levior erit, ac contumelia in hominem cum plena advertentia, et veluti data opera prolata.

131 Dixi secundò: *Praestantiori virtuti, ejusque actibus excellentioribus*: si enim comparatio fiat inter actus peccaminosos minùs praecipuos, et veluti de secundariò à lege vetitos, virtuti excellentiori etiam directè oppositos, ac inter peccata maxima virtuti etiam minùs excellenti opposita, tunc peccatum virtuti excellentiori oppositum semper non erit gravius peccato virtuti minùs praestanti contrario: sic licèt occidere Regem, ac destruere Rempublicam, quod est maximum peccatum contra justitiam, sit gravius quolibet peccato intemperantiae, ut est sodomia, et bestialitas; etiam majus erit peccatum contra temperantiam V.G. sodomia, bestialitas, mollities, adulterium &c. quàm furtum, et aliud peccatum objecto secundario justitiae oppositum, seu mediocri justitiae contrarium. Quod ut magis capias, adverte, actus maximos, ac praecipuos virtutum atque vitiorum esse eos, per quos virtus, et vitium, licèt contrario modo, tendunt in objectum primarium, et principale talis virtutis, et tendentia quidem praecipua: et sic odium Dei est peccatum maximum contra charitatem, quia immediatè aversatur ipsum Deum primarium charitatis objectum; contra odium proximi est peccatum minus contra charitatem, quia proximus est objectum secundarium charitatis Theologicae.

132 Dixi tandem: *Directè*, et *per se*, *ac ex ratione suâ opponuntur*. Quia si peccatum vel indirectè tantùm vel solùm ratione praecepti merè positivi opponatur virtuti excellentiori, tunc peccatum, quod virtuti excellentiori contrariatur, non erit majus, et gravius peccato, quod virtuti minùs excellenti opponitur. Atque hac ratione furtum in quantitate gravi, homicidium, adulterium &c. gravius est peccatum, quàm laborare die festo, licèt hoc virtuti religionis, quae est virtus excellentior, et illud virtuti justitiae ac temperantiae, quae sunt virtutes minùs nobiles, contradicat. Quare doctrina in propositione proposita non extenditur ad actus peccaminosos,

* actibus virtutis exterioribus oppositis,

qui minus principaliter, et indirecte virtuti opponuntur, sed procedit solum de principalis,* ac de oppositione directa, quam ratione suae actus mali cum virtute dicunt, spectatis jam et circumstantiis, et fine extrinseco operantis: Ac proinde loquendo de ceteris actibus, cum determinata regula assignari nequeat, opus erit in singularibus casibus attendere tum ad objectum, tum ad circumstantias, atque ad finem operantis, ac sic juxta sapientum, ac prudentum placita judicium proferre.

133. Atque ex his patet, non recte opponi posse, primo, quod sodomia, et bestialitas sint graviora peccata, quam furtum, licet hoc justitiae opponatur, illa temperantiae, quam justitia longe excedit: 2do, quod schisma, invidia, odium proximi, et hujusmodi alia charitati contrariantur; atque hoc non obstante infidelitas, et desperatio, fidei et spei oppositae illa superent in gravitate: 3tio, quod homicidium, et adulterium sint graviora peccata, quam omissio communionis annuae, licet haec virtuti religionis, illa virtuti justitiae et continentiae contrarientur, ac religionis virtus praestantior sit justitia. Patet, inquam, haec recte non opponi. Nam quod ad 1um exemplum spectat in primo non fit comparatio inter actum principalem unius, et alterius virtutis, sed inter principalem actum virtuti castitatis contrarium, et inter actum secundarium virtuti justitiae oppositum, et praeterea sodomia, et bestialitas cum sit contra finem generationis est quaedam injustitiae species; immo cum sit contra naturam, est ipsi Deo naturae auctori injuriosa. Et hinc patet etiam ad 2dum, quia nempe schisma, invidia etc. non sunt peccata proxime contra charitatem, cum sint contra secundarium charitatis objectum, contra vero infidelitas, et desperatio sunt peccata proxime contra fidem, et spem. Item omissio communionis annuae ratione praecepti positivi est contra religionis virtutem; contra vero homicidium, et adulterium natura sua sunt justitiae et continentiae opposita.

134. Haec tamen, quae hactenus diximus, tantum prodesunt pro dignoscenda gravitate unius peccati prae alio, diversae ac distinctae virtuti contrario. Si enim sermo sit de peccatis eidem virtuti oppositis, in primis illud peccatum erit alio gravius, quod contrarie opponitur virtuti, seu positivam repugnantiam cum ipsa virtute dicit, sicut est odium Dei positive oppositum virtuti charitatis, illud vero erit minus grave, quod solam oppositionem privativam cum ipsa virtute dicit, seu solam carentiam honesti actus virtutis importat. et sic omissio amoris Dei per se est minus malum, quam positivum odium ipsius Dei, et ratio est, quia major est oppositio contrariorum, quam privativa. Secundo quando duo peccata eidem numero virtuti opponuntur, unum per excessum, alterum per defectum

illud erit gravius, quod est magis dissimile virtuti, et hominem reddit magis indispositum ad illam, ut per se patet, et sic avaritia, et pusillanimitas sunt graviora peccata, quam prodigalitas, et audacia, quamvis eidem virtuti liberalitatis, et fortitudinis opponantur, quia nempe priora magis distant, et removent à dictis virtutibus fortitudinis, et liberalitatis. Tertiò et illud peccatum est altero gravius, ubi legislator unum vult præcipere sub gravi, alterum verò non sub tanta obligatione. Nam in rebus tantum malis, quia prohibitis, ut dixi in Tractatu de legib., tota obligatio pendet à voluntate legislatoris.

135. Et quoniam supra num. 130 indicavimus, unum peccatum virtuti minus excellenti oppositum etiam ratione circunstantiarum speciem non mutantium, v.g. ratione intensionis, durationis, majoris libertatis &c. esse posse gravius peccato opposito virtuti magis præstanti; adeòque peccatum ex objecto levius altero, ratione circunstantiarum etiam speciem non mutantium, aut variantium excedere gravitatem superioris speciei, restat, ut hic pro complemento talis doctrinæ, quam cum Suarez, Medina, Soto, aliisque communiter Salmanticenses loco supracitato num. 22. tuentur, subjiciam fundamenta. Talis autem sententia suadetur auctoritate S. Augi, et S. Thomæ. S. enim Augustinus relatus in Capit. Quapropter, cau. 6. q. 1., inter ignorantem hæreticum, et scientem avarum, item inter hæreticum bene moraliter viventem, et Catholicum sceleribus plenum, non audet definire, quis eorum gravius peccat; et adeò supponit, peccatum speciei inferioris ratione circunstantiarum tantum aggravantium intra eamdem speciem ita crescere posse in malitia, ut possit vincere gravitatem peccati speciei superioris, cum jam peccatum contra fidem gravius sit simpliciter peccato contra justitiam, aut alias virtutes morales. S. Thomas autem 2. 2. q. 20. a. 3. ad primum sic ait. Nihil prohibet peccatum, quod est gravius secundum suum genus, esse minus grave secundum aliquas circunstantias. Et ratio ulterius est, quia cum gravitas, et malitia essentialis peccati sit finita, et limitata, malitia peccati etiam inferioris speciei ita crescere, et multiplicari potest, ut licet physicè, seu quoad realem entitatem nequeat, possit tamen moraliter, et secundum prudentum æstimationem rationem æquare, seu etiam superare malitiam peccati alterius speciei superioris. Sicut licet argentum quoad suam entitatem physicam nequeat æquare aurum; potest tamen moraliter ratione eidem comparari, seu illud in valore vincere. Neque hoc est inconveniens, quod nempe individuum alicujus speciei inferioris saltem moraliter adæquet, aut etiam vincat individuum superioris speciei. Sicuti non est inconveniens, quod caput cor-

pus inanime excedat ratione incorruptibilitatis plura corpora sublunaria viventia, et animata. Peccatum ergo ratione sui objecti minus grave, ratione circumstantiarum nedum aequare sed et vincere potest peccatum ratione sui objecti magis grave. Quod vel ipsa etiam exempla clare ostendunt: sic hic detractio, aliquantum furtum ex objecto, et specie sua sunt peccata leviora stupro, et homicidio, attamen si quis nobilem, illustrem, et communissime habitam personam familiam de proditione, et haeresi diffamaret, vel dilapidaret aerarium publicum Reip. maxime necessarium, gravius peccaret, quam si plebejam, et vilem puellam violaret, aut aliam occideret, ergo &c.

136. Neque urgnes primo ex noto illo Principio: *supremum infimi non attingit infimum supremi*: adeoque malitiam peccati secundum objectum, ac speciem suam minus gravis non ita crescere posse, ut ne adaequet quidem malitiam peccati secundum objectum, ac speciem suam magis gravis; sicuti quantumcunque numerus inferior multiplicatur, aut quantumcunque capum crescat, hic non potest aequare numerum superiorem, aut perfectionem formicae in esse viventis... 2do ex eo, quod peccatum ex objecto et secundum speciem suam gravius videatur semper, et in omni casu magis avertere, et alienare hominem ab ipso Deo, utpote cum semper hominem convertat ad actum pejus; et proinde cum malitia peccati in eo consistat, quod hominem a Deo avertat, et ad creaturam convertat, peccatum ex objecto, et secundum speciem gravius aequari aut vinci non poterit in malitia a peccato inferioris speciei.. 3tio ex eo, quod ea tantum malitia, quae ex objecto desumitur, est essentialis actui peccaminoso; quae vero desumitur ex circumstantiis, est praedicato actui accidentalis: major autem gravitas malitiae peccati non est attendenda ab eo, quod accidentaliter, sed ab eo, quod essentialiter inest actui peccaminoso; et per consequens cum ex objecto in casu nostro peccatum superioris speciei sit gravius, aequari non poterit, ne superari a peccato speciei inferioris &c; ergo &c.

137. Respondeo enim quod attinet ad primum illud Philosophicum, non recte urgeri contra statutam doctrinam. Illud enim speciatim loquendo de peccatis spectatis non jam in suo esse physico, sed morali operis valorem est, ut vel clare ostendunt rationes, et exempla superius recitata ac proinde sicuti actus virtutis excellentioris, v.g. Religionis hic Physice, seu in suo esse reali spectatus, ita atque aequari nullo modo possit a virtutis minus excellentis actione; attamen non aequari, sed etiam vinci potest si moraliter consideretur, uti contingeret ubi actus religionis esset valde remissus, actus vero alterius virtutis, v.g. temperantiae esset valde intensus, et longo tempore durans; ita et dicendum est de actione peccaminosis moraliter consideratis.

238 Ad secundum autem dico, verum quidem esse, peccatum ex objecto, et secundum speciem gravius magis avertere hominem à Deo, atque magis convertere ad creaturam, si caetera sint paria, nisi scilicet interveniant tales circumstantiae, quae tantum [redacted] refundant in actum malitiam, quae aut aequetur, aut superetur in prudentum aestimatione malitia actus ex objecto, et secundum speciem pejoris; secus verò se ipsi actui ex objecto, et secundum speciem minus mali conjungantur circumstantiae ita rectae rationi, et legi dissonae, ut in morali hominum aestimatione aequent, aut superent malitiam actus ex objecto, et secundum speciem pejoris. Tales autem circumstantias actui ex objecto minus malo conjungi posse nemo dubitabit, qui ad exempla supra relata vel parumper attendit. Et ex his ad tertium, ad quod satis diximus in tractatu de Actibus Humanis, sub num. 172; fateor, malitiam desumptam ex circumstantiis non esse essentialem actui malo physicè, ac etiam inadaequatè considerato, secus verò, si talis actus adaequatè, et moraliter spectetur. Haec de Peccatis in genere. Nunc

Caput Quartum.

De Peccatis in specie.

Expensis iis, quae praecipuè examinari solent à Doctoribus circa peccatum generatim sumptum, nunc recto exigente ordine, ac methodo descendimus ad varias peccatorum species, atque in hoc Capite, quod in Articulos dividere, agemus primò de Peccatis omissionis, et commissionis. 2dò de Peccato mortali, et veniali, et tertiò de Peccatis internis, et externis, tandem de Peccatis ex consuetudine.

Articulus primus.

De Peccatis omissionis, et commissionis.

239 Peccatum commissionis esse actum positivum contra legem aliquam prohibentem factum; et adeò esse violationem praecepti negativi; sicuti et peccatum omissionis esse omissionem actus sub praeceptum cadentis; adeoque esse violationem praecepti affirmativi, notat legenti definitiones numero 6. tractatus. Super hujusmodi autem peccata primò institui solet à Theologis quaestio, an malitia, seu forma peccati commissionis consistat in positivo, an in negativo. 2dò, an nedum gravitate malitiae, sed etiam specificè inter se differant omissionis, ac commissionis peccata. 3tiò, quonam tempore omissionis peccatum committatur. An videlicet nedum omittendo actum praeceptum quis reus sit violati praecepti positivi, cum ponitur causa transgressionis, sed etiam cum est tempus, quo urget praeceptum. 4tò tandem an quilibet actus conjunctus cum omissione culpabili sit ad culpam imputabilis. Verum cum, ut

supra indicavi plus sapiat potius speculationem, quam praxim; de secundum vero satis dictum sit num. 91.; de tertio autem, quo ad secundam partem, an nempe omissio operis praecepti sit imputabilis ad culpam pro tempore, quo urget praeceptum, diximus in Tractatu de Actibus Humanis a num. 42. usque ad num. 50 inclusive, hinc superest, ut hic examinemus, an omissionis peccatum incurratur eo tempore, quo ponitur causa omissionis rei praeceptae, sicuti et an quilibet actus cum omissione culpabili conjunctus ad culpam imputandus sit. Ac proinde sit

Propositio prima. Scienter, ac libere ponens

140 ti causam proxime influentem in secuturam omissionem rei praeceptae, talis omissio ad culpam pro tunc imputatur, ab eo tempore, quo talem eligit ponere causam, dummodo talis causa non sit actio bona, et praecepta, nec adsit justum et rationabile motivum eam ponendi absque periculo proximo consensus, aut complacentiae in omissionem. Ita ex communi contra Marsilium, Palatium, Sylvium, et alios docentes peccatum omissionis solum imputari, quando adest, et urget praeceptum exercendi actum, non vero, quando quis apposuit causam omissionis, antequam praeceptum urgeret. Atque hujus sententiae ratio est, quia tam directa, quam indirecta velle legis, seu praecepti transgressionem semper peccatum est; atqui eo tempore, quo quis scienter, ac libere ponit causam proxime influentem in secuturam omissionem rei praeceptae, si non directe, saltem indirecte vult legis, seu praecepti transgressionem. Neque enim quis velle causam sine effectu connexo, quin et velit effectum, juxta illud: Qui vult antecedens, vult etiam consequens cum ante connexum; ergo etc. Quod vel constat etiam ex eo, quod lex, quae praecipit, et obligat suo tempore ponere actum, praecipit, et obligat etiam omni tempore non ponere impedimentum proxime influens in sui transgressionem; ergo eo tempore, quo quis ponit causam proxime influentem in omissionem rei praeceptae, violat legem praecipientem poni debere; quid dicitur quo tempore omittitur, ergo tunc peccat; ergo etc. Atque hinc sicuti qui hic, et nunc efficaciter desiderat fornicari, furari, detrahere de proximo etc. hic, et nunc peccat, ut patet ex illo Matth. 5: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est in corde suo: licet deinde contingat peccatum non consummari, actu nempe non fornicari, furari etc. ita hic et nunc peccat, qui hic et nunc ponit causam proxime influentem in omissionem rei praeceptae, licet deinde fieret, ut ex aliqua fortuita causa res praecepta suo tempore poneretur. Cujus et ratio est, quia tunc ponens talem causam se exponit periculo proximo

sionis rei præceptæ; ubi ergo certū sit, quòd qui se exponit periculo proximo legem violandi peccat juxta illud Eccles. 3. Qui amat periculum, in illo peribit, certum est eā debet &c.

141 Dixi autem: Dummodo talis causa non sit actio bona, et præcepta, neque adsit justum, et rationabile motivum &c. Licet enim nedum sit obligatio removendi causam efficacem omissionis rei præceptæ, quando talis causa est actio mala, sed etiam, quando est actio bona, si ad hanc ponendā nullum obliget præceptū, nullumque justū adesset motivū; attū, ut ostendimus in Tractatu De Actibus humanis à num. 25. et pluribus sequentibus, licet ponere actionem secundū se licitā, et honestā, quæ etiam esset causa efficax effectus mali, ubi adest justū, et rationabile motivū dictā causā ponendi, et abest periculum proximū consensus, aut complacentiæ in prædictum effectum malum. Tunc enim in rigore non amplius urget obligatio præcepti affirmativi, cujus actus omittitur, ut patet pro eo casu, quo quis die festo omittit sacrum audire, ut assistat graviter ægrotanti, ac alterius ope extremè indiganti, cui nullus alius est, qui assistat. Tunc siquidem præceptū sacrū die festo audiendi cessat obligare.

142 Oppones tamen ex Divo Thoma 2. 2. q. 79. A. 3. ad 3tium, ubi de eo, qui se inebriavit, et factus est impotens ad persolvendū debitum horarum matutinarum, ait = Dicunt quidam, quòd tunc incepit peccatū omissionis, quando aliquis se applicat ad actum illicitum, et incompossibilem cū illo actu, ad quem tenetur: sed hoc non videtur verum, quia dato, quòd excitaretur per violentiā, et iret ad matutinos, non omitteret: Unde patet, quòd præcedens inebriatio non fuit omissio, sed omissionis causa. Unde dicendū est, quòd omissio incipit imputari ad culpam, quando fuit tempus operandi; tū propter causā præcedentem, ex quà omissio sequens redditur voluntaria = Et 1. 2. q. 71. A. 5. ad 3tium sic ratiocinatur = Dicendum, quòd peccatum omissionis contrariatur præcepto affirmativo, quod obligat semper, sed non ad semper: et ideò solum pro tempore aliquis cessando ab actu peccat, pro quo præceptum affirmativū obligat = Ergo juxta D. Thomam contra præceptum affirmativū non peccat, qui ante tempus, quo urget illius obligatio, ponit causam, ex qua omissio operis præcepti sequitur; ergo &c. Quod et ab ipsa ratione confirmatur. Nam omissio culpabilis est violatio præcepti affirmativi V. G. recitandi horas canonicas, eliciendi actū fidei, spei, et charitatis; ergo peccatum omissionis non committitur, nisi quando urget obligatio præcepti affirmativi; atqui præceptū affirmativū V. G. crastina die recitandi horas canonicas, die festo eliciendi actus fidei, spei, et charitatis, hodie V. G. non urget suā obligationē, sed tantum crastina die, et die festo; ergo non hodie,

sed crastina die, et die festo omittendo actum præceptum peccatum committatur; ergo etc. Quibus et accedit, quod præceptum affirmativum non violatur per actum positivum, sed per omissionem; ad discrimen præcepti negativi, quod violatur per actum positivum; ergo non violatur præceptum V. G. audiendi sacrum, eliciendi actus fidei, spei, et charitatis per oppositionem actus V. G. studii, aut laboris incompossibilis cum auditione V. G. sacri, et exercitio actuum fidei, spei, et charitatis; ergo etc.

143. Respondeo ex objectis locis D. Thomæ nihil contra nostram sententiam concludi posse. Nam S. Doctor ibi solum docet peccatum omissionis externum, completum, et consummatum eo tantum tempore committi, quo urget præceptum faciendi actum: quod est verum, sicuti verum est, quod eo tantum tempore dicitur quis commisisse homicidium, quo mors intentata contingit. Peccatum enim omissionis externum completum, et consummatum nedum dicit actum voluntatis eligentis omittere opus præceptum, sed præterea importat actualem omissionem actus debiti ex præcepto, et adeo cum actus non possit dici debitus, nisi eo tempore, quo præceptum servandum est, per consequens dici debet peccatum omissionis externum, completum, et consummatum non committi nisi eo tempore, quo urget præceptum faciendi actum. Falsum autem est, de mente S. Doctoris esse, peccatum internum, et inchoatum omissionis non committi etiam antequam adsit tempus, quo præceptum affirmativum obligat ad actum præscriptum ponendum, si nempe eo tempore ponatur actio, quæ sit causa efficax sequturæ omissionis. Nam, ut profundatur S. Doctor 2. 2. Q. 150 docet effectus, qui ebrietatem sequuntur, ad culpam non imputantur si ebrietas ipsa est inculpabilis; sed tantum sunt imputabiles, quantum sunt culpabiles actus, ex quibus ebrietas ipsa contingit. Quod recte dici non posset, si omissio actus præcepti esset tantum imputabilis pro tempore, quo urget obligatio præcepti, ut manifeste patet; ergo etc. Atque ex his

144. Ad rationem primo loco relatam in confirmationem additam dico, verum quidem esse, omissionem externam, et actualem culpabilem non esse, nisi pro tempore, quo est obligatio ponendi actum præscriptum, attamen cum præceptum affirmativum obligat nedum ad ponendum actum, verum etiam ne ponatur impedimentum proxime inferens omissionem actus, hinc voluntas ipsa ponendi causam efficacem, ex qua sequtura prævidetur omissio actus præcepti, est plene criminosa, adeoque committitur peccatum internum omissionis, antequam sit tempus, quo actus præceptus poni debet. Ex quibus et patere debet ultimam rationem: Nam licet præceptum affirmativum directe violetur tantum per omissionem liberam, indirecte tamen etiam violatur per oppositionem impedimenti, quod sit causa efficax, ne ponatur actus.

145 Neque respones. Si ita est, qui posuit causam efficacem omissionis actus praecepti, si deinde contingeret, ut possit tale impedimentum removere, et ponere opus praeceptum, cum urget legis obligatio, denuo peccaret peccato omissionis praeceptum non adimplendo: adeoque semel violando praeceptum, quod unicum actum ponere praecipit, duplex peccatum committeret, quod non videtur dicendum. Sed non respones, inquam, haec. Nam praesertim, supposita morali interruptione inter appositionem impedimenti proxime influentis in omissionem, et potentiam removendi, et nolitionem remotionis impedimenti, et nolitionem legem observandi, cum ipsa urget, dubium nullum est, tunc duplex numero distinctum peccatum committi; sicuti duplex numero peccatum fieret ab eo, qui primo mane diei festi proponeret ea die sacrum non audire, et deinde suum propositum retractaret, ac denuo, cum adhuc est tempus praeceptum adimplendi, deliberaret sacrum non audire. Atque haec circa primam difficultatem. Nunc pro secunda sit

146 Propositio secunda. Quamvis actus etiam ex objecto, et ex sua specie bonus, qui sit causa efficax, et occasio omittendi actum praeceptum, sit ad culpam imputabilis, dum nullum adest justum, et rationabile motivum illum ponendi; alii actus, qui nullatenus in omissionem influunt, sed ad illam mere per accidens, et concomitanter se habent, non est peccaminosus, neque ab omissione vitiatur, quando caeteroquin praedictus actus in se, et ex natura sua, aut alia circumstantia malus non est. Haec sententia, teste Lorca hic disput. 3. A. 3. §. 1. num. 113. communis est, et adeo certa apud Theologos. Atque quoad primam partem constat ex dictis in superiori propositione. Unde non solum actus, quo quis v.g. intendit omittere sacrum die festo, est moraliter malus, sed etiam malus est ludus, et venatio, imo et studium, vel oratio, quo quis ad eo se applicat eo tempore, quo sacrum audire debet, hocque facit cum praevisione omissionis sacri sibi praecepti, quia nempe tales actus etiamsi in se liciti, permissi, et honesti, vitiantur tamen ab omissione peccaminosa, cujus sunt causa, et occasio.

Quoad secundam vero partem suadetur tum ex eo, quod praedictus actus in casu neque in se est malus, ut supponitur, neque ab ulla circumstantia vitiatur. Si enim ab aliqua circumstantia vitiaretur, haec esset ab omissione, quae tunc contingit; ab ea autem non vitiatur, cum praedictus actus tunc nullo modo in eam influat tanquam causa moralis: tum etiam, quia si actus pure concomitantes, et per accidens se habentes ad omissionem culpabilem, esset peccaminosus, is, qui ob pigritiam,

aut laborem in itinere suscipiendū, aut consimilem causam dederit die festo sacrum non audire, ac deinde, ne otiosus domi maneret, tempore sacri audiendi studeret, aut inde- de pauperibus eleemosina, aut in erudiendis rudibus doctrina Christiana, aut alio bono operi se applicaret, talia faciendo peccaret: quod nulla raoē dici debet, quia sic ius tunc teneretur, oēm actum quantumvis bonū suspendere, et otiosus manere: quandoquidem si aliquem exerceret, peccaret; ergo &c.

147 Dices tñ ex D. Thoā q. 2. De malo A. 1 ad 7. ubi ait = Hoc ipsum, quod est laudare Deum ore, fit male fieri, si hoc fiat, quando non debet, quando scilicet hoō alia facere tenetur = ergo ex D. Thoā oē opus de se cum adimpletione precepti incompossibile, exercitū tempore, quo preceptū adimpleri debet, ex malitia omissionis vitiatur; ergo &c.... Confirmatur. Oē opus, quod fit tempore indebito, a circumstantia temporis vitiatur; atqui oē opus incompossibile cū observantia precepti, si fiat cū urget preceptū, fit tempore indebito: siquidem fit eo tempore, quo aliud opus faciendū est; ergo &c .... Insistitur 2dō. Preceptum prescribens auditionem sacri, hoc ipso prohibet ponere oēm actū incompossibilem cum illa; atqui studium, et ludus V.G. est incompossibilis cū auditione sacri; ergo tunc prohibitus est, cum nempe urget obligaō audiendi sacrū.

148. Respōdeo, Angelicum Preceptorem exponendū esse de opere laudandi Deum non solum incompossibili cū opere precepto, sed de facto quantū est de se impediente observantiam precepti affirmativi, et in omissionem influente tanquam causa moralis, aut occasionaliter, non autem de opere, quod licet quantū est de se sit incompossibile cū executione precepti, de facto tñ eam non impedit tanquā causa moraliter influens in culpabilem omissionem; et adeō ut D. Doctor nostram docet sentenā.

149. Ad primā confirmationem D.º mā: Omne opus, quod fit tempore contrarie, aut privative, et formaliter indebito, a circumstantia temporis vitiatur, omitto, vel etiā concedo: oē opus, quod fit tempore negative, et materialiter indebito, à circumstantia temporis vitiatur, nego mā, et D.º mā. Atqui oē opus incompossibile cū observantia precepti, si fiat, cū urget preceptū, fit tempore contrarie, aut privative, et formaliter, vel tantū negaē, et maaliter indebito, concedo mā: semper fit tempore contrarie, aut privative, et formaliter indebito, nego mā, et consēquē. Actum aliquem fieri tempore negaē, et maaliter indebito consistit in hoc, quod eo tempore nulla adsit obligaō ad actum illum ponendum, quinimo fiat tempore, quo aliud opus ex obligatione faciendum esset, quin tñ actus, qui ponitur, sit causa, et occasio, propter quam opus debitum

non ponitur: Actum autem fieri tempore contrarie, aut privative, et solliciter indebito stat in eo, quod praeditus actus nedum sit incompossibilis cum observatione alicujus praecepti, sed etiam sit vera causa moraliter influens in praecepti violationem: cum ergo actum poni tempore negato, et materialiter tantum indebito id culpam non sit imputabile, ut supra probatum est; atque in casu nostro taliter tantum ponatur actus, jam sequitur, omissionem actus praecepti
150 ratione actus, qui ponitur, ad culpam imputari non posse.

Ad edem confirmationem d.o resp.: Praeceptum praecipiens auditionem sacri, hoc ipso prohibet ponere omnem actum cum illa incompossibilem, qui sit causa moraliter influens in omissionem sacri, concedo, qui non sit causa influens in omissionem sacri, nego ant., et servata proportione distincta minori nego consequentiam. Distinctio autem patet ex supra dictis.
151

Quamvis autem hec veluti speculative dicta specialem difficultatem praecontinere non videantur, attamen pro praxi in casibus particularibus difficillimum est definire, quinam sint illi actus, qui dicendi sunt causa moralis, et occasio omissionis actus praecepti, et quinam dicendi sint pure concomitantes, et per accidens se habere, seu nullo modo influentes in omissionem liberam actus sub praeceptum cadentis. Qua in difficultate tres invenio apud Doctores sententias, Quarum prima docet, eos actus solum esse habendos tanquam concomitantes, et accidentaliter cum omissione conjungi, qui simul cum, et stare possunt cum actu omisso; sicque in hac sententia recitatio officii, aut aliorum precum est actus concomitans respectu omissionis sacri, quia nempe cum ipsius sacri auditione conjungibilis est. Atque hujus sententiae praecipua ratio est, quia hoc ipso quo aliquis actus est cum adimpletione affirmativi praecepti incompossibilis, statim est impeditivus illius. Verum haec sententia universim accepta admitti non sit. Plures enim sunt actus de se incompossibiles cum adimpletione praecepti, qui coexistentes omissioni praecepti fiunt boni, ut patet in eo, qui domi maneret tempore, quo urget praeceptum missam audiendi, jam determinatus omittere sacrum ob pluviam, aut aliud motivum, et tunc vovere dorare ignorantes, aut pascere esurientem. Hujusmodi enim votum validum esset, utpote cum de se est de re bona, et pro eo casu non impeditiva melioris boni. Aliunde enim adaequata causa omissionis sacri praecepti supponitur
152

Altera sententia quam propugnat Zonet loco supracitato num. 117, docet, quamlibet actum etiam incompossibilem cum observantia praecepti censendum esse tanquam pure concomitantem, et adeo per accidens se habere ad omissionem actus praecepti, quando in voluntate supponit firmum, et efficax decretum, seu propositum

non observandi præceptum, dummodo tamen determinatio illa volun-
tatis ita parum distet ab executione, ut non sit verisimile
quod mutabitur. Tunc enim, ut inquit ipse Lorca, illud firmum
voluntatis propositum est sufficienter causa omissionis
et proinde cæteri actus non influunt in omissionem. Quod
tamen non admittit, ubi positus actus incompossibilis cum ob-
servantia præcepti longe distat ab executione, cum tunc
ferè semper sit spes aliqua probabilis, quod voluntas sua
revocet propositum; et adeo hoc in casu actus incompossi-
bilis cum observantia præcepti probabiliter influit in cul-
pabilem omissionem, estque illius causa.

153. Ast neque hic dicendi modus præplacuit
Salmanticensibus, neque mihi satis probatur pro ijs casibus, in
quibus verum esset, quod mutata interna voluntate omis-
si adhuc moraliter exequi posset præceptum. Unde si Petrus
v.g. efficaciter determinatus die festo non audire sacrum
per horam, antequam sacrum præceptum celebrandum est, iter
suscipiat, et veniat ad locum, ubi amplius sacrum audire
nequibit, hoc iter non est enumerandum inter actus pure
concomitantes, et per accidens se habentes ad omissionem
culpabilem, sed erit vera causa moralis omissionis actus
præcepti. Et ratio est, quia semper verum est eo in casu, quod
tali actu v.g. tali itinere non posito manet in subdito ve-
ra moralis potentia ad exequendum præceptum, cum pro quoli-
bet instanti possit mutari voluntas; contra vero si pona-
tur talis actus, tunc namque ratione talis actus, v.g. talis itine-
ris subditus redditur impotens ad servandum opus præcep-
tum, ergo talis actus incompossibilis cum observantia præ-
cepti influit in omissionem culpabilem ejus consequen-
ter. Et ratio est, quia licet talis actus incompossibilis cum obser-
vantia præcepti supponat causam intrinsecam omissio-
nis, nempe actum internum voluntatis, non supponit tamen cau-
sam extrinsecam, nempe impedimentum extrinsecum
quo subditus fiat impotens ad implendum præceptum; quo-
circa quinimo actus incompossibilis cum observantia præcep-
ti hanc constituit, ergo etc.

154. Tertia tandem sententia quam cum pluribus ali-
is tenentur Salmanticenses hic Tract. 20. cap. 10. Dub. 2. num.
sustinet, eum tantum actum censendum esse pure concomi-
tantem, et per accidens se habere ad omissionem culpa-
bilem, qui subsequitur ad omnem causam tam intrinse-
cam quam extrinsecam illius; et adeo eum actum censendum
esse causam omissionis culpabilis, qui licet sequatur ad
causam intrinsecam, non subsequitur tamen ad causam
extrinsecam; seu, ut clarius explicat Bonacina, illi
actus dicendi sunt influere, et esse causam omissionis
culpabilis, quibus homo alioquin potens præceptum exe-
qui, redditur impotens ad observandum præceptum;
actus vero, qui post electionem primi operis incom-

sibilis cum adimpletione præcepti secundario, et ex alijs motivis eliciuntur, sunt pure concomitantes, sive sint compossibiles, sive incompossibiles cum dicti præcepti observatione. Atque hujus sententiæ, quæ magis arridet, fundamentum est, quia ubi quis adhuc habet potentiam ad observandum præceptum, seu adhuc posita non est omnis causa sive intrinseca, sive extrinseca omissionis culpabilis, cum adhuc in voluntate sit vera potentia ad utrumque extremum, positio actus incompossibilis cum executione præcepti tollit ultimo voluntatis indifferentiam, eamque totaliter determinat ad omittendum; adeoque moraliter influit in omissionem: contra vero ubi actus incompossibilis cum præcepti observantia jam positus est, seu omnis causa tam intrinseca, quam extrinseca posita est, positio novi actus, sive compossibilis, sive incompossibilis cum præcepti executione, præsertim si secundario, et ex alijs motivis talis actus ponatur, nullo modo voluntatis indifferentiam tollit, et proinde in omissionem culpabilem non influit; ergo &c.

155 Hinc Petrus, qui post efficax propositum die festo sacrum non audiendi è loco, ubi missam audire potest, discedit, et venit ad locum, ubi missam eo die amplius audire non fit, neque ad patriam reversti tempore sacri, ibique socijs venantibus, aut piscantibus se conjungit ac venationem, aut piscationem exercet, peccavit quidem assumendo prædictum iter, atque tale iter ad culpam ipsi est imputabile; at vero venatio, aut piscatio inde suscepta non imputatur ratione sacri omissi. Talis enim discessus, et iter ita indispositum reddiderunt Petrum ad satisfaciendum præcepto ut omnino eum privarent potentia audiendi, quam domi existens habebat: venatio vero, aut piscatio sive exerceantur, sive omittantur nihil potentiæ aut impotentiæ addunt, aut auferunt, atque adeo moraliter se habent ad omissionem sacri præcepti.

156 Pro hujus doctrinæ complemento restat, ut dicamus de genere malitiæ, quam actus, qui est causa omissionis culpabilis, ab eadem participat, an videlicet actus, qui est causa aliquid culpabiliter omittendi, habeat eamdem numero, et specie, an vero distinctam malitiam ab omissione culpabili? Ad quam difficultatem, quæ jam tantum procedit de actu secundum se, et naturam suam bono, aut indifferenti; non autem de actu secundum se, et naturam suam malo, cum certum sit debeat hujusmodi actum tunc duplicem malitiam præcontinere, eam nempe, quam ex suo objecto, et specie habet, atque eam etiam, quam ab ipsa culpabili omissione participat, ad difficultatem inquam respondeo, et dico cum communi sententia, quam Salmanticenses, et Bonal locis citatis, et alij passim Doctores tuentur, actum ex se, et ex natura sua bonum, aut indifferentem, qui est causa omissionis culpabilis, unam tantum et specie, et numero

moralem malitiam habere desumptam ex omissione quam cau-
sat et ex contrarietate ad virtutem, qua omissio prohibetur. Est
autem haec sententia contra Gabrielem, Henricum, Suarez, Granadum, et
alios asserentes, actum etiam secundum se bonum, v.g. studium
quod est causa omissionis rei praeceptae, v.g. sacri die festo, dupli-
cem praesentinere malitiam specie distinctam, unam ex omissi-
one, quam causat; alteram vero oppositam illi virtuti, ex qua
procederet actus, si malam omissionem non causaret, adeoque stu-
dium v.g., quod est causa omissionis sacri, habere malitiam op-
positam virtuti religionis, et malitiam oppositam virtuti studio-
sitatis Prob. autem assertio. Qui postquam efficaciter de-
157 crevit v.g. die festo non audire sacrum, se applicat studio, aut e-
rogandae eleemosynae pauperibus, aut in erudiendis rudibus etc.
non magis peccat, quam si eo tempore otiosus maneret, ac
si sacrum praesentium omitteret: per se patet haec propositio. atqui
si otiosus manendo sacrum omitteret, non duplex, sed unum
peccatum committeret, nempe contra religionem, ergo
et qui sacrum omittit v.g. propter studium, vel ut elargiatur
pauperibus eleemosynam etc., unicum peccatum committit, et hoc
contra religionem. Cujus et ratio est, quia studium v.g., aut ele-
emosynae erogatio, aut rudium instructio etc. in casu posito nulla
alia ratione est mala, quam quia est causa omittendi sacrum.
Nam vel eo tantum ablato, quod nempe non sit causa talis
culpabilis omissionis, studium, eleemosyna illa etc. statim
erit actio bona; ergo in casu illo studium, eleemosyna etc. solum
ab omissione sacri malitiam participat; ergo etc.

Confirmatur. Studium v.g., aut elargitio elee-
mosynae, aut rudium instructio, quae sit causa, seu impedimentum
proximum influens in omissionem ~~salvi~~ praecepti, non ha-
bet malitiam oppositam virtuti ~~studiositatis~~, aut misericordiae,
sed tantum virtuti Religionis, ergo etc. Ant. primo probatur a
pari. Qui furatur eo etiam tantum fine, ut indigenti succurrat,
non contrahit malitiam contra virtutem misericordiae,
sed tantum contra justitiam; ergo etiam qui omittit sacrum, ut
studeat, ut eleemosynam elargiatur etc., contrahit tantum ma-
litiam virtuti religionis oppositam; non vero malitiam
oppositam virtuti studiositatis et misericordiae. Prob. haec con-
sequentia: ideo praefatum studium, eleemosynae elargitio, rudium
instructio etc., non est causa, et impedimentum proximum in-
fluens in omissionem sacri, erit etiam contra virtutem stu-
diositatis, et misericordiae, quia tale studium et elargitio ele-
emosynae, et rudium instructio careret rectitudine virtutis stu-
diositatis, et misericordiae, haec autem ratio nulla est. nam
licet elargitio eleemosynae ex re furto oblata non habeat
rectitudinem virtutis misericordiae, quia saepius idem actus
possit esse moraliter bonus et malus, attamen non habet ma-
litiam oppositam virtuti misericordiae, item licet auditio sa-
cri die festo ex motivo inanis gloriae careat rectitudine

virtutis religionis, cum tale motivum eam vitiet, attamen talis sacri auditio non est contra religionem, nec contra ecclesiae praeceptum de audiendo sacro die festo, quia sacrum talis sacri auditione non satisfieret ecclesiastico praecepto de audiendo sacro die festo. Quod tamen esse contra communem Theologorum sententiam et adeo tanquam falsum tenendum esse, ostendimus in Tractatu de Legibus à num. 374.; ergo &c. Porro, primum argumentum adhuc etiam probatur ex eo, quod si studium, elargitio eleemosynae et medium instructio, quae est causa omissionis sacri praecepti, nedum praeseferrent malitiam virtuti religionis oppositam, sed etiam malitiam oppositam virtuti studiositatis, et misericordiae, cum omnes peccatorum species in confessione sint patefaciendae ut docet Trid. sess. 14. cap. 3., motivum, ob quod sacrum omissum fuit, v.g. studium, elargitio eleemosynae &c. in confessione sacramentali declarari deberet: Quod utpote communi Theologorum sensui, et fidelium praxi contrarium, non est asserendum; ergo &c.

158. Hinc actus secundum se bonus, aut etiam indifferens, qui sit causa efficax, et impedimentum proxime influens in omissionem actus praecepti, et ipsa omissio culpabilis ad invicem se habent, sicuti actus internus, et externus, atque adeo sicuti in confessione sacramentali sufficit vel solum externum actum patefacere; ita et sufficit vel solam culpabilem omissionem manifestare, quin sit opus indicare actum, qui fuit omissionis causa, si nempe hic secundum se, et ex objecto, et specie sua non sit malus, si enim hic erit secundum se, et ex objecto, et specie sua malus, et hunc patefacere oportebit. Quidquid porro sit, an in casu actus illius malus, et omissio culpabilis inde secuta seorsim confiteri sufficiat, an vero debeant simul confiteri patefaciendo unum, tanquam alterius causam? de quo jam disputant in utramque partem Doctores.

159. Urges pro opposita sententia. Modus inordinatus studendi est oppositus virtuti studiositatis; atqui studium, quod est causa omissionis sacri, praeseferret modum studendi inordinatum; ergo &c. Major patet de se, virtus siquidem studiositatis nedum studium, sed et modum debitum studendi prosequitur, sicuti jam facit quaelibet alia virtus circa actus sibi proprios. Probatur autem minor, et primo ex eo, quod qui studet eo tempore, quo sacrum audiendum erat, id facit cum nimio affectu studendi: 2do quia tale studium fit tempore indebito; ergo &c.... Confirmatur studium, quod est impeditivum auditionis sacri praecepti caret rectitudine studiositatis, quam habere debet: cum enim talis actus studendi sit malus nullam moralem rectitudinem habere potest: Atqui studium, quod rectitudine studiositatis caret, habet malitiam virtuti studiositatis oppositam; cum quilibet actus studii debeat esse bonus, vel malus in suo genere; ergo &c.

Quod vel etiam constat ex illo, quod praedictum studium in casu non est conforme regulae studiositatis; ergo illi est difforme. Atqui studium difforme regulae studiositatis habet malitiam oppositam virtuti studiositatis; ergo &c. .... Confirmatur: omnis actus, qui fit quando fieri non debet, independenter a quocumque malo affectu, malus est; atqui studium impeditivum auditionis sacri fit, quando fieri non debet: nam recta ratio dictat, ut tunc studium omittatur; ergo independenter ab omissione sacri, malum est; ergo &c. .... Confirmatur ultimo: qui eligit studere, cum sacrum audire debet, in studio constituit rationem ultimi finis, diligendo plus appretiative studium, quam Deum, qui est auctor illius praecepti; atqui hoc modo diligere studium est speciale peccatum virtuti charitatis oppositum; cum a charitate praecipiamur diligere Deum ut finem ultimum, et prohibeamur constituere hujusmodi finem in aliqua creatura; ergo in tali studio duplex malitia invenitur, una contra religionem, cum per omissionem sacri virtus Religionis violetur, altera contra charitatem, ut modo probatum est; ergo &c.

100 Respondeo dist. maj.: Modus inordinatus studendi ex parte, et attenta ipsius studii ratione est oppositus virtuti studiositatis, concedo, ex alio capite, et ratione ab ipso studio distincta, nego majorem, et distinguo minorem: Atqui studium, quod est causa omissionis sacri, praecontinet modum studendi inordinatum ex capite, et ratione ab ipso studio distincta concedo, ex parte, et attenta ratione ipsius studii, nego minorem, et consequentiam. Modus studendi duplici ex capite potest esse inordinatus; primo ratione ipsius studii: puta cum quis studet rebus non licitis, inanibus, aut superfluis, aut propriam facultatem excedentibus; secundo non ratione ipsius studii; sed alia peculiari ratione ab ipso studio distincta, puta cum quis studet, atque a studio impeditur observantia praecepti spectantis ad materiam alterius virtutis, v.g. religionis aut charitatis. Jam vero licet primus studendi modus sit contra studiositatis virtutem utpote illi directe oppositus; secundus tamen studendi modus non est contra studiositatis virtutem, cum non aliquid in studium secundum se spectatum inordinatum vitio studiositatis oppositum. Et hinc ad primam minoris probationem, simul et ad secundam patet responsio. Nam quod ad utrumque spectat, licet demus, studentem eo tempore, quo sacrum audire debebat, id facere ex maximo affectu erga studium; attamen eo modo studium sit circa res ac virtuti studiositatis non tenentes, ille affectus non alia ratione censebitur inordinatus, quam quia est causa omissionis sacri, et adeo nullam praecontinet malitiam priorem ipsa sacri omissione, unde ulterius non est nisi ex eo sacri praecepti omissio. Ad quintum et ad tertiam minoris probationem circumstantia siquidem intemporis non est motus inordinatus studendi secundum se

parte ipsius studii, cum studium secundum se nullum habeat determinatum tempus excludere, sed maxime est modus inordinatus studendi, quatenus habet impedire auditionem sacri praecepti; unde non ad virtutem studiositatis, sed religionis spectat moderari hunc modum studendi inordinatum, sicuti ad justitiam non pertinet prohibere circumstantiam sacrilegii, aut scandali, quibus justitiae actus vitiari possunt, sed ad virtutem religionis, et charitatis.

Ad primam confirmationem dico majorem: studium,
61 quod est impeditivum sacri praecepti, caret rectitudine formali studiositatis ratione oppositionis cum religionis virtute, concedo, caret rectitudine formali studiositatis ratione oppositionis cum illa, nego majorem: et dico minorem: Atqui studium, quod rectitudine studiositatis caret ratione oppositionis cum illa, habet malitiam virtuti studiositatis oppositam, concedo, quod rectitudine studiositatis caret ratione oppositionis cum alia virtute a studiositate distincta, habet malitiam virtuti studiositatis oppositam, nego minorem, et consequentiam. Nam, ut ostendimus in Tractatu de Actibus Humanis a num. 198, et pluribus sequentibus, adhoc ut actus totus bonus sit, requiritur, ut nedum circa objectum bonum versetur, et ex recto fine fiat, sed etiam ut omnes circumstantiae actum concomitantes, et antecedentes rectae rationi sint conformes; et hoc quidem ita, ut si vel minima circumstantia actui conjuncta, et se habens tanquam causa saltem principalis ipsius actus, si mala sit, totum actum inficiat, et malum reddat juxta illud: Bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu: Unde ut studium aliquod secundum se honestum virtutis studiositatis rectitudine careat, sufficit, quod fiat in aliqua circumstantia indebita, ratione cujus alicui virtuti opponatur, adeoque in casu nostro cum studium virtuti religionis opponatur, mirum non est, quod careat rectitudine formali studiositatis, licet cæteroquin etiam possit materialiter virtuti studiositatis conforme, quatenus directe virtuti studiositatis non opponitur, sed secundum se est ipsi conforme. Et per hoc patet ad id, quod additur, verum namque est, studium impeditivum sacri praecepti non esse formaliter conforme virtuti studiositatis, quia ad hoc requiritur, ut omnia quae ad studium concurrunt, sint rectae rationi, et morum regulis conformia. Contra vero, ut sit virtuti studiositatis difforme, opus est, ut directe opponatur tali virtuti. Quod in casu non contingit, cum studium secundum se sit consonum studiositatis virtuti, et adeo materialiter conforme; et solum ab extrinseco malum, nempe ratione omissionis
62 Sacri praecepti.

Ad 2dam confirmationem dico majorem: Actus, qui fit, quando fieri non debet, independenter a quocumque affectu malo est malus, si independenter ab ipso affectu fiat, quando fieri non debet, concedo, si tantum dependenter ab ipso affectu fiat, quando fieri non debet nego

mũ, et dᵗᵒ mũ: Atqui studium impeditivũ sacri fit, quando sacri non debet, et hoc dependenter ab omissione sacri præcepti condito; independenter ab omissione sacri præcepti, nego mᵘ et consq̃. Cũ enim studere tempore, quo urget præceptũ sacri audiendi, ideò præcisè fiat, quando non debet, quia studere tunc est causa omissionis sacri, tale studiũ non potest colligi vitiatum independenter ab omissione, neque aliunde præterquã ab omissione habere malitiam; non est itaque studiũ, quatenus virtuti studiositatis oppositũ.

203 Ad ultimã confirmationẽ omissa majori nego mũ. Argumentum siquidem nimis probat, quia cum aversio à Deo ut ultimo fine sit generalis conditio cõmunis omnibus peccata mortalia, quodlibet mortale peccatum virtuti charitatis oppositum eẽt, ac cum ipsa specialem oppositionem dicerẽt; sicuti ergo peccata gravia v.g. contra justitiã, temperantiã Dei non dicuntur specialia peccata contra charitatem, nisi à peccante expressè intendantur tanquam Deo displicentia; ità et de studio impeditivo sacri præcepti dicendũ est: Ac proinde actus secundũ se bonus, aut etiã indifferens, qui est causa omissionis culpabilis, non aliam habet malitiã distinctã ab ipsa culpabili omissione.

Articulus secundus.

De Peccato mortali, et Veniali.

Necessariam doctrinam de peccato mortali, et veniali, ut inde sciamus distinguere lepram à lepra in hoc Articulo dabimus, ut recto procedamus ordine, primò peccati mortalis, et venialis existentiam contra Novatores firmabimus: 2do discrimen, quod inter mortale, et veniale peccatum intercedit, proponemus: 3tiò, quænam sint requisita necessaria ad mortale peccatum cõstituendum, declarabimus: 4tò quænam sint ex genere suo peccata venialia, et quænam mortalia, dicemus: 5tò an peccatum mortale fieri possit veniale, et vicissim, videbimus, et alia hujusmodi examinabimus. Quod per distinctos paragraphos à nobis fiet.

§. I. De peccati mortalis, et Venialis existentia

204 Omnia peccata eẽ mortalia, idest ob sui gravitatem ac malitiam solvere hominis cum Deo amicitiam, atque ob eam hominem gratiam Dei perdere, et pœnam æternam gehennæ mereri; nulla autem eẽ levia, quæ scilicet ob sui levitatem gratiam, et amicitiam Dei ab homine non tollunt, sed tantum fervorem charitatis minuunt, ac reatum pœnæ temporalis solùm inducunt, olim asseruerunt Joviniani, et Pelagius; et propterea omnia peccata in omnibus minores mortalia eẽ dicebant. Eam impiam doctrinam deinde nos, aliique Pseudoreformati secuti sunt. Contra hos autem sit

Propositio. Inter peccata ab homine viatore contra divinam legem facta alia meritò vocantur, et sunt mortalia mortem scilicet spiritualem animæ afferentia; et alia vocantur, et sunt venialia, quæ nempe animæ mortem spiritualem non afferunt. Est certa catholicorum sententia contra Novatores, quæ tum ex Scripturis tum ex Patribus, et Conciliis, tum etiam ex ipsa ratione theologica probatur. Atque argumentum hoc pacto promovetur.

Inter peccata ab homine viatore contra divinam legem facta quædam sunt mortalia, et quædam sunt venialia, si tum divinarum scripturarum, tum Patrum, et Conciliorum auctoritate attenta, atque recta ratione spectata quædam sunt peccata quæ mortem spiritualem animæ inferunt, Dei amicitiam cum homine dissolvunt, ac ipsum hominem peccantem æternæ pœnæ reum constituunt: quædam verò sunt, quæ neque animæ mortem spiritualem inferunt, neque Dei cum homine amicitiam dissolvunt, neque hominem æternis pœnis obnoxium faciunt, sed tantum charitatis fervorem minuunt, ac pœna temporali tantum digna sunt; atqui tum divinarum scripturarum, tum Patrum, et Conciliorum auctoritate attenta, atque recta ratione spectata hujusmodi peccata dantur; ergo etc. Sola minor indiget probatione: major enim constat ex peccati mortalis, et venialis notione, natura, et effectibus. Quoad scripturas autem quoad primam partem minor traditur ab Apostolo pluribus in locis et præsertim Rom. 1., ubi cum varia crimina, nempe fornicationem, avaritiam, invidiam, homicidium, et alia enumrasset, V. 32. subjungit: *Qui talia agunt, digni sunt morte*: et ad Galatas 5: *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia etc. ..... Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur*. et omissis aliis Rom. 6. *Stipendium peccati mors*: Attentis ergo divinis scripturis dantur peccata, quæ mortem spiritualem animæ inferunt etc. Quod verò etiam dantur peccata, quæ talia mala non causant, sed solum charitatis fervorem minuunt, et pœna temporali sint digna tantùm, constat ex illo Ecclesiastici 19. *Qui spernit modica, paulatim decidet*: item ex illo Proverb. 24. *Septies enim cadet justus, et resurget*: ex quo non modo Theologi Orthodoxi, sed etiam sancti Patres illud exponentes de veniali culpa firmant distinctionem peccati mortalis, et venialis: item ex illo Jacobi 3: *In multis offendimus omnes*: et ex illo Joan. 1. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est*: Quod S. Aug. de Civit. Dei Lib. 14. Cap. 9. exponit de ipsis justis inquiens: *Non est qualiumcumque hominum hæc vox, sed vel maximè piorum et multum justorum, et sanctorum*: cum ergo peccata commissa ab hujusmodi viris saltem regulariter non sint divinæ amicitiæ dissolutiva, consequens est manifestum, præter mortalia crimina dari etiam peccata venialia; quod vel indicare voluit ipse Christus Matth. 7. redarguens eos, qui reprobabant

festucam in oculo alieno, non curabant autem trabem in oculo;
et Matth. 23. reprehendens ipsos Scribas, et Pharisaeos excolantes cu-
licem, camelum autem glutientes, sollicitos nempe de peccatis mi-
nimis; negligentes verò graviora curare; ergo &c.

166 Quae sanè meditantes ipsi SS. Patres clare, et
expressis verbis nostram tradiderunt sententiam. S. enim Hieronym.
in Cap. 2. Jerem. ait: Qui levi peccatorum sorde maculatus est, levi-
oribus purgatur monitis. Porrò peccata graviora, quae ad mortem
trahunt, nec nitro, nec herba Borith dilui possunt, sed gravi-
oribus tormentis indigent. Et S. Aug. lib. de Spiritu, et litera Cap.
28. inquit: Sicut enim non impediunt à vita aeterna justum quae-
dam peccata venialia, sine quibus haec vita non ducitur: sic ad
salutem aeternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, si-
ne quibus difficillimè vita cujusque pessimi hominis inveni-
tur. Et omissis alijs brevitatis gratiâ, S. Ambrosius Lib. 2. de Poeni-
tent. Cap. 10. ait: Quotidiani nos debet poenitere peccati; sed
haec (poenitentia) delictorum leviorum, illa graviorum.
Hinc Patres Concilij Trid. agnoscentes, et confitentes distinctio-
nem peccatorum in mortalia, et venialia Sess. 14. Cap. 5. decla-
rarunt, oportere à poenitentibus omnia peccata mortalia,
quorum post diligentem sui discussionem conscientiam
habent, in confessione recenseri; venialia tamen taceri
citra culpam, cum multis alijs remedijs expiari possint.
Et Sess. 6. Cap. 11 docuerunt in hunc modum: Licet enim in
hac mortali vita, quantumvis sancti, et justi in levia saltem
et quotidiana, quae etiam venialia dicuntur peccata, quan-
doque cadant, non propterea desinunt esse justi: Attamen
ergo auctoritate tum Scripturarum, tum Patrum, et Conciliorum
certum esse debet dari quaedam peccata &c.

167 Quibus omnibus et recta ratio suffragatur.
Si enim omnia peccata essent gravia, et divinae amicitiae dis-
solutiva, et gehennae meritoria, furtum re spectatis omni-
bus, mendaciorum officiosorum, et jocosorum, quinimò et otio-
sorum verborum tale peccatum esset, utpote cum, ut dicitur Matth.
12, et de hoc reddituri simus rationem in die judicii. Hoc
autem nimis durum, et alienum est ab ipsius Dei bonita-
te, cujus jugum suave est, et onus leve; ergo &c. et quidem
ratione. Nam Deus certè non avertitur à creatura, nisi crea-
tura ipsa à Deo avertatur; per peccatum autem veniale
tantum creatura à Deo non avertitur; ergo &c. ut Innocentius nempe
sicut quaevis offensa inter amicos amicitiam non dissol-
vit, sic neque quaevis offensa dissolvit amicitiam inter Deum
et homines.

168 Opponunt hi Heterodoxi tum ex Scriptura,
tum ex Patribus, tum denique ratione. Et primò arguunt ex illo ad Gal.
3: Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quae
scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Atqui ille, qui quod-
cumque peccatum committit, non permanet in omni-
bus, quae in libro legis scripta sunt, ut faciat ea. nam et

veniale peccatum est contra legem, ergo &c. 2do ex illo Jacobi 2: Qui offendit in uno, factus est omnium reus. Qui autem etiam venialiter peccat, facit scilicet unum ex ijs peccatis, quae venialia dicuntur, in uno offendit; ergo reus est totius legis; sed qui reus est totius legis, Dei amicitiam non habet; ergo &c. 3tio ex illo Math. 5: Qui solverit unum de his mandatis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum: idest nullus erit, et excludetur a regno coelorum: Atqui qui venialiter peccat, solvit unum de mandatis minimis, ergo &c. ..... Tandem ex illo Joan. 13, ubi Xtus Petro dixit Si non lavero te, non habebis partem mecum. Lotio autem illa pedum a Xto facta venialium remissionem significabat; peccata ergo venialia a regno coelorum excludunt; et proinde non alia ratione possunt dici venialia, quam quod ad alia graviora comparata sunt levia; non autem quod de se non mereantur poenam aeternam. Si enim, ut habetur Math. 10, vel dando calicem aquae frigidae in vitam aeternam meretur; quomodo inferni poenae non erunt debitae illi, qui vel minimum peccatum committit? Haec Novatores ex scripturis praesertim objiciunt.

Ex Sanctis Patribus autem opponunt S. Basilium, qui in Quaestionibus Brevibus Q. 293 expressis verbis docet, differentiam majorum, et minorum peccatorum nusquam in novo testamento reperiri. Quinimo ibi ex scripturis ipsis docet oppositum, omnia scilicet peccata mortem animae inferre. Et Quaest. 4 dicit, nulla peccata existimanda esse minuta: Quod idem etiam evincitur ex doctrina S. Augi, qui lib. de vera, et falsa poenitentia cap. 8 dicit, ex misericordia Dei esse, quod venialia sint levia: et Cap. 18 scribit, quaedam peccata, quae sunt mortalia, venialia fieri in poenitentia: cui doctrinae subscribunt plures ex SS. Patribus appellantes non semel venialia, quae de se sunt mortalia peccata; ergo &c.

Quae omnia roborantur, et confirmantur ex ipsa ratione. Nam qui vel unum ex ijs peccatis, quae venialia dicuntur, committit, non diligit Deum super omnia, idest ex toto corde, ex tota mente sua, et ex totis viribus suis; qui autem Deum non diligit, transgreditur primum, et maximum mandatum, et proinde reus est aeternae poenae in inferno; secundo, Poena damnationis aeternae est minus malum, quam quodcumque peccatum, quod veniale nuncupatur; ergo non est minus, quod poena aeterna puniendum sit; ergo &c.

Respondeo ad primum ab Apostolo desumptum ex Deuteronomio Cap. 27, ubi dicit maledictos illos, qui violaverint ea praecepta, quae ibi in capite referuntur, atque ex hac vita sine digno poenitentiae fructu decesserint, ut patet ex pronomine Hujus, quod additum nomini legis in Deuteronomio legitur; unde cum crimina, quae fugienda ibidem Moyses tradidit, sint delicta gravissima, qualia sunt ido-

latria, incestus, homicidium, et his similia, maledictio ibi intimata in non facientes omnia verba legis, neque in ipsis omnibus permanentes, non est attendenda ad violatores legis sub levi tantum obligantis. Quae eadem est responsio ad textum ex capite 2. S. Jacobi desumptum. Nam S. Jacobus ibidem loquitur, ut patet legenti dictum caput, de peccatis gravibus, ut est fornicatio, et homicidium, ac de accidente, licet non fornicetur, dicit, quod factus est reus totius legis, quatenus talis offensio, utpote gravis, cum perimat charitatem, sufficit ad eum perdendum, ac si totius legis praecepta violasset: Non autem loquitur de peccatis levibus, neque omnia peccata gravia esse contendit; alioquin totus mundus, et etiam ipse S. Jacobus factus esset reus omnium sequentium capite 3. ejusdem epistolae ipse S. Jacobus testatur, quod in multis offendimus omnes.

Ad 3tium: Qui solverit unum &c. dicendum est

170 Christum ibi non loqui de praeceptis absolute, et simpliciter levibus. Agit enim ibi contra Scribas, et Pharisaeos, qui praecepta de homicidio, adulterio, et dilectione proximi sic interpretabantur, ut dicerent, externum quidem homicidium, et adulterium lege prohiberi, non autem iram, et concupiscentiam interiorem; item et amicos diligendos esse; non autem inimicos: quae certe peccata levia non sunt, sed gravia. Vel etiam cum S. Hieronymo dici potest, ibi Christum corrigere voluisse errorem ipsorum Scribarum, et Pharisaeorum, qui proprias traditiones, earumque observantiam nimium extollentes ex falsa persuasione quaedam praecepta, quae vere gravia erant, tanquam minima, et levia venditabant, ac ideo sibi, et aliis erant occasioni, ut transgrederentur. Vel etiam (qui sensus magis naturalis esse videtur) Christus ibi loquitur contra eos, qui ita de praeceptis levioribus sentiebant, ut non solum eorum observantiam ipsi parvi penderent, sed et alios docerent, nullum esse peccatum ea transgredi: Quae cogitatio, et doctrina non levi, sed gravi praecepto est prohibita. Caeterum non desunt, qui velint per verba illa: Minimus vocabitur in regno caelorum, non indicari exclusionem a regno caelorum, sed solum minorem gloriam, et locum inferiorem habiturum, qui vel minima praecepta legis transgressus voluntarie fuerit ad discrimen illorum, qui etiam a voluntariis levibus culpis se abstinuerint.

Ad quartum, idest ad lotionem [illegible] quod

171 [illegible], dicendum est cum S. Basilio, et D. Thoma, quod licet ablutio, quae significabat externorum levium culparum [illegible], de se non esset necessaria ad salutem, necessaria tamen erat, ut a Christo praecepta; et ideo inobedientia Petri fuisset gravitor peccaminosa. Caeterum cum S. Augustino, et Bernardo dici potest, lotionem illam pedum, seu extersionem a venialibus culpis esse necessariam hoc sensu, quatenus venialia debita ita impediunt beatitudinem, ut nullus in regnum caelorum ingrediatur, quin prius et ipsa venialia remittantur.

172 Ad id autem quod additur de opere bono, distinguendum est inter opus bonum etiam minimum, quod fit ab homine justo ex comprincipio, et motivo supernaturali, et inter opus bonum, quod vel fit ab homine peccatore, vel si fit ab homine justo; tamen non fit ex comprincipio, et motivo supernaturali, sed naturali tantum; sicuti distinguendum est inter opus venialiter peccaminosum ab homine existente in statu gratiae, et inter opus venialiter peccaminosum ab homine in statu peccati mortalis existente factum. Si sermo sit de opere bono facto vel ab homine peccatore, et culpae lethali obnoxio, vel etiam ab homine justo, sed ex comprincipio, et motivo naturali, tunc falsum est tali opere bono in vitam aeternam mereri: nam ut probavimus in Tractatu de actibus Humanis, ad meritum theologicum requiritur non solum status gratiae, sed etiam quod opus fiat ex comprincipio, et motivo supernaturali: et hoc pacto ex assumpta paritate nihil concluditur contra nostram sententiam, quae vel potius ex tali paritate roboratur, utpote cum sicuti tale opus minimum bonum non est aeternae vitae meritorium; ita et nec opus leviter peccaminosum ab homine justo factum poena aeterna non est debita. Quod si paritas fiat inter opus bonum minimum ab homine justo ex divina gratia, et motivo supernaturali elicitum, ac inter peccatum leve factum ab homine lethali culpa maculato; tunc sicuti bono operi etiam minimo debita est merces aeterna; ita operi leviter malo per accidens orta debetur poena aeterna: Atque sic paritas favet nostrae sententiae. Quod si tandem paritas instituatur inter opus bonum etiam minimum ab homine justo ex comprincipio, et motivo supernaturali factum, et inter opus leviter peccaminosum pariter ab homine justo factum, disparitas petitur ex eo, quod tale opus bonum tunc ordinatur in Deum tanquam ultimum finem supernaturalem hominis, cui proinde operi a Deo promissa est aeterna merces; contra vero peccatum veniale natura sua non habet deordinare hominem ab ultimo fine, qui est Deus; quod proinde peccatum Deus non vult aeterna poena punire.

173 Atque ex his, quae hactenus diximus, patere etiam debet ad illud Ezechiel. 18. Anima, quae peccaverit, ipsa moriatur: sicuti et ad illud Apostoli Rom. 6. Stipendia peccati mors. Ezechiel siquidem eo in loco ostendere vult, filium puniendum non fore propter peccata parentum, ut patet ex his, quae subjungit: Filius non portabit iniquitatem Patris. sed solum puniendum esse propter peccata propria, et haec jam lethalia, qualia sunt servire idolis, alterius uxorem polluere, furta, et rapinas exercere, et similia his, quae jam sunt gravia, et de quibus ibi Propheta meminit. Apostolus item ibi loquitur de peccatis gravibus, quibus exhibentur membra servire immunditiae, et iniquitati ad iniquitatem, ut patet legenti dictum Apostoli caput.

174. Ad Patres autem quod attinet, et in primis ex locis ex S. Basilio objectis nihil firmi concludi fit. Nam etsi genuinum illud esset S. Basilii, quod tamen nonnulli inficiantur, ibi S. Doctor nihil aliud docere vult monachos, cum quibus agit, quam quod nullum peccatum sit ita parvum, ut vel contemni, vel pro nihilo haberi debeat, sed quod omnia sine discrimine cavenda sint, non quaerendo, an sint mortalia, an sint venialia, et ita Evangelium sine distinctione etiam dicit, omnia esse cavenda. Quae responsio omnino cohaeret titulo citatae quaestionis 293, quae est. Quomodo ergo agi par est cum his, qui ea majora peccata declinant, minora perinde, ac si nihil referrent, committunt: Item his quae citato §. 4 habet inquiens Nihil omnino tanquam minutum contemni debere.

175. S. Augus vero in citato libro de vera, et falsa Poenitentia, quem falso Augo adscribi docet cum aliis Cont. Tolle hic Tract. 4 Quaest. 3. Sub. 1. § 1. num. 1., ita explicandus venit, ut nempe sit ex Dei misericordia, quod ob venialia non negantur gratiae auxilia, sine quibus consentiretur in mortalia; et haec est primi loci sententia. In secundo vero loco docetur, peccata mortalia venialia fieri poenitentia, quatenus a Deo per poenitentiam peccator veniam consequitur. Quae etiam est mens aliorum Patrum appellantium venialia quae sunt mortalia peccata. Et haec expositio est ad mentem S. Thomae 1. 2. Q. 77. A. 8. ad 1um dicentis: Veniale dicitur tripliciter. Uno modo ex causa; quia scilicet, habet aliquam causam veniae, quae diminuit peccatum et sic peccatum ex infirmitate, vel ignorantia dicitur veniale. Alio modo ex eventu; sicut omne peccatum per poenitentiam fit veniale, idest, veniam consequitur. Tertio modo dicitur veniale ex genere; sicut verbum otiosum. et hoc solum veniale opponitur mortali = Haec S. Doctor, cujus doctrina notanda est ad intelligendam plurium Patrum doctrinam, ubi mortalia cum venialibus, et vicissim confundere videntur.

176. Ad 1um argumentum a ratione desumptum dico, verum quidem esse quod ille, qui venialiter peccat, actu eo non diligat, quatenus de tunc actualem erga Deum charitatem habeat; falsum tamen est, habitu Deum non diligere. Ad diligendum enim habitu Deum ex toto corde, ex tota anima, et ex tota mente sufficit Deum ita diligere, ut nihil ejus dilectioni anteponatur, seu nullam creaturam ita diligamus, ut mortaliter parati simus derelinquere ipsum Deum, sed e contra ita in Deum affecti simus, ut potius quam ejus amicitiam perdere velimus, quodcumque malum subire; quod jam habitu servatum praestat, qui tantum venialiter peccat. Diligit ergo Deum super omnia, et ex toto corde saltem quoad legis substantiam licet non quoad totam illius extensionem accidentalem, quatenus nempe de suae perfectione charitatis est etiam venialia excludere.

177. Ex ratione pariter secundo loco opposita nihil inferri sit. Nam licet quodcumque peccatum veniale, quatenus offensa Dei; et adeo divinae legi, et rectae rationi oppositum sit majus malum, quam quaecumque poena, etiam aeterna, utpote cum haec licet sit naturae incommoda; tamen et rectae rationi, et divinae justitiae congruere possit; non tamen inde sequitur, quod peccatum veniale poenam mereatur aeternam, idemque tali poena puniri debeat. Ad peccatum enim vindicandum solum requiritur, et sufficit, ut inter delictum, et poenam sit proportio in ratione poenae: Poena autem temporalis est satis proportionata, et sufficiens ad vindicandum peccatum leve. Neque hoc est inconveniens. Nam sicuti quamvis vel minutissimum animal sit perfectius quolibet corpore inanimi; organicum tamen v.g., vel aurum quod secundum se est vilius Bruto, aequare sit, vel etiam superare pretium animalis; ita et poena sit nedum aequare, sed etiam superare malitiam peccati venialis sicuti contingeret, si haec aeterna esset. Atque haec sint de peccati mortalis, et venialis existentia contra Novatores. Nunc

§. 2. De Peccati mortalis, et venialis Discrimine.

178. Novatores, inter quos Wiclefus, et Calvinus agnoscentes vim, et pondus argumentorum, quibus catholici tum ex divinis scripturis, tum ex doctrina Patrum, tum ex ipsa ratione theologica catholicam veritatem de Peccati mortalis, et venialis existentia firmant, subterfugium excogitarunt, docuerunt, omnia quidem peccata de se et ex natura sua esse mortalia; verumtamen solis Reprobis imputari tanquam gravia; Praedestinatis autem tantum ut venialia. Quem errorem aliquo modo temperarunt Lutherus, Melancton, Kemnitius, et alii dicentes, Fidelibus solam infidelitatem imputari ad mortale; in infidelibus autem omnia esse de se mortalia, quamvis aliqua ex Dei misericordia imputentur tantum ad poenam temporalem. Haec autem omnia unanimi consensu a theologis catholicis rejiciuntur, sicuti etiam rejicitur doctrina nonnullorum catholicorum Doctorum, ut Gersonis, Almaini, Joannis Fischeri Episcopi Roffensis, qui saltem in specie praedicto Haereticorum errori favere videntur, docentes, mortale, et veniale peccatum non differre ex natura rei, sed omnia esse mortalia; quaedam vero ex Dei misericordia, et bonitate esse tantum venialia: Quos tamen Doctores inter alios ab hac macula abstergit cum Estio Jansenius, Arriaga, et alii dicentes, catholicos illos Doctores

tantum voluisse, aliqua esse venialia ex Dei ordinatione
quatenus aliqua ante prohibuit tanquam venialia tantum,
quæ tanquam mortalia prohibere potuisset. Quæ si fuit
Doctorum illorum mens, eorum sententia certe longe abest
ab Hæreticorum sensu. Hinc sit

179. Propositio. Dantur peccata per se, et ex sua
natura tantum venialia: et proinde peccatum veniale, et
mortale ab intrinseco sua natura, et essentialiter inter se
differunt. Hæcque veritas Catholica satis constat ex proposi-
tione 20. in Bajo a S. Pio V, Gregorio XIII., et Urbano VIII damnata,
quæ est hujus tenoris: Nullum est peccatum ex natura sua
veniale, sed omne peccatum meretur pœnam æternam. Sua-
detur tamen hoc pacto. Dantur peccata per se, et ex sua na-
venialia tantum, si dantur peccata, quæ per se, et ex na-
tura sua non sunt dissolutiva amicitiæ hominis cum
Deo, neque hominem dono gratiæ sanctificantis privant; adeo
ut talia committens peccata adhuc in justitia, et sanctita-
te perseveret, neque pœnam æternam gehennæ mereatur.
patet hæc propositio, cum omne peccatum mortale per se, et
ex natura sua dissolvat Dei cum homine amicitiam, hominem
dignum pœnis inferni efficiat: Atqui dantur peccata, quæ
per se, et ex natura sua non sunt dissolutiva amicitiæ
hominis cum Deo, neque &c. Nam, ut definit Tridentinum Sess. 6. cap.
11. Quamvis sancti, et justi in levia saltem, et quotidiana,
quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant,
non propterea desinunt esse justi: et Concilium Milevi-
tanum, cui S. Augustinus interfuit, et cujus canones composuit, can.
6, 7, et 8. docet, sanctos, et justos habere quædam peccata,
quæ licet sanctitati, et justitiæ non repugnent, tamen vere sunt
peccata, et remissione indigeant; ergo &c. Quod vel etiam
ostenditur a pari, ex eo scilicet, quod sicuti inter homines
recta ratione duce censemus, irrationabile esse, ut quis sive su-
perior, sive æqualis, sive inferior propter quoslibet vel
minutissimos defectus, et offensiunculas ab alio acceptos ita
in eum irascatur, ut se graviter offensum merito existimet
ac ideo et amorem, et gratiam suam ei deneget, ita etiam
rationabile videtur, quod Deus propter offensiunculas, quas
omnes vitare nobis est moraliter impossibile, possit
amicitiam suam rescindere, gratiam suam tollere, et
in æternum punire; cum sic Deus non censeretur sin-
cere, et constanter velle nos habere sibi amicos; quin
nimo ejus gratia, et amicitia redderetur contemptibilis
utpote moraliter inattingibilis; ergo &c.

180 Hinc facile est colligere primo, non
esse ab imputatione Dei, quod peccatum aliquod sit mor-

tale, vel veniale, quod poenam aeternam, vel temporalem meretur. Id enim manifeste contradicit Trid.um Sess. 6. Can. 25. sic definienti = Si quis in quolibet bono opere justum saltem venialiter peccare dixerit, aut (quod intolerabilius est) mortaliter, atque ideo poenas aeternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem; anathema sit = Et res est clara: Nam cum per peccatum mortale ~~homo ita~~ convertatur ad creaturam, ut in eo suum ultimum finem constituat, et ita a Deo avertatur ut voluntarie a se Divinam gratiam abjiciat, ac divinam renuat amicitiam juxta illud Jerem. 2. Duo mala fecit Populus meus: Me dereliquerunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas; jam ipse Deus omnis sanctitatis, et justitiae fons hujusmodi malum opus, in quocumque inveniatur subjecto sive fideli, sive infideli, sive Praedestinato, sive Reprobo non potest non odisse odio abominationis, et inimicitiae juxta illud: Odio sunt Deo impius, et impietas ejus; Quod ergo peccatum sit divinae amicitiae dissolutivum, et aeternae poenae gehennae meritorium non dependet a Divina imputatione, sed hoc exigit ipsa peccati natura. Et sane si tantum a Divina imputatione esset, quod peccatum esset mortale, vel veniale, is, cui ad mortalem culpam imputatur, Deo eum de peccato redarguenti juste respondere posset: Graviter offenderis, quia vis; cum haec ergo responsio tanquam justa admitti

181\. nequeat, dicendum est etc.

Item secundo facile est colligere, falso somniasse, ac delirasse Novatores contendentes, omnia Fidelium, praesertim Praedestinatorum peccata tanquam levia ipsis imputari; contra vero omnia Reproborum delicta ipsis tanquam gravia attribui, atque in ipsis puniri: Quinimo tanquam omnino certum tenendum est, Fideles etiam Praedestinatos mortaliter peccare posse; sicuti infideles, etiam Reprobos venialiter tantum, vel etiam nullo modo per aliquas suas actiones delinquere posse. Primum namque vel ab ipsis exemplis comprobatur. Primus siquidem noster Protoparens, David, Apostoli Petrus, et Paulus, item et Magdalena inter fideles, et Praedestinatos erant; et tamen primus protoparens graviter peccavit, cum fructum vetitum in Paradiso comedit; item et David, cum adulterio, et homicidio se coinquinavit; sicuti et Petrus cum ter Christum negavit, et Paulus, cum blasphemus, et contumeliosus fuit, atque Ecclesiae persecutor; pariter et Magdalena, cum fuit in Civitate peccatrix, ut patet tum ex poenitentia, quam fecisse legitur, tum ex venia ipsis a Deo donata; ergo etc.

Secundum verò, et tertium colligitur ex Trid. Sess. 6. can. 7. definiente = Si quis dixerit, omnia opera, quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium Dei mereri...... anathema sit = Atque ratio est, quia infidelis, et Reprobus fit V.G. tantum joco-sè mentiri, aut in parva quantitate rem alienam surripere: sicuti et ex naturali commiseratione extremè indigenti stipem erogare, et quod alienum est, suo domino restituere; atqui talis infidelis in primo casu non nisi leviter peccaverit; in secundo verò nullo modo Deum offendit, cum talia opera in ordine naturali sint bona, et honesta; ergo &c.; et proinde ab Alexandro VIII. meritò proscripta fuit hæc ordine 8. propositio: Necesse est, infidelem in omni opere peccare.

182 Tandem facile etiam est colligere, fidelibus non solùm infidelitatem, sed etiam alia opera, quæ sunt contra leges, et præcepta sub gravi obligantia, ad mortalem culpam imputari; adeoque fideles non tantum per infidelitatem, sed etiam per reliqua mala opera peccare posse, ut docet Trid. Sess. 6. can. 19. sic definiens = Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cetera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad christianos, anathema sit = et clarius can. 27. = Si quis dixerit, nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumvis gravi, et enormi, præterquam infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti, anathema sit = Et ratio est, quia fideles adulterare, fornicari, perjurari &c. possunt, hæc autem licèt non sint infidelitas; tamen sunt gravia peccata à Regno cælorum excludentia quemcumque, qui ea commiserit, neque condignè pœnituerit, juxta illud 1. Corinth. 6. Regnum Dei non possidebunt; ergo &c.

183 Oppones contra hactenus dicta tùm ab auctoritate, tùm à ratione. Et primò Psal. 31. V. 2. legitur: Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum: ergo ex imputatione Dei actio mala est peccatum. Quod et ipsius Ecclesiæ praxis ostendit, dum in Missa Defunctorum orat pro ipsis defunctis, ne absorbeat eos tartarus, ut pœnas inferni non sustineant &c.; cum ergo ecclesia ibi orat pro animabus in solis venialibus ex hac vita decedentibus, supponit pro solis peccatis, quæ venialia dicuntur, prædictos animos, quod est ex natura peccati, mereri pœnas inferni: peccatum autem, quod meretur infernum, est mortale; ergo &c. Ecterna omne peccatum jam vel est grave vel leve per ordinem ad legem jam sub gravi, jam sub levi obligantem; sed

quod lex jam sub gravi, jam sub levi obligat, pendet à dño voluntate; ergo et quod peccatū sit grave, vel leve pendet à dño voluntate; ergo &c. et proinde dicendum est quod sicuti Deus fit tolum mortale condonare; itā etiā illud possit ita minuere, ut ē mortali fiat veniale.... 2dō Rom. 8. dicitur: *Nihil ergò damnationis est ijs, qui sunt in xto*: In Prædestinatis ergo, utpote qui sunt in xto, nihil est dignum morte æterna; et adeò nulla culpa ipsis à Deo imputatur ad mortem; contra infidelib, et Reprobis omnia attribuuntur ad peccatum juxta illud Heb. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo*: cui consonat illud Rom. 14. *Oē, quod non est ex fide peccatū est*: et illud Matth. 7. *Non pōt arbor mala bonos fructus facere*: Porrò infideles, cum fidem non habeant, ex fide non operantur, neq: sunt arbor bona; ergo oēs eorum actiones malæ sunt, et fructificant ad gehennā. Quod ipsum docet etiā S. Aug. pluribus in locis, et præsertim de Gratia et Lib. Arbit. Cap. 18. inquiens: *Quod non fit ex charitate, non benè fit*: et Lib. 2. *Retract.* Cap. 15: *Voluntas sine charitate tota est vitiosa cupiditas*: itam et S. Leo Serm. 5. de Jejunio sic Loquens: *Animus, qui sine dilectione esse non pōt, aut Dei amator est, aut Mundi*. Vide S. Hieronymus Lib. 2. in Epist. ad Galatas Cap. 3. dicebat: *Qui in xtum non credentes, fortes, et sapientes, et temperantes se putant oēs, sciant nullum absque xto vivere, sine quo omnis virtus in vitio est*. Quoniam omniū rāō est, quia cū, ut probabilius diximus in Tractatu de Actib Hūis ô num. 221: nullus datur actus Hūus indifferens in individuo, õia opera nostra tenemur in Deum tanquā ultimū finem dirigere: Quod certè infideles, et Reprobi utpote charitate destituti non faciunt, ergo &c. Hæc ex auctoritate.

184. A rōne verò sic arguitur. Omne peccatū est infinitæ malitiæ; ergo omne peccatū est natā sua mortale. Consqā patet; Ans verò primò suadetur ex eo, quod õa peccatum utpote offensa Dei est major, quàm offensæ infinitæ creaturarū; hæ autem carent malitiā infinitā; ergo et õē peccatū est malitiæ infinitæ: 2dō suadetur etiā ex eo, quod õe peccatum est plus odibile, quàm infinitū bonū sit amabile; nam potius carendū est bono infinito, quàm vel minimū inter peccata committendū: bonū autem infinitū est infinitè amabile; ergo õe peccatū vel minimū est infinitè odibile; ergo infinitæ malitiæ..... Confirmatur primò: Malitia peccati eo major est, quo vilior est persona offendens, et excellentior est persona offensa: sic major est offensa hominis plebei contumeliosa verba in nobilem proferentis, ac sit offensa hominis nobi-

lis similia contumeliosa verba in personam sibi parem dicen-
tis: Deus autem, qui est excellentiae infinitae, per quodcumque
peccatum laeditur à creatura, quae apud Deum est quid vilis-
simum; ergo quodcumque peccatum est maxime, quinimò
infinitae malitiae...... Confirmatur 2do. Qui vel minimum pecca-
tum facit, Deum contemnit; ergo graviter peccat. Prob. ant. Per
peccatum grave ideò contemnitur Deus, quia tale peccatum
est immediatè contra Dei amicitiam, et mediatè contra Deum;
sed etiam vel quodvis minimum peccatum est immediatè con-
tra familiaritatem Dei, et mediatè contra Deum; quini-
mò est etiam contra Dei amicitiam, cum eam minuat; er-
go &c...... Tandem, omissis alijs, sic roboratur totum
argumentum. Peccatum, quod per se, et ex natura sua est
veniale, semper specie differt à peccato, quod per se, et
ex natura sua est mortale; sed hoc est falsum; ergo &c.
Major per se est manifesta; prob. autem minor, et primò ex eo,
quod multoties peccatum, quod dicitur mortale, eandem objectum
habet cum peccato, quod veniale appellatur, ut patet in
furto gravi, et levi, in blasphemia in Deum prolata cum
perfecta, et cum semiplena advertentia &c. 2do quia
peccatum mortale, et veniale ut plurimum saltem dif-
ferunt solùm secundum magis, et minus: quae autem
tantum secundum magis, et minus differunt, specificè, et
essentialiter non differunt, atque adeò peccatum factum cum
plena advertentia, et cognitione, ac peccatum factum cum semi-
na advertentia se habent veluti amor beati in Patria sequ-
tus à cognitione perfecta ipsius Dei, ac amor à viatore elicitus
cum imperfecta tantum ipsius Dei cognitione; sicuti ergo amor à Be-
ato, et à viatore elicitus specie non differunt; ita neque pec-
catum cum plena, et peccatum cum semiplena cognitione patratum
specie differunt; ergo &c.
185 Respondeo ex illo Psal. 31. Beatus vir, cui &c.
nihil concludi posse. Nam quemadmodum licet sit etiam Beatus,
cui Deus peccata remisit, ut eodem Psal. v. 1. dicitur: Beati, quorum
remissae sunt iniquitates, non propterea sequitur, quod peccatum
sit grave, et mortale ex ea ratione, quia remissum non
est. Quinimò ipsa non remissio supponit ipsum peccatum
jam plenè constitutum in ratione peccati; ità licet ea, quod
David dicat Beatum, cui Deus non imputavit peccatum, non se-
quitur, peccatum esse grave, quia à Deo tanquam mortale
imputatur, sed ipsa divina imputatio supponit ipsum peccatum
jam esse grave, et ad aeternam poenam imputabile. Ille proinde
sensus loci citati est, quod ille sit Beatus, cui peccatum in
perfectè remissum, et deletum est, ut nihil illi beatitudinem maneat
etiam de poena, quam pro peccato meruit; et adeo ad perfectam
Dei amicitiam redierit. Hinc ad Ecclesiae precationes cum Cano
186 Gotti hic Q. 3. §. 4. num. 29, et alijs dico, Ecclesiam eas preces &

rigere ad mortis horam; ac proinde ibi orat pro animabus illis, ac si tunc ex hac vita migraturae essent, ac judicii sententiam nondum sustinuissent; eo sane modo, quo in Adventu, et Nativitate Domini orat, ac si Verbum divinum incarnandum esset, et nasiturum dicens: Rorate caeli desuper, et nubes pluant justum: Spiritus Sanctus in te descendet Maria &c: Ac proinde sicuti ecclesia in Adventu, et Nativitate Domini orans intendit repraesentare Dei mysterium olim perfectum, et ita movere ipsum Deum ad nobis donandas gratias, quas petimus; ita etiam in Missa defunctorum ecclesia orat pro defunctis, intendit a Deo petere, quod sicuti ex speciali Dei misericordia fuit, quod animae illae antequam ex hac vita migrarent, veniam mortalium peccatorum per veram poenitentiam consequerentur; ita et nunc ex eadem divina misericordia obtineant liberationem a poenis temporalibus pro venialibus in Purgatorio debitis.

187 Ad id, quod additur, quodque solum verum esse fit loquendo de legibus mere positivis; non autem naturalibus, utpote cum hae prohibeant, aut praecipiant, quae per se, et ab intrinseca sua natura aut mala, aut bona sunt, ac proinde non possint non prohiberi, aut praecipi ab ipso Deo, ut in Tractatu de Legibus, ubi de lege naturali, diximus; loquendo itaque, de Legibus mere positivis, fatendum est, pendere quidem a divina voluntate condente ipsam legem, quod lex positiva, jam sub gravi, jam sub levi obliget, vel etiam nullo modo, quatenus Deus fuit liber ad imponendas hujusmodi leges; falsum autem est, a divina voluntate condita ipsam legem pendere, quod lex jam sub gravi, jam sub levi obliget. Supposito enim, quod Deus voluerit suam legem sub gravi obligare, non inde pendet a divina voluntate, quod illam transgrediens solum venialiter peccet; cum sic Deus velle posset, quod ipsa lex jam sub gravi, jam sub levi simul obligaret; quod est impossibile. Atque hinc ad subjectam rationem, concedendum quidem est, quod Deus possit condonare totum mortale quoad poenam ipsi debitam; falsum autem est posse condonare quoad solam diminutionem ejusdem; cum enim una, et indivisibilis sit malitia peccati mortalis, non fit quod partem tolli, alia ejusdem parte remanente; sicuti non fit ita minui essentia hominis, ut inde remaneat brutum.

188 Ad locum Apostoli Rom. 8. respondendum est, Apostolum non aliud indicare voluisse, quam quod in illis, qui sunt justificati per Christum, nihil sit damnabile, hoc est in illis nihil sit dignum damnatione, cum per acceptam gratiam sint Dei amici, quamdiu manent in Christo, seu in gratia illis per Christum donata: quod inde non probat, ipsos a gratia non

posse excidere, ac lethali culpae obnoxios fieri. Hebraeorum vero 11. idem Apostolus loquitur de persona; non autem de opere, quatenus nemo potest Deo placere, ejus nempe amicus, et justus fieri non posse, quin fide supernaturali credat; nequaquam vero asserit, nullum opus esse bonum saltem in ordine naturali, quin illud eliciens fidem supernaturalem habeat. Ceterum quamplures locum illum Apostoli exponunt de opere in vitam aeternam conducente, ac aeternae beatitudinis meritorio. Tandem Apostolus Rom. 14, ut communiter exponunt interpretes, et facile est ex antecedentibus deducere, ibi docet, omne, quod non est ex fide, idest contra dictamen practicum rationis esse peccatum et ad culpam imputabile, nequaquam vero omnia infidelium opera esse peccaminosa. Christus vero Matth. 7, ut Silvius cum aliis exponit, solum docet, quod arbor mala, mala scilicet voluntas, quamdiu talis est, non possit fructus bonos, bona scilicet opera producere: non vero si ex recto, et rationi conformis credat. Ex quo inde nihil pro Novatoribus concluditur.

189. Atque ex his ad SS. Patres. Sanctus siquidem Aug. loco citato de Gratia, et Lib. Arbit. exponendus est de opere meritorio in aeternam vitam; non autem de opere moraliter bono, et honesto; nisi dicere velis, S. Doctorem nomine charitatis intelligere amorem, et dilectionem virtutis: quod propositum intenditur ab Aug. citato loco ex Lib. 1 Retract. Similiter etiam a S. Leone loco objecto; adeo ut sensus sit, quod actus virtutis non factus ex motivo alicujus virtutis sit inhonestus, et vitiosus: quod propositum verum est in sententia negante indifferentiam actuum humanorum in individuo: quae fuit mens, et sententia S. Aug., et S. Leonis. Atque ex his ad S. Hieronymum, ac alios Patres similia asserentes. Ipsi siquidem loquuntur de eo, quod passim, et regulariter contingit, quatenus nempe ipsi infideles etiam opera ipsa virtutis ex fine malo eliciunt, ac propter finem honestum non operantur, sed ut plurimum vel honoris humani, vel inanis gloriae, aut lucri temporalis cupiditate. Quod verum est ut docet S. Aug. Lib. 5 de Civitate Dei cap. 12, ac ipsa ostendit experientia; ac proinde locus relinquitur, quod et opera virtutis ab infidelibus elicita sint bona, si ex recto, et honesto fine operentur. Neque inde quidquam urget ratio subjuncta. Nam etiam qui negant actuum humanorum indifferentiam in individuo, non contendunt, ad operum nostrorum honestatem necesse esse, ut immediate, et directe referantur in Deum, et eo minus, quod charitate actuali, aut virtuali dirigantur in Deum; sed contenti sunt, quod mediate, et indirecte referantur in Deum, seu ut tantum operemur honestatis, et virtutis motivo.

190. Ad 1um argumentum a ratione desumptum nego ans, ad cujus firmam probationem, quae solum ha-

bere sit locum in sensu hypothetico, ex suppositione nempe, quod offensa creaturarum non esset offensa Dei, pro eo casu concedendum quidem esset, quamlibet Dei offensam fore pejorem etiam infinitis offensis creaturarum, quatenus quaelibet offensa Dei praecontineret malitiam theologicam, quam infinitae creaturarum offensae non praecontinerent; in sensu vero ab adversario intento id negandum est.... Ad alteram vero negati antis probationem pariter concedendum est, quodlibet peccatum etiam minimum esse plus odibile respective ad electionem ejus prae bono etiam infinitae amabilitatis quatenus nempe ita debet odio haberi, ut in nullo casu eligi possit, et debeat etiam propter quodvis bonum infinitum juxta illud: Non sunt facienda mala, ut inde eveniant bona: ex quo sequitur tantum, nullam esse elegibilitatem in peccato vel etiam minimo; non vero sequitur, ejus malitiam esse infinitam. Nam nec possum eligere unum veniale, ut impediram omnia mortalia aliorum hominum; et tamen non sequitur veniale esse majoris, aut paris malitiae cum mortali; ac proinde absolute loquendo falsum est, omne peccatum vel minimum esse plus odibile, quam infinitum bonum sit amabile quatenus nempe major sit gradus malitiae in peccato veniali, ac sit gradus bonitatis in bono infinito.

191. Ad primam confirmationem, quae tangit difficultatem, an peccati malitia nedum objective, et extrinsece, sed etiam intrinsece, et in se spectata sit infinita: quod ad rem spectat, quidquid sit de illa difficultate, illud tanquam certum tenendum est, quod malitia peccati non tam desumenda est ex persona, quae offenditur, sed etiam, immo praecipue a modo, quo persona offenditur; cum ergo modus, quo per peccatum veniale Deus offenditur, gravem non importat deordinationem a recta ratione, vel actio tunc procedat ex imperfecto cognitione, ac advertentia, vel vero materia actionis non sit nimia, quod [...] perpetratis omnibus bonis, hinc injuria Deo illata non est maxima, et a fortiori non est infinitae malitiae.

192. Ad 2dam confirmationem nego antecedens, et hujus probationem omisso majori, et minori nego consequentiam, et disparitas est, quia nolle amicitiam Dei est simpliciter deserere Deum; nolle autem familiaritatem Dei non est simpliciter deserere Deum, sed tantum modum perfectius habendi Deum, eo sane modo, quo nolle videre Deum est velle separari a Deo, ac damnari; velle autem remissius videre Deum est tantum separari a modo clarius videndi Deum. Sicuti ergo separari tantum a modo clarius videndi Deum, non est Deum contemnere, ita deserere modum perfectius habendi Deum non est eum contemnere. Hinc etiam falsum est, peccata venialia minuere amicitiam Dei probabiliter, minuendo gratiam, per quam sumus

amici Dei, cum nullus gradus amicitiae praehabitae tollatur per veniale
peccatum; sed solum minuit amicitiam Dei habendam, impediendo
subinde actus perfectiores, quibus gratia augeretur, aut etiam dispo
nendo ad Dei amicitiam jam habitam perdendam; Per quod
jam non peccatur graviter, quia non est obligatio saltem gra
vis ad illos actus perfectiores, aut ad augendam gratiam, aut
ad cavendas omnes occasiones remotas perdendae Dei amicitiae

193 Ad ultimam confirmationem, quae aliam
involvit difficultatem a praesenti distinctam, an nempe pecca
tum mortale, et veniale essentialiter, et specifice, an tantum accidenta
liter differant: nego minorem, ad hujus primam probationem
fateor, peccatum veniale, et mortale non raro versari circa
idem objectum materiale, et physicum, Falsum autem est, pec
catum mortale, et veniale versari circa idem objectum
morale, seu secundum esse moris consideratum, prout
nempe est conforme, aut difforme morum regulis, et rectae
rationi; cum objectum peccati mortalis semper dicat gra
vem deordinationem morum regulis, et rectae rationi, quae
deordinationem non dicit peccatum omnino leve, seu
veniale, ut ergo malitia peccati non desumatur ab obje
cto materiali, sed formali, ut in Tractatu de actibus humanis a num.
152. diximus; hinc argumentum non est ad rem praesen
tem.

194 Ad alteram ejusdem negatae minoris
probationem responsio est D. Thomae q. 7. de Malo A. 1. ad 19.
agentis: Quod magis, et minus quando consequuntur rationes
diversas, diversificant speciem. Et ita est in proposito. Nam
diligere aliquid, ut finem (quod fit in peccato mortali)
et sicut id, quod est ad finem (quod fit in veniali peccato)
non habet eandem rationem dilectionis. Hac Angelicus
Praeceptor, et adeo in praesenti causa sumus in casu, quo ma
gis, et minus variant speciem. Quod falsum esse non evin
citur ex inanimata paritate. Nam in primis plures Docto
res satis probabiliter docent, amorem Dei a Beato, et a
viatore elicitum specie differre. Caeterum etsi specie non
differret, adhuc disparitas est in promptu. Nam cognitio
plena objecti sive sit clara, qualis est cognitio Beati cir
ca Deum, sive sit obscura, qualis est cognitio viatoris cir
ca ipsum Deum, potest applicare, et proponere voluntati
objectum, nempe Deum sub eadem formali ratione bonitatis
et propterea eadem bonitas est motivum formale amoris Be
ati, ac viatoris: Contra cognitio semi-plena, et imper
fecta cognitio, qualis est in venialiter tantum peccan
te, defectu perfectae et plenae cognitionis, non propo
nit objectum voluntati sub eadem formali ratione ma
litiae, ut patet meditanti; ergo licet [illegible]. Hac in
Catholicis contra Novatores Nunc

§. 3. Exponitur Doctrinae Complementum.

195. Firmata certa veritate de discrimine per se, et ex re sua tali inter peccatum mortale, et veniale contra Novatores, deinde licet etiam inter se conveniant Catholici, quod peccatum mortale primo differat a veniali in hoc, quod peccator per peccatum mortale avertatur a Deo, ut ultimo fine juxta illud Jerem. 2. Scito, et vide, quia malum, et amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum: atque ad creaturam convertatur eam plus, quam Deum diligendo, et adeo in ea saltem excessive suum finem ultimum constituendo ut indicare voluit Xtus Matth. 10. verbis illis: Qui amat Patrem, vel matrem plus quam me, non est me dignus. et ~~[illegible]~~ saltem virtualiter ipsum Deum contemnat, sicuti patet ex verbis Xti Matth. 6. Nemo pot. duobus Dominis servire. Aut enim unum odio habebit, et alterum diliget, aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Non enim potestis Deo servire, et Mammonae. Secundo, quod per tale peccatum dissolvatur amicitia, et conjunctio hominis cum Deo, ac divino odio dignus reddatur, juxta illud. Odio sunt Deo impius, et impietas ejus; atque adeo nedum divina gratia privatur, sed etiam aeternae morti, et poenis gehennae subjiciatur, juxta illud: Qui talia agunt, digni sunt morte. Qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur. Quae tamen de venialiter tantum peccante dici nequeunt, ut patet ex verbis Trid. supra num. 179. relatis. Licet, inquam, in his conveniant Catholici Doctores; attamen deinde dissident inter se in assignando veluti causa, et radice talium exitialium effectuum peccati mortalis.

196. Atque primo nonnulli, inter quos Scotus, et Gabriel apud P. Claudium La Croix hic lib. 5. num. 206. docent, peccatum mortale a veniali discriminari in eo, quod peccatum mortale sit contra legem, seu praeceptum; veniale vero sit contra consilium tantum. Verum si consilium rigorose sumatur, haec sententia admitti non potest. Nam non facere ea, quae praecise sunt de consilio, nullum est peccatum, ut patet ex Apostolo 1. Corinth. 7. ubi licet coherenter doctrinae Xti Matth. 19. tanquam optimum opus de consilio proponat castitatem; attamen deinde subjungit: Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. Et ratio est manifesta, quia nulla actio pot. dici imputabilis ad culpam, nisi sit contra legem juxta illud Apostoli Rom. 4. Ubi enim non est lex, non est praevaricatio: et patet ex peccati definitione: consilium autem, et simpliciter tale vim legis non habet, nec legis

obligationem induit, ergo Dei. Quod vel etiam constat ex eo,
quod omne peccatum etiam veniale est semper malum morale,
quod jam non est opus contra consilium, pure tale, saltem,
ut patet in matrimonio, quod licet sit contra castitatis con-
silium, tantum abest, quod sit malum morale, quod quinimo
est opus moraliter bonum.

Secundo alij, inter quos S. Bonaventura,
197. et Alensis, dicunt, peccatum mortale a veniali in eo differ-
re, quod mortale sit contra legem; veniale autem sit prae-
ter legem. Verum neque hoc admittendum videtur, utpote
cum contra talem opinionem praeterquamquod militent
rationes pauloante insinuatae, etiam actus indifferens
deberet dici peccatum, cum et hic sit praeter legem. Id,
inquam, admittendum non videtur, nisi forte per vocem
illam praeter legem, intelligatur, quod veniale peccatum non
sit contra finem praecipuum legis, illumque non evertat,
sed tantummodo non observet modum rationis, quem
lex intendit, ut explicat Angelicus Praeceptor 1. 2. Q. 88
A. 1. ad 1um; et propterea non convenit charitatem, quae
est plenitudo legis, ut pariter docet profundissimus S. Doctor
Q. 7. de malo A. 1. ad 1um. Ex quo patet praerelata sententia
indiscriminatim prolata male citari a nonnullis pro se
cum S. Doctorem citato loco, nempe 1. 2. Q. 88.

198. Tertio plures, inter quos Cajetanus, con-
tendunt, peccatum mortale a veniali discriminari in
eo, quod peccatum mortale versetur circa ultimum finem,
nempe Deum; veniale vero circa media ad finem con-
ducentia. Sed et haec doctrina universim prolata admitten-
da non est, et praesertim, quia inter actus humanos tantum
venialiter malos plures sunt, qui circa ultimum finem, nempe
Deum versantur, ut sunt motus semi-deliberati infidelitatis,
diffidentiae de Deo, blasphemiae ex surreptione procedentes, et
e contra plures sunt inter actus humanos graviter peccami-
nosos, qui circa media versantur, ut sunt homicidium,
adulterium, et hujusmodi alia.

Tandem, missis nonnullis aliis Theo-
199. logorum placitis utpote rem non satis explicantibus, com-
munior, et forte verior sententia peccatum mortale a veniali in
eo differre docet, quod peccatum mortale est perfecta, id est
plene voluntaria, et libera transgressio legis simpliciter
dictae, sub gravi scilicet obligantis, ac omnino necessariae
ad ultimi finis, qui Deus est, consecutionem; peccatum
vero veniale vel est transgressio legis tantum secundum
quid talis, ac tantum sub levi obligantis, adeoque non
omnino necessariae ad ultimum finem consequendum,
vel si lex est talis, transgressio tunc non sit plene libera

et voluntaria. Rão est ex ipsa nãt. peccati. Nam non ab alio melius derivatur discrimen peccati à peccato, quàm ab eo, quod est ipsum peccatum; atqui peccatum est ēssentialiter legis transgressio; ergo à majori, aut minori malitia, quæ transgressioni legis inest, optimè desumitur discrimen, quod inter ipsum peccatum mortale, et veniale intercedit; atqui major, aut minor malitia, quæ transgressioni legis inest, optimè derivatur primo à gravi, vel minori legis obligatione; item à modo, quo cum plena, aut semiplena advertentia, atque rationis deliberatione, ac libertate lex violatur, ut per se patet; ergo &c. Quænam verò lex sub gravi, et quænam sub levi tantum obligat, præsertim de lege Humana loquendo, patebit relegenti dicta in Tractatu de Legib. cap. 4. §. 4. de genere obligationis Legum Humanarum à num. 200: De Lege autem Divina, sive nāli, sive positiva loquendo, constabit ex mox dicendis; sicuti paulò infra dicetur, quænam sit advertentia, ac rationis deliberatio, et consensus ad gravem culpam incurrendam necessarius. Hinc

§. 4. De Peccatis ex gñe suo Mortalib. et Venialib.

200 Peccatum mortale, ut diximus, illud est, quod animæ mortem spiritualem affert, eam divina grã, et amicitia privando, ac æternis gehennæ pœnis dignam reddendo. Peccatum verò veniale est, quod licet Deum offendat, non tñ ità graviter, ut à subjecto peccante divinam gratiam, atque amicitiã tollat, et æternæ pœnæ reatum inducat. Utrumque autem aliud est, per se, seu ex suo genere, et objecto tale. et aliud per accidens tale. Peccatum ex suo genere, et per se, seu ex suo objecto mortale illud est, cujus objectum, seu mãa est aliquid grave, graviter scilicèt repugnans naẽ rationali, rectæ rationi, et fini intrinseco legis; adeò ut accedente plena advertentia, et rationis deliberatione, atque consensu perfectè libero ex parte illud facientis sit gravis Dei offensa, sic homicidium, et omissio integri sacri præcepti voluntaria, tacta sunt peccata per se, et ex suo genere gravia, quià nempè eorũ objectum graviter repugnat rectæ rationi, ac legi illa prohibenti. Contrà peccatum mortale per accidens tale illud est, cujus objectum, seu materia secundùm se mutuũ non repugnat rectæ rationi ac fini intrinseco legis. altri gravem repugnantiam dicit ratione cadenti sub præceptum ratione circumstantiæ, aut circumstantiarũ, quæ accedunt: Tale peccatum est verbum jocosum prohibitum

in circumstantia gravis scandali, quod innocentiis datur, men-
dacium officiosum in circumstantia conscientiae erroneae, qua tan-
quam graviter prohibitum existimatur, etc. Atque ex his patere de-
bet, quid sit peccatum per se, et quid sit peccatum per accidens
veniale; veniale nempe per se illud est, cujus objectum est ali-
quid non graviter repugnans rectae rationi, ac legi illud ve-
tanti, uti est mendacium officiosum, verbum jocosum etc.: veniale au-
tem per accidens illud esse, cujus objectum licet sit secundum
se graviter prohibitum; attamen leve redditur a semi-plena
advertentia, aut a non plene deliberato consensu gene-
ris, quale peccatum est verbum blasphemum ex rationis prae-
cipitantia prolatum. Peccatum autem mortale per se, et ex
201. suo genere tale duplex est; aliud nempe est mortale ex
toto suo genere, et aliud est ex genere suo, sed non toto.
Mortale ex toto suo genere illud est, intra cujus objectum
dari non fit aliquid, quod non sit graviter repugnans
rectae rationi, morum regulis, ac fini intrinseco legis illud
prohibentis; adeo ut spectato solo peccati non, praescin-
dendo ab erronea invincibili conscientia, semi-plena
advertentia, et non plene deliberato ~~cons~~ consensu, nunquam
fieri possit veniale, cujusmodi est odium Dei, Haeresis, In-
fidelitas etc. Peccatum vero ex genere suo, sed non toto mor-
tale illud est, intra cujus objectum, seu materiam datur ali-
quid, quod per se est grave, et per se est leve, ut acci-
dit in furto, detractione, mendacio etc. Quibus suppositis
202. Quaeres primo, quaenam sint peccata mor-
talia per se, et ex suo genere, praesertim non toto?
Respondeo, et dico primo, ea peccata merito
censeri mortalia per se, et ex suo genere, praesertim non
toto, quae in scripturis sanctis dicuntur abominabilia, Deo
exosa, digna morte, aut gehenna, a Regno caelorum excludere,
inimicum Dei constituere facientem ea, aut conjunctam habent
gravem comminationem, ut si dicatur Vae facientibus illa etc.,
e contra vero censeri per se venialia, de quibus mitioribus
verbis ipsa scriptura loquitur, nisi aliud constet, ut infra
dicam, ex Ecclesiae traditione, aut unanimi SS. Patrum, aut
Doctorum consensu. Et quoad primam partem vel ostenditur ex eo,
quod, ut docet S. Augustinus in Enchiridio cap. 78, ex una parte quae
~~sint~~ levia, quae gravia peccata, non humano, sed divino sunt
pensanda judicio, quia, ut idem S. Doctor cap. 79 ejusdem libri
ait: Sunt quaedam, quae levissima putarentur, nisi in scripturis
demonstrarentur opinione graviora. Ex altera vero parte ea,
quae sunt abominabilia, Deo exosa etc., utpote maxime Deo dis-
plicentia, aversativa, ac exitiales peccati mortalis effectus cau-
santia, non possunt non esse mortalia.

Quod ad alteram vero partem responsio patet vel ex eo quod ut diximus ante, de quibus mitioribus verbis scriptura loquitur, aliorum Patrum, et interpretum, ac Theologorum saepe, ac communiter, inter levia peccata reputari solent: sic stultiloquium, et scurrilitas, de quibus non adeo acribus verbis, ac de fornicatione, immunditia, et avaritia loquitur Apostolus Ephes. 5; merito inter peccata per se, et ex suo genere levia computantur.

203. Dixi tamen. ex suo genere, praesertim non toto. Nam et inter ea, quae dicuntur abominabilia, seu extra, a regno caelorum excludentia Dei, quaedam inveniuntur, quae materiae parvitatem admittunt, ac inter venialia etiam ratione materiae, circa quam versantur, jure recensentur: sic licet de furibus dicat Apostolus, quod Regnum Dei non possidebunt: item et de mendacio Scriptura dicat Os, quod mentitur, occidit animam; attamen inter furta, et mendacia dantur quaedam, quae ratione materiae levia sunt.

204. Respondeo, et dico 2do, ubi etiam scripturarum deficit auctoritas, ea peccata inter mortalia per se, et ex suo genere, praesertim non toto, enumeranda esse, quae gravia esse certo cognoscimus, tum ex divina traditione, tum ex Ecclesiae definitionibus, tum ex unanimi SS. Patrum, aut etiam Doctorum consensu, tum denique ex recta ratione fide illustrata, illisque innixa principiis. Nam primo divina traditio, quae per SS Patres ad nos usque pervenit, est verbum Dei omnino infallibile: 2do item res ab Ecclesia columna, ac firmamento veritatis et adeo in materia fidei et morum infallibili, definitae sunt ita verae et certae, ut aliter esse non possint. 3tio unanimis SS Patrum, et doctorum consensus sine maximae temeritatis nota deseri non sit, cum ipse Deus Ecclesiae suae sponsae, illos tanquam Magistros consignaverit, ad quos in dubiis confugere oportet juxta illud Malach. 2 labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus. et illud Eccli. 6: In multitudine Presbyterorum sta, et sapientiae illorum ex corde conjungere. Tandem recta ratio fide illustrata, illisque innixa principiis est medium a Deo nobis donatum, quo verum a falso; honestum ab inhonesto discernere valeamus; ac proinde ea merito peccata gravia esse judicamus, quae recta ratione divina certo dignoscimus, in gravem Dei, seu honoris, ac cultus Deo debiti injuriam cedere, vel graviter laedere aut sui ipsius aut proximi charitatem; afferre scilicet nobis, aut aliis grave detrimentum in bonis animae, aut corporis, famae, aut fortunae.

Dixi autem. certo cognoscimus: siquidem si nonnisi probabiliter ex scripturis, aut divina traditione, aut Patrum, et Theologorum sensu, ut accidit, cum pro utraque parte stant SS. Patres, et Theologi, aut ex ipsa ratione concludere possimus, peccatum aliquod esse grave, tunc locus erit dijudicandi systematis de Probabilismo, aut Probabiliorismo, de quo in Tractatu de conscientia. Ast

insuper

205 Quæres 2do, an dentur, et quænam sint peccata mortalia ex toto suo genere talia?

Respondeo, tanquam omninò certum tenendum esse dari talia peccata, quæ scilicet ita mala sunt, ut mæ parvitatem non admittant, ut ex infra dicendis constabit. Atque adeò difficultas solum esse nossit in assignandis singulis, quæ mæ parvitatem non admittunt: et quoniam singulis propriis in locis de singulis dicetur, hic supersedeo à singulorum enumeratione, contentus cum Theologis primi subsequentes assignare regulas. Sit itaq:

206 Regula prima. Nulla datur mæ parvitas à peccato mortali excusans in illis peccatis, quibus directè et immediatè læditur aliqua perfectio Dei infinita, aut bonum quodvis magnum indivisibiliter, tale nempe, quod non est capax ullius latitudinis, sed quasi in indivisibili consistit; atque adeò talia peccata sunt ex toto suo genere mortalia, et proinde non possunt ullo modo esse levia, nisi ex defectu advertentiæ et consensus pleni. Ratio autem regulæ est, quia quoties ratio gravis malitiæ, seu offensæ contra legem vel rectam rationem, seu, ut aliis loqui placet, contra charitatem Dei, aut proximi, æquè reperitur in mæ parva, ac in magna, toties etiam persistet culpa gravis in materia quantumcumque parva; adeòque talis non erit parvitas mæ à mortali excusans: Patet hæc propositio: Atqui hoc accidit quando directè læditur, ac immediatè offenditur aliqua Dei perfectio infinita, aut bonum quodvis magnum indivisibiliter seu tale, quod non est capax ullius latitudinis, sed quasi in indivisibili consistit; quod et per se est manifestum, cum si non fiat maxima Deo injuria fiat: si vero secundum evenit, ipsum magnum bonum læditur; ergo etc.

207 Hinc primò peccata directè, et immediatè opposita virtutibus Theologicis, nempe Fidei, spei, et Charitatis, atque etiam virtuti Religionis, uti sunt infidelitas, Hæresis, Apostasia, Desperatio, Præsumptio, Odium et Contemptus formalis Dei, Blasphemia in Deum, Perjurium, Superstitio, Divinatio, sortilegium, magia, simonia saltem juris naturalis, irritatio, et frustratio sacramentorum, sumptio aut potus ante eucharistiæ sumptionem, fractio sigilli sacramentalis, et hujusmodi alia sunt peccata per se, et ex toto suo genere mortalia, ut latè ostendit P. Gonet hic tom. 5. tract. 2. à num. 15; et P. Claudius La-Croix hic lib. 5. sub num. 201; quos, si placet, consulere poteris.

Hinc 2do, Homicidium, etiam hominis ex-spirati paulo post morituri, sicuti et abortus fœtus non animati, sed etiam inanimati, ac etiam mutilatio seu tam prout in jure intelligitur, nempe abscissio membrorum, sicuti et quodlibet peccatum carnis, prout non solum dicit copulam extra matrimonium habitam, pollutionem, &

stillationem, seu quamcunque directè voluntariam effusionem seminis illicitam; verùm etiam quamcunque aliam veneream, seu libidinosam delectationem deliberatè, et directè intentam, quaesitam, et acceptatam, ut sunt aspectus, tactus, oscula, amplexus etc. habiti causa delectationis venereae captandae, sicuti et omnis deliberatus consensus, ac complacentia in illos, semper sunt peccata gravia, et ideò ex toto suo genere talia, ut pariter citatis locis ostendunt P. Sporer, et P. Claudius La-Croix cum communissima, et certa sententia; quod et nos suis locis probabimus, et evidenter ex praefata regula infertur.

208 Regula secunda. In peccatis, quibus laeditur bonum finitum divisibile tantum, dari potest parvitas materiae excusans à peccato mortali; et ideò non sunt ex toto suo genere mortalia; nisi fortè sint talia, quae in gravissimum generis humani praejudicium caderent, si materiae parvitatem admitterent. Ratio regulae est, quia quando bonum, quod laeditur, est divisibile, potens esse majus, vel minus, etiam malitia peccati poterit proportionaliter crescere, et decrescere, et constat quandoque unà cum materia adeò decrescere, ac minui poterit, ut amplius mortalis, atque aeterna poena digna censeri non possit, ut patet in furto nummi cuprei. Haecque regula locum habet in omnibus peccatis contra praecepta secundae tabulae circa proximum, et seipsum (homicidio, et luxuria voluntaria exceptis) ut in percussione, furto, detractione, intemperantia etc.; insuper et in praeceptis primae tabulae circa positivum cultum Dei, ut in votis, in juramentis promissoriis, ut si parvum aliquid voveatur, aut juramento promittatur, in auditione missae, praecepto Ecc., quia nempe talis cultus Deo à nobis exhibitus est bonum quoddam finitum magnum quidem, sed divisibiliter majus, aut minus pro ratione materiae, adeoque etiam malitia peccati oppositi major, aut minor, et quandoque sic modica esse poterit, ut amplius mortalis esse non possit. Haec autem magis patebunt, cum hisce suis in locis de talibus materiis dicemus. Interim tu prae oculis habebis limitationem illam: Nisi fortè sint talia, quae in gravissimum etc. Cujus limitationis rationem tibi suppeditant exempla supra relata de Homicidio, et luxuria directè voluntaria. Haec nempe inter peccata ex toto suo genere gravia annumerantur, quia nempe si talia peccata quandoque essent venialia tantùm ratione sui, sequerentur maximae perturbationes in humana republica, et maximum detrimentum humanae generationi.

209. Regula tertia. Ubi peccatum tantùm est ex suo genere, seu non ex toto suo genere mortale, quantitas magna vel parva materiae sufficientis, aut excusantis à mor

tali, prudenti iudicio ex his tribus desumenda est, nempe ex ipsa re secundum se spectata, ex comparatione ad totum, quod praecipitur et principaliter ex ordine ad finem praecepti. V.G. cum quaeritur, an omittere unam integram horam Canonicam, per horam laborare, seu servilibus operibus vacare die festo, sit materia magna, vel parva? Primo considerandum est, an omissio integrae horae canonicae, labor servilis unius horae secundum se sit quid magnum vel parvum? Secundo an comparatione ad totum Divinum officium, vel ad totum diem festum, una hora canonica, et spatium unius horae, sit quid notabile, nec ne? Tertio et quidem principaliter, an omittere unicam horam in Divino officio, uno [illegible] die festo servilibus operibus vacare multum, vel parum noceat fini intento a praecepto, nempe cultui Divino, et vacationi religiosae? Atque his inspectis prudenti judicio determinandum erit, an magna, seu notabilis sit, et sufficiens ad mortale, an parva, et a mortali excusans censeri debeat? Pro quo sorte Doctorum in ea re peritorum erit consulendus, ac si parti [illegible] [illegible], pro qua stat communis, aut etiam communior sententia; praesertim si pro opposita parte non stat aeque solida, et gravis, [redacted] aut saltem certo gravis ratio, apta nempe movere virum doctum, et probum ac aequanimum, et Doctorum Classicorum numerus sufficiens ad eam reddendam probabilem adversam. Atque haec veluti speculative dicta singularis casibus poterunt applicari beneficio sequentis regulae, quam P. Sporer loco supra citato assignat; Nempe hanc

210 Regula 4ta: In materia peccati mortalis, tertia, vel quarta cujuscumque totius est notabilis; ideoque adhuc mortalis, nisi ipsum totum sit exiguum; Minor autem, quam quarta pars regulariter non est notabilis, sed ex parvitate materiae venialis evadit, nisi secundum se, et seorsim sumpta sit valde notabilis, aut valde obsit fini intento a praecepto. Itaque nimia res nec lumine satis nota esse videtur. Sic V.G. qui die festo operibus servilibus per quatuor, vel quinque horas vacaret, aut ab introitu usque ad canonem missam praecepti omitteret, procul dubio graviter peccaret; sicuti e contrario [illegible] per unam, vel alteram juxta plures [illegible] [illegible], [illegible] apud citatum P. Sporer, per alteram horam die festo laboraret, aut omitteret missae partem [illegible] [illegible] [illegible], tantum venialiter peccaret.

Notanda tamen primo sunt verba illa: Nisi ipsum totum sit exiguum. Si enim ipsum totum sit exiguum, ut est votum recitandi tertiam partem Rosarii B. Mariae Virginis, tunc omissio tertiae et etiam minus quartae partis praedicti Rosarii non erit materia gravis. 2do notanda sunt verba illa: Nisi secundum se, et seorsim sumpta sit valde notabilis etc. Si enim vel decima, vel etiam centesima pars alicujus totius sit secundum se gravis, ut est in

tegra hora canonica in recitatione Divini officij, quinque, vel sex nummi aurei respectu quinquaginta, qui restitui debent, tunc etiam notabilis erit, ac culpa gravis materia. Hæc de peccatis ex suo genere mortalibus. Nunc

§ 5. De Requisitis ad mortale peccatum.

211 Ad peccatum, qualecunque illud sit, sive mortale, sive veniale, requiri, quod sit actus, aut omissio primo voluntarie, secundo libera, et quidem libertate indifferentiæ, tertio quod versetur circa materiam lege prohibitam; ostendimus tum in Tractatu de Actibus humanis, tum in præsenti à num. 40; item et advertentiam virtualem dicentem solam potentiam, et habitum sciendi nullo modo, et ne confuse quidem cognitum ad ipsum actuale peccatum non sufficere, sed actualem requiri à num. 44 diximus; nunc de peccato mortali speciatim agendo, quoniam omnes ultro concedunt, ad illud necessario requiri, quod materia, circa quam versatur, sit gravis, si non in se, saltem attentis circumstantijs, et fine præcipientis, seu Legislatoris, restat examinandum, an ad malitiam culpæ gravis contrahendam requiratur advertentia, et deliberatio rationis plena, item et consensus perfectus; an vero sufficiat advertentia, et deliberatio rationis semi-plena, et imperfectus consensus?

212 Pro qua difficultate notandum est primo, nomine advertentiæ et deliberationis rationis intelligi actum intellectus, seu cognitionem, qua mens percipit, apprehendit, atque discernit nedum objectum peccati, v. g. id, quod die Veneris comeditur, esse carnem; sed etiam malitiam, quæ ei inest per ordinem ad legem illud prescribentem, v. g. talem esse diem Veneris, ac tali die carnes comedere vetitum esse. Itaque advertentia alia est plena, seu perfecta, et alia semi-plena, seu imperfecta. Plena, seu perfecta est, qua quis plene rationis usu præditus, ac plene sui compos, atque animo sibi præsens, nec ad alia divagatus, ejusque mentem suam habens, distincte, et clare percipit, ac concipit objectum tanquam certo, aut dubie moraliter malum; et adeo lege aliqua prohibitum. Semi-plena autem, et imperfecta, qua quidem actus alicujus malitia aliquo confuso modo concipitur, ac discernitur, sed non clare, et distincte, eo quia nempe vel non adest perfectus rationis usus per incipiente, vel ipse non est omnimode sui compos, vel mente ad alia ita intentus est, ut vix sit animo præsens objecto male sibi à phantasia repræsentato. Atque hujus generis advertentia est ea, quæ est in pueris nondum perfecte valentibus discernere bonum à malo, honestum à turpi tali, in semi-fatuis,

in semi-dormientibus, ac etiam in iis, qui studendo ita mentem
rebus, quibus vacant, fixam habent, ut vix ullam patiantur di-
stractionem, jam respectu aliorum objectorum, quae sunt distincta
a rebus, quibus vacant. Notandum est secundo, nomine consensus
213 hic venire acceptationem illam, et approbationem, atque com- 214
placentiam voluntatis de eo, quod ipsi ab intellectu propo-
nitur. Atque hic consensus multiplex est: et primo alius est
positivus, et alius negativus. Positivus est, quo voluntas expres-
se approbat objectum ab intellectu propositum: Negativus
est, quo voluntas, etiam supposita sufficienti intellectus
advertentia, nec positive approbat, nec positive dissentit,
etsi dissentire possit; sed veluti suspensus manet, negative
se habendo. Secundo consensus alius est directus, et alius
indirectus. Directus est, quo voluntas directe, et immedia-
te fertur in objectum sibi ab intellectu propositum, ut
cum quis delectatur, et sibi complacet de morte infligen-
da inimico, de pollutione, aut copula procuranda: Indi-
rectus est, quo quis non vult, nec intendit, nec sibi com-
placet de re aliqua; vult tamen, et intendit aliam, quam
scit cum ea esse connexam, et exinde ex illa secuturam,
ut cum quis non vult, nec intendit turpes cogitationes,
vult tamen lectionem libri amatorii, ex qua praevidet, illas
certo secuturas. Tertio consensus alius est absolutus,
et alius conditionatus. Absolutus est, quo quis vult, et si-
bi complacet de re aliqua independenter a quacumque
conditione. Talis consensus est in eo, qui absolute vult
furari: Conditionatus est, quo quis vellet aliquid depen-
denter ab aliqua conditione: ut si quis dicat: vellem
fornicari, nisi esset peccatum, nisi mihi immineret in-
famia. Quarto consensus alius est efficax, et alius inefficax.
Efficax est, cum voluntas ita malum approbat, ut illud fa-
cere sit parata, sive postea fiat, sive non fiat: Inefficax
est, cum voluntas delectatur circa opus malum, v.g. cir-
ca fornicationem, sed sine ulla operis exequendi inten-
tione: et hujusmodi consensus vocatur etiam delectatio
morosa. De qua infra. Quinto consensus alius est per-
fectus, et plenus, et alius imperfectus, et semi-plenus. Per-
fectus est, cum voluntas plene libere positive approbat, vel
acceptat, ac sibi complacet de objecto sibi clare, et distin-
cte ab intellectu proposito, vel etiam cum sit, et debet
positive resistere, et quidem debito sufficienter, et
clare cognito, positive non resistit, vel solum tenu-
iter resistit. Imperfectus est, vel cum licet voluntas
approbat, et sibi complaceat de objecto sibi ab intellectu
proposito; illud tamen non fuit nisi confuso, et imperfecte

modo cognitum; vel si fuit clarè, et perfectè cognitum, ac sic voluntati propositum, voluntas quidem restitit, non debebat; attamen non pro munere, et merito; imo parvo tantum, ac minimo deficiendo. His notatis, sit

214 Propositio. Ad mortale peccatum in operante ex parte intellectus requiritur plena, et perfecta advertentia saltem directa malitiæ objectivæ operis; ex parte verò voluntatis necessarius est plenè deliberatus, et perfectus consensus. Ita communissimè Doctores, quorum longum cathalogum texit P. Claudius la Croix hic Lib. 5. Q. 37. num. 216., quibus consentiunt Tournely, sive ejus continuator de peccatis Cap. 4. A. 2., cum Collet Tract. de vitiis, et peccatis Q. 1. Sub. 4. §. 3. num. 10. P. Antoine hic Cap. 2. Q. 2. Atque hæc sententia est ad mentem D. Thomæ 1. 2. Q. 88. A. 2. in C. ajentis: Ex parte agentis contingit, quod aliquod peccatum, quod ex suo genere est mortale, fit veniale propter hoc, scilicet, quod actus est imperfectus, idest, non deliberatus ratione, quæ est principium proprium mali actus: sicut supra dictum est de subitis motibus infidelitatis. Porrò certum est, D. Thomam per deliberationem rationis intelligere plenam, et perfectam advertentiam, ut patebit legenti Q. 74. A. 3. ad 3um, et A. 10. in C.

Probatur autem hoc posito. Nulla actio, aut omissio contra legem, quæcumque ea sit, ad gravem culpam imputari potest, nisi sit plenè, et perfectè libera, ac voluntaria: Nonnisi enim per actum moralem perfectum, et adeò simpliciter voluntarium, ac liberum homo simpliciter averti potest à Deo, ejus amicitiam perdere, atque æternas gehennæ pœnas mereri; sicuti per mortale peccatum contingit: Etenim spectata hominis fragilitate rectæ rationi repugnat, et ab ipsa Dei Patris amantissimi, et quammaxime misericordis bonitate alienum est, ut nempe permittat, filium suum propter culpas, ac defectus veluti indeliberatos perire; sicuti pietas, et amor Patris terreni ipsi non sinit ab hæreditate rejicere filium ob inadvertentias, et excessus ex sola animi inconsideratione commissos: Atqui nulla actio et omissio etiam contra quamcumque legem non est perfectè, et plenè libera, ac voluntaria, ubi facta non est cum plena, et perfecta advertentia saltem directa objectivæ malitiæ operis, ac cum plenè deliberato, et perfecto consensu, ut eadem plenè, et perfectè libera, ac voluntaria meritò dici potest; ergo &c. Quod vel etiam ostendi fit ex eo, quod sicuti ubi gravitas malitiæ objectivæ operis nullo modo est cognita, etiam nullo modo est volita, quia nihil est volitum, quin sit præcognitum, et adeò opus tunc non est graviter imputabile; ita si malitia non sit plenè, et perfectè cognita, etiam non est plenè, et perfectè volita, cum volitio sequatur modum cognitionis: Tunc autem non est perfectè volitum, sed ulteriorem

gravem imputari non sit; ergo &c. Et proinde sicuti in humanis
negotiis, et contractibus magni momenti inter homines requi-
ritur plena advertentia, ac perfectus, et deliberatus consensus,
ad obligationem inducendam, et ad onera inde sequentia
ita multo magis in negotio aeternae salutis, ubi agitur de per-
denda, aut retinenda Dei amicitia, ac de declinandis, aut in-
currendis poenis aeternis, necessaria est plena advertentia,
et perfectus, ac deliberatus consensus.

215 Dixi autem primo: Plena, et perfecta adverten-
tia directa. Ultro enim fatendum est non requiri ad pecca-
tum mortale plenam, et perfectam advertentiam reflexam
malitiae operis, talem nempe, ut operans advertat se adver-
tere; sed sufficit directa, qua nempe malitia actus cogno-
scatur, qua cognita deinde voluntas dictam amplectatur
malitiam. Tunc enim peccatum est simpliciter voluntarium,
ac liberum.... Dixi secundo: Advertentia malitiae objectivae
operis. Nam ad culpam gravem incurrendam non est neces-
saria cognitio malitiae formalis ipsius actus, sed sufficit cogni-
tio malitiae objectivae, quam quis vult: satis nempe est, ut
operans clare cognoscat, talem actum esse inductivum ad
Dei, vel inimicitiae ac aeternae poenae; aut ad talem actum
horreat eo modo, quo horrere solet ad alios malos graves,
cum se ad eos reflectit.

216 Dices. Qui cum semi-plena advertentia
facit opus in se graviter peccaminosum, aeternas poenas gehen-
nae mereri sit; ergo et mortaliter peccare. Consequentia patet; pro-
batur antecedens. Qui semi-plene tantum advertens ad bonitatem
operis elicit actum bonum, et honestum, caelum mereri sit; ergo
et qui cum semi-plena advertentia facit opus &c.... Confirmatur
Faciens cum semi-plena advertentia opus venialiter ma-
lum adhuc venialiter peccat; ergo et faciens cum semi-ple-
na advertentia opus graviter malum, adhuc graviter pec-
cabit.... Confirmatur 2do. Faciens opus graviter peccamino-
sum, etsi cum semi-plena advertentia operetur, sit, et de-
bet ulterius advertere, hoc ipso graviter peccat; ergo se-
mi-plena advertentia non excusat a peccati gravitate... Con-
firmatur 3tio. Operans cum semi-plena advertentia sit ab-
stinere ab opere, quod vult facere; ergo si illud est gra-
viter malum, mortaliter peccabit.... Confirmatur tandem
Operans cum semi-plena advertentia adhuc tenetur lege
prohibente illud opus; sed talis lex sub gravi obligare
supponitur; ergo &c.

217 Respondeo nego antecedens, ad hujus probationem
omisso antecedenti, nego consequentiam; et disparitas est, tum quia Deus
utpote summe bonus est pronior ex sua liberalitate
ad praemiandum, quam ad puniendum ex vindicta. Tum

quia ipsi utpote nulli Divino attributo repugnans, quinimo ipsi bonitati convenientia liberum est premiare etiam ultra condignitatem operis; contra vero utpote Divinae justitiae repugnans non est ipsi liberum punire supra demeritum peccati

218 Ad primam confirmationem omisso, vel etiam concesso anteced. nego consequentiam, et ratio negandi est, quia ad excusandum a mortali sufficit, quod plena libertate non fiat opus legi etiam graviter prohibenti contrarium, ut patet ex supra dictis. Quando autem quis cum advertentia tantum semi-plena agit, cum plena libertate non agit; ergo etc. a contra ad excusandum a veniali necesse est, ut opus nullo modo sit liberum: quod cum dici non possit, ubi advertentia ad veniale est etiam tantum semi-plena; hinc ea omnino a veniali non excusat; quamvis interim fatendum sit longe minorem esse malitiam peccati venialis ex semi-plena advertentia commissi; ac peccati venialis cum plena advertentia patrati.

219 Ad 2dam confirmationem nego ant. loquendo de potentia, et debito proximo ulterius advertendi. Cum enim tunc operans solum semi-plene advertat ad malitiam operis, etiam tantum semi-plene advertit ad obligationem ulterius, et plenius advertendi; cum qua advertentia non stat potentia, et debitum proximum ulterius advertendi, ut in simili diximus ubi de Advertentia ad peccatum generice sumptum requisita.

220 Ad 3tiam confirmationem d. ant. operans cum semi-plena advertentia fit abstinere ab opere tantum semi-plene cognito tanquam gravi, conc. ab opere secundum se gravi, et plene cognito tanquam gravi, nego ant. et consequentiam. Ubi enim est tantum semi-plena cognitio, et adeo non satis vivo modo repraesentans gravitatem objecti, sed cum quadam confusione, et veluti in semi-somno, vel cum distractione nimia ad alia objecta, vel cum quadam stupiditate mentis, ut fit in rudibus, et semi-fatuis, nunquam adest perfectio libertatis ad mortale requisita; et adeo etiamsi, possit abstinere ab opere, nec solum ab eo abstinere tanquam tunc sibi veniali.

221 Ad ultimam confirmationem, cum ad obligationem legis proximam nedum requiratur, quod ipsa secundum se sit de re gravi, sed etiam tanquam importans obligationem gravem sit intimata subdito, hinc cum in casu non sit intimata per rationem ~~nempe~~ seu cognita tanquam importans gravem obligationem, licet contra eam operans adhuc ea lege teneatur maneat, tamen si eam transgrediatur graviter non peccat, licet venialiter peccare fatendum sit, utpote cum aliquo modo operari ad malitiam advertat, eamque valet, et obligat.

222 Primo nullo modo usu rationis valentibus, quales reputantur esse scilicet pueri ante septennium, omnimodo amentes, ac tam perfecte ebrii, ac somno omnino sopiti, prorsus distracti &c. nullo modo sunt ad culpam imputabiles actiones contra quamcumque legem, etiam naturalem factae, si neque in causa voluntaria fuerint, neque iis deinde consentiat voluntas, sibique placeat. Hujusmodi enim actiones utpote nullo modo cognitae et praecognitae, nullo modo sunt liberae, ac voluntariae ad peccatum. Quod idem et dicendum est de motibus primo primis, undequaque advertentiam omnem, ac libertatem praevenientibus, quales sunt motus irae, concupiscentiae &c., qui subito, ac incogitanter obveniunt menti, dum v.g. ex improviso, vel casu quis videt hostem, mulierem &c., utpote cum hi insurgant nullo rationis usu praevio.

223 Secundo nonnisi imperfecto rationis usu pollentes, quales sunt pueri circa septennium jam incipientes aliquo saltem imperfecto modo bonum a malo discernere, semi-amentes, ac semi-ebrii, imperfecte ebrii, semi-dormientes, ac quasi totaliter distracti &c., nonnisi ad levem culpam imputari possunt actiones quantumcumque sub gravi a lege alias prohibitae. Hi enim nonnisi imperfecto modo, et semi-plene advertunt ad malitiam operis, quod faciunt, ut patet. Ac proinde et motus secundo primi, quales in animo nostro minime contemperata, ac ideo plene advertentia impedita, fiunt, nonnisi ad venialem culpam imputari possunt.

224 Verum pro majori hujus praesentis materiae intelligentia quaeres: Quid tenendum sit in dubio de plena aut semi-plena advertentia, de plene, aut tantum semi-plene deliberato consensu? ...

Respondeo hoc super re utpote tangente difficultatem de discernendo peccato mortali a veniali; et adeo, ut ex S. Aug. lib. 21. de Civit. Dei, cap. ult., et D. Thom. Quodlib. 6. a. 15, difficillima, ac periculosissima, nisi veritas aperiatur, nemine de sui tamen, traditione, doctrina scholarum conspicue unanimi, ut Doctorum, atque recta, et certa ratione habeatur, ex sententia Salmant. de Peccatoris tract. 2. disp. 2. dub. 6. num. 5, et Pontas cap. 2. q. 5., nulla certa indicia, ac nullam regulam certam assignari posse, quandonam advertentia sit plena, ac quando sit semi-plena tantum? quandonam consensus sit perfectus, et quandonam imperfectus? Cum enim hoc animo insit, solus Deus, qui est scrutator cordium, ac perfecte cognoscit, ut hic faciat illud Aug. in Enchirid. cap. 78: Quae sint gravia peccata, non humano, sed divino sunt pensanda judicio.

Nihilominus tamen cum Theologis primi subsellii hac placet proponere regulas, quae probabilem faciunt conjecturam de semi-plena tantum advertentia, atque imperfecto consensu.

225 Primo itaque conjectura intercedendi semi-plenam advertentiam, sumitur ex defectu aetatis, quia nondum

V. g. accidit saepenumero. Tunc scilicet si quis dubitat, an plenam habuerit ad peccandum libertatem, poterit praesumere se non habuisse. Similiter etiam, si quis nesciat, an sibi vigilanti, an dormienti, an sobrio, an ebrio, an nimium distracto, ac extra semetipsum volutanti, an sibi composito, ac praesenti, an ratione pollenti, an febricitanti, aut deliranti de quibusdam rebus turpibus cogitare, quaedam mala facere, aut dicere contigerit; vel pro non peccato, vel tantum pro levi poterit judicare, ac se determinare; tum quia somnus, aut semi-somnus, maxima distractio, ac mentis divagatio &c. perfectam libertatem tollunt, aut saltem minuunt: tum quia plena deliberatio, et advertentia non facile sunt, ubi quasi statim obliviscimur, an operati fuerimus vigilantes, an dormientes, an sobrii, an ebrii &c. Atque hoc rarissimum praesertim est in viris probis, ac de sua salute sollicitis, ut supra diximus.

226 Secunda conjectura est, te non plene saltem advertisse, aut consensisse, cum firmum habes, ac habuisti serium animum, ac saepe repetitum propositum nunquam mortaliter peccandi in eo praesertim genere peccati, de quo dubitas, sed potius moriendi. Quae enim saepe sunt odio habita, si deinde plene amentur, hoc facilime advertitur.

227. Tertia est, cum quis magis advertit, seu se plene advertere percipit, terretur, et continuo repellere conatur. Si enim animus antea plene consensisset, non tam cito, et facile mutaretur praesertim sine consideratione motivorum oppositorum, et si se plene avertisset a Deo, non tam cito sine novo gratiae impulsu ad eum denuo converteretur.

228 Quarta est, cum urgente tentatione Deo te statim commendaveris ac data opera dederis etiam ex indifferentia, V. g. iter, ludum, confabulationem &c. te occupaveris, etiamsi interim persistat urgere tentatio. Tunc enim fecisti, quod debebas, ne tentationi succumberes.

229 Quinta est, si cum commode, et facile exequi poteras, quod venit in mentem, non fecisti, sed aliquo modo respuisti, aut non curasti, ubi praesertim consentire soles, quando exequendi facilitas adest. Quod per se patet. Potentia enim executrix non apposito ullo impedimento voluntati omnino obtemperat.

230. Tandem, missis alijs, sexta, quae est universalior, est, maximum nempe signum esse aut nullius, aut tantum imperfectae advertentiae ac consensus non plene, si dubitans sit vir probus, ac timoratae conscientiae, neque similibus tentationibus, ac peccatis consentire solitus, sed habitualiter, et constanter dispositus, ut potius quodcunque malum velit eligere, quam peccatum: Contra vero si dubitans ac timens de consensu, atque advertentia, an fuerit plena, an semi-

plena, est hoc pravus, atque peccatis assuetus, atque consentire solitus, tunc pro plena advertentia, ac perfecto consensu in peccatum standum est, ac judicandum. Evidens enim, et certissima est praesumptio, quae a consuetis, et communiter contingentibus, atque ab habituali operantis dispositione sumitur: atque eo magis id procedit, quia hoc probus, si ei forte accidit, grave aliquod peccatum patrare, suae voluntatis mutationem ita sensibiliter sentit, ut nullo modo dubitet: quod tamen homini malo, ac parum de sua salute solicito, et posita tamquam aqua iniquitatem bibenti regulariter non contingit.

231 Ubi tamen cum magni nominis Doctoribus advertendum est, hanc ultimam conjecturam saepissime fallere ubi dubitans licet malae conscientiae, coepit se a peccato revertere, et conatum omnem adhibere, ut a viis suis pessimis converteretur, atque ad Deum redeat. Habitus enim antiqui naturaliter non modo in eo ita operantur, ut omnem rationis advertentiam nedum praeveniant, sed etiam non sinant advertere ad illum cito reprimendum. Hae pro rei importantia prae oculis semper habebis. Quod autem dictum est de genere peccati illius, qui cum advertentia malitiae suae actionis operatur, dubitans, an eo peccatum grave, an leve sit? Sicuti etiam de specie peccati procedentis cum perfecta cognitione malitiae gravis in genere, ita tamen ut nesciat, cujus determinatae speciei sit, cum de his dixerimus in Tractatu de Conscientia num 42, et 47, ibidem dicta relege.

232 Atque contra assertas conjecturas omnes praxim fidelium omnium tam timoratorum, quam non timoratorum de sua aeterna salute sollicitorum, qui se accusare solent, etiam ubi vel solum dubium est de advertentia, et consensu, an fuerit plenus, et perfectus, an semi-plenus, et imperfectus, etiamsi locus sit relatis conjecturis. Nam et communis praxis fidelium est, confiteri peccata levia, seu venialia praesertim cum plena deliberatione commissa, et adeo sicuti praxis haec non efficit, praeceptum esse confitendi peccata illa, cum jam aliunde, quam per poenitentiae sacramentum remitti possint; ita nec asserta praxis efficit, peccata illa dubia ex necessitate confitenda esse; et proinde sicuti fideles solum ad se certiores de remissione venialium ea confitentur; ita et in casu nostro dicendum est, praesertim loquendo de viris doctis, qui praedictas conjecturas tanquam signa innocentiae advertentiae et semiplani consensus admittunt! Caeterum quis praedictis conjecturis utendo vel modo sibi persuadet, se plane non advertisse, ac consensisse, ac adhuc dubius manet, et anceps, si non confiteatur, non tenetur

ac si adhuc confiteri vult, hoc de consilio facit: si vero secundum fiat, confiteri debet, ut diximus in Tractatu de Pœnitentia, ubi de peccatis dubijs.

233\. Pro complemento autem præsentis materiæ quæres, qualiter peccat, qui hærens stat deliberando, an velit, an nolit in peccatum mortale cognitum consentire?

Respondeo, si id cum plena advertentia faciat, graviter peccare. Taliter enim hærens stat veluti dubitando, an peccatum Deo præferri debeat, et reipsa æquiparat peccatum cum Deo; adeoque sicuti hesitans, ac dubitans in fide mortaliter peccat, quia hæret, velitne tribuere auctoritati Dei revelantis, an judicio suo, et apparentiæ rationis in oppositum, ita et mortaliter peccat, qui hæret, et anceps manet, an velit præferre Deum, an peccatum, cum hæc sit maxima divinæ bonitati injuria. Et præterea id etiam constat vel ex eo, quia ita se gerens exponit se periculo proximo consentiendi in peccatum sibi propositum, ut vel per se patet; et adeo committit peccatum ejusdem speciei cum peccato sibi objecto, et repræsentato. Atque ex his sit

§. 6. Qualiter peccatum mortale transeat in Veniale, et vicissim veniale fiat mortale.

234\. Amplius præsentis difficultatis non est, quod peccatum, quod semel patratum est mortale, illud ipsum veniale possit evadere, et vicissim; sed sensus est, ut hic quæritur, an peccatum, quod secundum se, et naturam suam, et ex suo genere est mortale, veniale fieri possit ratione alicujus requisiti necessarij ad gravem culpam incurrendam? et vicissim an peccatum, quod secundum se, ac naturam suam est veniale, ratione alicujus circumstantiæ adjunctæ mortale evadere possit. Peccatum autem secundum se, et naturam suam, atque ex genere suo mortale ratione parvitatis materiæ, et defectu perfectæ advertentiæ ac pleni consensus fieri posse veniale, patet ex supradictis, ubi et diximus, quibus in casibus id fiat. An autem alijs modis id possit contingere, atque præsertim ex ignorantia, et ex intentione legislatoris modo restat examinandum.

235\. Quæres itaque primo, an peccatum ex genere suo mortale ratione ignorantiæ operantis veniale possit evadere?

Ad hoc quæsitum, quod solum locum habere sit in ignorantia culpabili, seu vincibili, quoniam ignorantia, si est omnino invincibilis, nedum minuit culpam, sed ab ea omnino excusat, ut in Tractatu de Actibus Humanis à num. 135. ostendimus, respondeo cum distinctione. Talis siquidem ignorantia vel est graviter culpabilis, vel est tantum leviter culpabilis. Si primum, scilicet si ignorantia est graviter

culpabilis, omissa nempe diligentia ac investigandum necessaria, seu à viris diligentibus, et solicitis in rebus suis adhiberi solita, est in morali hominum prudentum æstimatione notabilis, tunc peccatum mortale ità non extenuatur, ut evadat veniale: tunc siquidem malitia gravis est voluntaria in sua causa, nempe in negligentia veritatem inquirendi. Si verò ignorantia est solùm leviter culpabilis, puta quia aliqua levis negligentia in veritate inquirenda commissa fuit, tunc peccatum, quod aliàs cum plena advertentia commissum foret mortale, veniale evadit, utpote cum tunc peccatum non sit nisi imperfecto modo in sua causa voluntarium.

230. Quæres 2dò, an ex intentione legislatoris peccatum, quod aliàs mortale est, veniale possit evadere?

Quoniam in Tractatu de legibus cap. 4. §. 4. sub num. 200. et com̃uni sententia diximus, legislatorem in rebus mere positivis, nempe ex natura sua non malis, seu secundum se indifferentibus, efformare posse legem etiam gravia præscribentem, quæ sub veniali culpa tantùm obligat, hinc sequitur, mutata in legislatore voluntate, ac illo tantùm volente suam legem aliàs sub gravi obligantem nunc sub levi obligare, peccatum mortale reddi posse veniale: Tunc enim violatur lex tantùm sub levi obligans, ut per se patet, ac ejus transgressio est solùm peccatum leve. Quod et fiet ubi introducta est legitima consuetudo accipiendi talem legem ut sub levi tantùm obligantem, aut tales interveniunt circumstantiæ quæ non patiuntur gravem talis legis obligationem. Nedum enim consuetudo est optima legum interpres, sed etiam legitimè præsumitur, legislatorem [illegible] se temporis circumstantijs accommodare. De translatione peccati mortalis in veniale, modo

237 Quæres, an, et quomodo peccatum veniale in mortale transire possit?

Respondeo, pluribus, et præsertim sequentibus modis peccatum quod de se, et ex natura sua veniale est, evadere mortale, et primo ratione conscientiæ erroneæ, 2do ratione [illegible]; 3tiò ratione finis ultimi; 4tò ratione contemptus; 5tò ratione scandali; et tandem ratione periculi. Quæ [illegible] [illegible] [illegible].

238 Quæres primo, quomodo contingat peccatum, quod aliàs veniale foret, fieri mortale ratione erroneæ conscientiæ?

Respondeo, et dico, peccatum etiam secundum se, et naturam suam veniale ratione erroneæ conscientiæ esse mortale, cum quis sibi persuasum habet, aut dubitat an [illegible], quod vult instituere, esse sibi sub gravi prohibitum, et hoc non obstante, persuasione dirigit operari. Talis enim operans consentit in mortalem culpam, aut saltem illius committendæ periculo vult se exponere.

39. Quaeres 2do, quomodo ratione finis adjuncti de se, ex natura sua veniale sit mortale peccatum?

Respondeo, peccatum de se veniale fieri mortale, cum quis eo peccato levi tanquam medio vult uti ad aliquem valde gravem effectum obtinendum, v.g. si quis variis adulationibus, aut mendacio utatur ad seducendam virginem. Actus enim humani suam speciem etiam a fine operantis desumere in Tractatu de Actibus Humanis a num. 183 ostendimus cum tota Theologorum sententia; atque adeo adulatio, et mendacium levia in casu praeter malitiam levem, quam de se important, induunt malitiam gravem fornicationis. Quod et dicendum est pro casu, quo quis medijs graviter illicitis utatur ad finem aliquem alias tantum leviter peccaminosum obtinendum, ut si quis homicidium, adulterium, furtum committat, aut sacrum omittat ad vanam gloriam, aut alium vanum finem assequendum. Actus siquidem humanus, ut notavi in Tractatu de Actibus Humanis a num. 164 diximus, malitiam etiam desumunt a circumstantijs, et proinde a medijs, quae sunt notabiles actus humani circumstantiae.

40. An autem sufficit in casu, quo quis levi culpa tanquam medio ad effectum graviter peccaminosum obtinendum utitur, ut communissime tenent Theologi, ~~patefacere~~ in confessione sufficit solum finem pravum v.g. in casu superrelato fornicationem, ita ut cum venialia tantum non sint ex obligatione patefacienda in confessione, ita ut satis sit manifestare medium graviter peccaminosum ad finem de se leviter malum consequendum assumptum, non autem et ipsum finem secundum se levem? Dissensio est inter Doctores. Verum talem finem tantum leviter pravum ex necessitate fatendum non esse et adeo solum medium patefieri sufficere dicendum videtur cum Salas hic Tract. 2. Disp. 2. Sect. 9 § 1. num. 4 pro sua sententia allegante Azorium, et Bonacinam, quia nempe cum malitia finis in casu supponatur levis, actus electionis medij graviter peccaminosi non gerit [illegible] nisi malitiam levem; et adeo in confessione non necessario manifestandam ad gravitatem culpae cognoscendam.

41. Quaeres 3tio, quarum ratione fit, ut culpa secundum se, et natura sua levis mortalis evadat ratione finis ultimi?

Pro hujus quaesiti intelligentia notandum est, dupliciter aliquem posse constituere rationem ultimi finis in objecto peccati venialis: 1mo directe, et formaliter, quod tunc contingit, quando quis ex errore intellectus existimat tale objectum esse ultimum finem, ac ad tale objectum ut suum finem ultimum defert honorem. 2do virtualiter, ac interpretative, hoc est, quando quis peccans venialiter v.g. inani gloria, gula, potatione, lusu, immoderato conjugij usu sibi ita ordinatur ejusmodi actionibus sit affectus, ut praeterea actualiter paratus sit aliquam, vel quamcunque legem sub gravi

obligantem transgredi, aut Deum quomodolibet offendere, quam [illegible] cerere, et primum quod bifariam contingere sit, et primo explic[illegible] ut cum quis ludens, aut venationi vacans ita affectus est, ut [illegible] lit desistere, etiamsi sciat, se insistendo non posse audire sacrum praeceptum, aut alteri legi tunc sub gravi obliganti [illegible] tisfacere. 2do implicite, ut cum quis quidquam acturus, sub[illegible] to dubio, an sit graviter, an sit leviter prohibitum, dubio non deposito, vult perficere, quod mente concepit facere. Atque quocumque horum fiat, peccatum erit mortale. Et si fiat qu[illegible] dem primo modo explicato, directe scilicet, et formaliter, tunc tale peccatum erit in specie idolatriae, utpote cum tunc hono[illegible] nor, qui Deo debetur, creaturae deferatur. Sin vero secundo modo fiat, peccatum illud erit illius speciei, cujus est trans[illegible] grassio determinatae legis, quam violare actualiter paratus est: Sin vero in nullam determinatam legem affectus fe[illegible] ratur, sed in quamcumque generatim, ac indeterminate, tunc tale peccatum erit vel in specie tamentatis, vel nullu[illegible] erit speciale vitium, ad quod pertineat, sed reducetur ad com[illegible] munem defectibilitatem voluntatis ut Salmanticenses de[illegible] cent Tract. 20 De Principijs Moralitatis Cap. 11 Pun. 2 num. 13. et adeo erit peccatum participans de malitia omnium peccatorum; quod propterea specialiter in confessione de[illegible] clarare oportebit, saltem dicendo: Habui affectum actua[illegible] quamcumque legem violandi, et quodcumque peccatum committendi. Quidquid postea sit, an debeat declarari etiam peccatum illud veniale, in quo finis ultimus const[illegible] tuitur: quod ex-vero supra num. superiori relato negant modo citati Salmanticenses.

242 Dixi autem: Actualiter paratus est aliquam vel quamcumque legem sub gravi obligantem transgredi. Et quia, ut De Peccatis Disp. 2 Q. 3 Pun. 5. Propositione 2da num. 3 optime notat, et advertit Bonacina cum Sanchez, Molina, Valen[illegible] tia, aliisque pluribus, ad peccatum mortale propter affectum contrahendum non sufficit affectus habitualis; sed requiritur actualis. Aliter enim qui consuetudine fornicandi, aut jurandi oc[illegible] casione, et opportunitate solet tentationi assentiri, semper esset in peccato mortali, etiamsi non haberet animum expressum et actualem ad fornicationem, et juramentum. Is enim est ita habi[illegible] tualiter dispositus ad talia peccata, ut iterum fornicaretur, et juraretur; si fornicandi, et jurandi occasio se iterum offerret. Atque ratio est, quia habitibus tantum non meremur, aut demeremur.

243. Quaeres 4to, quomodo peccatum de se leve grave fiat ratione contemptus?

De hoc diximus in Tractatu De Legibus num. [illegible] sed ut ibi vel breviter dicta clarius innotescant ad difficul[illegible] tatem pro mente penitiorem animadvertis, primo, [illegible]

generatim sumptus est vilem aestimationem rei alicujus, quam si res ipsa meretur, tunc contemptus non est culpabilis, sed fit etiam virtutis actus, ut fit, cum quis parvi pendat divitias in comparatione virtutis: si verò res digna sit aestimatione, tunc contemptus in vitio est. Hic autem contemptus alius est materialis, et alius formalis. Contemptus materialis est, cum quis facto suo rem unam alteri postponit, dum eam praeferre, et anteponere deberet; ita tamen ut vilipensio illa, seu postpositio directè, et immediatè, et ratione sui non intendatur, sed aliquid aliud, quemadmodum faciunt peccatores ex passione, aut ex malitia, ex habitu, aut consuetudine, aut alia causa peccantes, ac nullo modo directè, et immediatè intendentes Deum offendere, sed tantum suis pravis cupiditatibus indulgere. Atque de hoc contemptus genere in praesenti non disputamus, cum in quolibet peccato sit imbibitus, ac juxta omnes novam malitiae speciem non inducat, ac per consequens non efficiat, ut peccatum de se veniale transeat in mortale.

244 Contemptus formalis è contra est, quo nedum quis rem, quae secundum se anteponi meretur, postponit alteri, verùm etiam est ità animo comparatus, ut directè, et immediatè postpositionem, et vilipensionem velit, et intendat. Et quoniam contingere fit, ut quis aliquando parvi pendat personam, aliquando ejus mandata, vel consilia, aliquando res imperatas, aut consilio propositas, hinc contemptus formalis alius est, quo parvi penditur persona v.g. legislator; alius, quo parvi penditur ipsum praeceptum, aut consilium propositum; et alius tandem quo parvi penditur res ipsa praecepta, aut sub consilio proposita. Atque quilibet ex his contemptibus alius est, qui tantùm se tenet ex parte voluntatis, et alius, qui etiam se tenet ex parte ipsius intellectus. Tunc tantum se tenet ex parte voluntatis, quando quis etiamsi cognoscat, ac fateatur personam, aut ejus praecepta et consilia esse existimatione digna; attamen vult pro nihilo habere: se tenet autem etiam ex parte intellectus, quando quis nedum vult pro nihilo habere personam, aut ejus praecepta, et consilia, verùm etiam absque ullo fundamento, et ratione judicat, esse vel non esse existimatione digna, aut minorem, quàm par est, mereri.

245: Secundò adnotabis, aliud esse agere ex contemptu negativè tali, seu melius cum contemptu, et aliud esse agere ex contemptu positivè tali, seu melius simpliciter ex contemptu. Tunc quis dicitur agere ex contemptu negativè tali, seu melius cum contemptu tantùm, quando ratione negligentiae culpabilis non habet justam aestimationem personae, aut rei praeceptae, aut consilio propositae, quam justam aestimationem si haberet, non ageret. Tunc verò quis agit ex contemptu positivè tali, seu melius

simpliciter ex contemptu, cum contemptus ita movet ad actio-
nem, ut actio assumatur velut medium ad contemptum exercen-
dum, vel ostendendum. Atque de hoc secundo modo agendi ex
contemptu nunc propriè sermo est. His autem ita declaratis

246 Dico primò, nedum facere aliquid vel nullo
modo, vel tantum sub levi de se vetitum ex contemptu
formali Dei, de illo indignam habendo aestimationem, aut illam
aliquo signo ostendendo, aut etiam ut Deo displiceas, ejusve
beneplacitum non facias, aut ne illum solatio afficias; sed
etiam ex contemptu formali divinae legis, aut etiam cujusvis
divini consilii, puta ea contemnendo, et tanquam vana, et
inutilia habendo, aut ea servare nolendo, quatenus ab ipso
Deo sunt proposita, id semper est gravissimum peccatum
ex toto suo genere mortale, adeò ut nunquam leve esse pos-
sit, si id deliberatè fiat. Itaque certissimum est, et per se
manifestum. Maxima enim injuria Deo divinisque attributis
fit taliter operando: imò si cum errore in intellectu id per-
petratur, si nempe Deus aestimatione indignus, divina praecepta, et
consilia vana, et inutilia reputantur, ac judicantur, id pecca-
tum, et blasphemum erit, ut meditanti patet; et proptereà
id specialiter in confessione erit manifestandum, utpote spe-
ciem peccati mutans.

247 Dico secundò, facere, aut omittere aliquid sub
levi tantum etiam à Deo praescriptum praecisè ex contemptu for-
mali ipsius materiae, quatenus est levis, et non omnino
necessariae ad aeternam salutem consequendam, secluso
errore in intellectu, v.g. quod sit res vana, inutilis, non
conducens ad aeternam salutem &c; probabilius est tantum
veniale peccatum, ut docet hic Tract. 1. Prooem. Cap. 7. Sect. 3
§. 4. P. Sporer cum aliis. Talis enim actus non habet, unde
in eum malitia gravis refundatur: non à re, circa quam
versatur, cùm haec in ipsa levis sit: non item à judicio, quo
levis reputatur, cùm de facto levis sit respectivè ad mate-
riam gravem: non denique ab animi dispositione, qua voluntas
peccare eligit, quia tale peccatum leve est: cùm talis animi dis-
positio stet cum voluntate id non faciendi, si peccatum grave
esset, sicut et cum judicio, quod executio praecepti utile
sit ad salutem; ergo peccatum in casu non est nisi leve.

248 Dico tertiò, facere, aut omittere aliquid
sive sub gravi, sive sub levi praescriptum, aut etiam tan-
x etiam ab homine legislatore
quam de consilio x propositum ex formali contemptu legisla-
toris, ut talis, seu ut potestatem legislativam habentis
aut [redacted] etiam ex contemptu formali legis, ut à tali po-
testate procedentis, est peccatum ex toto suo genere mor-
tale. Legislator enim qua talis est persona Dei vices in
terris gerens, atque potestas ejus est potestas ipsa à Deo

communicata juxta illud Rom: 13. Non est potestas nisi à Deo: et per consequens ipsius leges sunt divina auctoritate informatae; atque adeò qui humanum legislatorem, quà talem, ejusque leges quà tali potestate latas contemnit, ipsam Dei sapientiam, et auctoritatem, à qua est omnis potestas ferendi leges, ac ipsarum legum obligatio, contemnit juxta illud Lucae 10. Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit: Contemptus autem formalis Dei, ac Divinae auctoritatis, et sapientiae est peccatum ex toto suo genere mortale; ergo &c.

249\. Dixi autem: ex contemptu formali legislatoris ut talis, seu Dei, vel contemptu formali legis ut à tali potestate procedentis. Nam si quis renuat in re levi obedire superiori ac legislatori solum quatenus est haec privata persona, quae judicatur vilis, et infimae sortis, imprudens, indocta, molesta, passionata &c; tunc iste contemptus vel nullam, vel levem, vel gravem malitiam peccato de se levi addet, prout motiva sic judicandi erunt vel absolutè gravia, vel minus gravia, vel nulla. Nam eo in casu non contemnitur auctoritas, ac legislativa potestas, sed solum contemnitur persona ob suos privatos defectus, et adeò sicuti judicium ipsum circa malum proximi fit sine prudens, et adeò nullo modo peccaminosum, vel leviter, aut etiam graviter temerarium; ità et aggravatione talis judicij. Quod idem et dicendum est de transgressionibus levibus humanae legis, ubi quis operatur tantum ex formali contemptu legis, secundum quod illa est ab homine quà tali; iste nempe contemptus in casu vel nullam, vel levem tantum, vel gravem etiam malitiam actui superaddit, respectivè scilicet ad motiva absolutè gravia, vel minus gravia, vel omninò levia judicandi legem imprudentem, malitiosam, injustam, inutilem &c; ut ex paulo ante dictis constat.

250\. Insuper nolle superiori, ac legislatori humano obedire in re levi vel ex contemptu tantum materiae, quatenus levis, vel etiam ex indignatione, aut aliquo pravo affectu tantum veniali actui inobedientiae, non nisi malitiam levem superaddit. Primum jam constat ex dictis num. 247. Alterum verò vel constat ex eo, quod sicuti in casu inobedientia non est mortalis, neque indignatio, et pravus ille affectus graviter charitatem laedit; ità etiam neque electio, et determinatio, ac dispositio animi ad legem transgrediendam ex dicta levi indignatione, et pravo affectu veniali graviter laedit reverentiam superiori debitam; et adeò ex tali animi commotione legem transgredi velle, non nisi venialis culpa erit, nisi fortè transeat in contemptum legislativae potestatis: quod taliomodo est contingere.

251. Pro coronide hujus doctrinae de formali contemptu quaeres, an peccatum formalis contemptus sit speciale peccatum distinctum a violatione legis, et per consequens sit specificandum in confessione [illegible]; sicuti et quaeres, in quo peccati specie talis contemptus sit reponendus?

Ad primum respondeo, contemptum formalem legislatoris, seu legis quae ab ipso lata est, esse speciale peccatum distinctum a legis violatione, et proinde si quis v.g. die festo omittat sacrum praecise ex formali contemptu ecclesiastici legislatoris, aut legis ecclesiasticae quae ab ipso lata est, duplex peccatum specie distinctum committit. Et ratio est, quia tunc non solum violatur virtus, quam lex violata tanquam suum formale motivum respicit; sed etiam violatur virtus, cui formalis contemptus opponitur. Et praeterea potest etiam dari peccatum contemptus [illegible], quin ulla lex violetur, ut patet in formali contemptu consiliorum, quae quis semper tanquam vana ac inutilia aestimaverit; ergo etc.

252. Ad secundum autem respondeo, si contemptus fuerit circa Deum, ejusque mandata, aut consilia, tunc peccatum erit contra religionem, quia religio Deo debita obligat [illegible] cultum, et honorem ei exhibere, atque ejus potestatem legislativam non despicere. Quinimo si contemptus ille oriatur ex errore ex parte intellectus, erit contra fidem. Si vero praedictus contemptus erit circa parentes, peccatum erit contra pietatem: virtus enim pietatis obligat revereri et per consequens non contemnere parentes, et consanguineos. Si circa Praelatos, ac superiores erit, tunc contra observantiam peccabitur; quinimo et contra obedientiam, si contemptus in illorum praecepta cadat. Tandem si circa alias personas versabitur, tunc contemptus erit contra justitiam, cui debet ex justitia exhiberi honor, reverentia, et aestimatio juxta meritum suum. Atque haec circa contemptum [illegible]do.

253. Quaeres quinto, quomodo peccatum de se, ex natura sua veniale fiat mortale ratione scandali?

Respondeo, cum scandalum activum, videlicet dictum minus rectum praebens alteri occasionem ruinae spiritualis, actionem nostram secundum se leviter culpabilem faciat peccatum mortale, non solum quando ex intentione, et ex natura sua habet excitare, movere, et inducere proximum ad grave peccatum committendum, ut est [illegible], et [illegible] jocus, ornatus in mulieribus et immodestus, [illegible] et sui [illegible], sed etiam quando actio talis non est ex natura sua, sed tantum per accidens, si vere praevidetur, ac prudenter timetur, proximum ex ea sumpturum esse occasionem gravis ruinae spiritualis, ut si verbum jocosum proferas, aut [illegible] praecipites, et [illegible], unde blasphematurum [illegible]. Talis enim actio ratione effectus graviter peccaminosi [illegible] graviter adversatur charitati, qua [illegible] de proximo suo. Sed de hoc latius in Tractatu de [illegible].

Ex quibus et patere debet peccatum describ-
[illegible] ubi quis ex suâ actione praevidet

7. num [illegible] cum, Arriaga, Bonacina, [illegible]
Laiaum, Busaeo, Salas, Granado, et alios. Prob. autem hoc, quia
Proposito quodcumque veniale peccatum committendi, ac a
nulla veniali ipso abstinendi est conjunctum periculum
satis proximum in peccatum mortale incidendi; atque adeo
qui tale propositum elicit, absque ulla justa, et rationa-
bili causa se exponit periculo proximo graviter peccandi,

25i. Pro coronide hujus doctrinae de formali contemptu quaeres, an peccatum formalis contemptus sit ...

§. 7. De Dispositione peccati Venialis ad mortale, et an peccatum veniale ratione numeri fieri possit grave, seu mortale?

256. Quamvis venialium peccatorum effectus necessarius sit, aliquo modo tum indirecte, seu negative, tum directe seu positive ad mortale peccatum disponere; indirecte quidem seu negative, quatenus venialia peccata charitatis fervorem, ac timorem Dei, nec non peccati horrorem minuunt, atque obstaculum ponunt divinis inspirationibus, ac uberioribus divinis gratiis, quibus homo adversus tentationes roboratur: Directe item, seu positive quatenus cum et ipsa venialia sint infractio divinae legis, et contra divinam voluntatem, peccator aliquo modo jugum divinae legis excutere assuescit, ac divinae voluntati non subjici; et proinde ejus inclinatio, et libido peccandi, et affectus erga venialia adaugetur; ut hinc verum sit quod S. Joannes Chrysostomus Hom. 86, alias 87. in Matth. ait, nempe veniale peccatum majoris esse radicem, si negligatur. et S. Bernardus apud Honoratum Tournely, sive ejus Continuatorem hic Loque c. 3. A minimis incipiunt, qui in maxima proruunt. Nemo repente fit summus: Attamen non omnia, et singula venialia peccata proxime disponunt ad mortale peccatum, multa tantum remote, ut vel patet in tot sanctis, piis, et religiosis viris, qui etsi non raro in venialia quotidiana cadunt, attamen nunquam, aut non nisi raro, ... etiam rarissime in mortalia prolabuntur: Et proinde hic [illegible] quaestio esse sit, utrum habitus, et consuetudo [illegible] in omnibus sibi omnia peccata venialia, nunquam [illegible] [illegible] propositum labandi in omnia venialia sibi omnia sit proxima dispositio ad mortale peccatum. Ubi et dicemus an veniale peccatum ratione numeri [illegible] fieri possit mortale? Unde pro jam difficultatis solutione sit

25. Propositio. Propositum ...

[illegible]

254 Ex quibus et patere debet peccatum desidiæ fore peccatum grave, ubi quis ex sua actione prævidet secuturum esse grave damnum sui proximi, uti si quis proferat mendacium officiosum, ex quo prævidet secuturum homicidium: item si quis modicum lucretur, unde alter infamarus sit de gravi delicto, aut etiam quis transiens per vineam cum pluribus sociis auferat racemum, ac sic socios suo exemplo moveat ad multum damnum inferendum &c. Et proinde peccatum veniale mortale evadere sit ratione damni gravis inde ex eo secuturi.

255 Quæres tandem, qua ratione contrahat, ut culpæ veniæ evadat gravis ratione periculi?

Respondeo, ex dictis de occasione peccandi à num. 28 et pluribus sequentibus patere responsum ad quæsitum, eanempe venialia peccata ratione periculi evadere, et fieri mortalia, quæ includunt periculum forte, proximum incidendi in culpam theologicam gravem, libere nempe consentiendi, ac sibi complacendi, atque eligendi actionem graviter peccaminosam, involvunt nempe periculum eo tum aut quasi certum, aut etiam tantum probabile lapsus in mortale peccatum, secus vero, quæ tantum secum ferunt periculum leve, ac remotum in grave peccatum consentiendi. Quod totum patet ex dictis loco citato. Et proinde qui ex affectu mulieris aliquanto, &c., ex jocosa confabulatione cum puella &c. expertus est, se in gravia peccata labi, taliter afficiendo, confabulando &c. graviter peccavit, licet talis affectus, confabulatio &c. sint secundum se levia peccata. Ast pro clariori majoris intelligentia sit

§ 7. Expenduntur nonnullæ difficultates.

256 Tria in hoc præsenti paragrapho expendimus et primo an propositum non abstinendi ab ullo veniali sibi occurrente, sed quotlibet committendi sit mortale peccatum? Secundo an peccatum veniale ratione numeri, et frequentiæ fieri possit mortale? Tertio an, et quomodo veniale peccatum sit dispositio ad mortale? Atque pro prima difficultate sit

257 Propositio. Propositum quodcumque peccatum veniale committendi, seu non abstinendi ab ullo veniali ulterius est mortale peccatum. Ita Viribaldus hic Tract. 2 Cap. 1 Lib. 7. num. 20. cum Suarez, Bonacina, Valentia, et aliis contra Laymann, Lessio, Salas, Granado, et alios. Prob. autem hoc pacto. Proposito quodcumque veniale peccatum committendi, ac à nulla veniali culpa abstinendi est conjunctum periculum forte proximum in peccatum mortale incidendi; atque adeo qui tale propositum elicit, absque ulla justa, et rationabili causa se exponit periculo proximo graviter peccandi,

atque se voluntarie, et absque ulla rationabili, et justa causa periculo proximo incidendi in mortale peccatum exponere est peccatum grave juxta illud Eccles. 3. Qui amat periculum peribit in illo; ergo etc. Secunda major indiget probatione, et proinde sic probatur. Per propositum quodcunque veniale peccatum in posterum committendi ex una parte quammaxime charitatis fervor, et Dei timor, atque inclinatio ad virtutem, et rectam rationis regulam sequendam diminuitur, et e contra propensio ad peccatum, et ad jugum legis excutiendum non parum crescit: ex altera vero parte Deus etiam denegat uberiora gratiae suae auxilia, sinendo, ut deinde in graves errores decidatur juxta illud Apocalyp. 3. V. 16. Quia tepidus es, et nec frigidus, nec calidus incipiam te evomere ex ore meo: scilicet ut explicat Cornelius incipiam te deserere, rejicere de gremio meo, de [illegible] meo, gratiam meam tibi subtrahere, et sinere, ut in gravem errorem decidas, quo puniam praesumptionem tuam, vel superbiam tuam, et [illegible] tui oblectationem occultam: Ac proinde cum ad perseverandum in gratia, et ad peccatum mortale evitandum in voluntate requiratur charitatis fervor, ac timor Dei, et ad virtutem inclinatio, item et divina gratia efficax, si non certum, aut quasi certum, saltem [illegible], ac multum verisimile est, quod propositum praedictum eliciens, ac in corde suo servans saltem ad aliquod notabile tempus in mortalem culpam sit casurus: Atqui certe est se exponere periculo proximo peccandi, ut constat ex dictis de occasionibus peccati; ergo etc. Ut hinc proinde verum sit, quod legitur Eccles. 19. Qui spernit modica, paulatim decidet. et Lucae 16. Qui in modico iniquus est, et in majori iniquus est. Item quod Augus. relatus habet. Tres sunt [illegible] in hunc modum. Sed illa utique (peccata) quae levia [illegible] quamvis parva, tamen crebra subrepunt quae si collecta contra nos fuerint, ita nos gravabunt, et opprimunt sicut unum aliquod grande peccatum. Propositum ergo quodcunque peccatum veniale committendi non potest non exponere hominem periculo proximo graviter peccandi, ergo etc.

X. Eccles. 19. Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua: et illud

258\. Atque haec doctrina, quae etiam teste Lacroix omnis in hac parte contraria vera est in eo, qui ad longum tempus tale propositum servat in corde suo, extendi debet, primo ad eum casum, in quo quis, etiam tali proposito explicite non habito, ac electo, facto tamen, seu ex habitu, ac consuetudine omnia venialia sibi obvia committit, nisi hunc pravum suum habitum, et consuetudinem extirpare, ac emendare conetur. Pro hac enim stant ea quae paulo ante in probatione supra statutae propositionis adduximus: Secundo etiam, ut docet Sanchez apud [illegible] loco supracitato, extendi

debet in generale propositum committendi omnia venialia in aliqua determinata particulari materia periculosa, ut luxuria, puta propositum admittendi contrectationes, aspectus, tactus etc. etiam minus turpes, quoties solum venialia peccata erunt; quia nempe, ut ipse Sanchez inquit, manifestum est periculum mortalis libidinis, ut ipsa experientia ostendit.

59 Dices 1º: cum Patronis oppositae sententiae: Toti venialium quoad talium collectioni nonnisi levis malitia inest; ergo etiam propositum omnia omnino venialia committendi nonnisi levem malitiam praesentinet. Nam actus specificatur a suo objecto, at objectum illius propositi, quod est omnium venialium collectio non dicit nisi malitiam levem. Quod vel constat etiam ex eo, quod qui de facto omnia venialia sibi obvia committeret, graviter non peccaret, ergo neque, qui haberet propositum omnia venialia sibi obvia committendi, graviter peccaret, utpote cum magis dissonum sit rectae rationi committere, quam solum velle committere peccatum.... Confirmatur. Propositum omnia venialia sibi obvia committendi secum non trahit periculum proximum incidendi in mortale: siquidem primo cum tali proposito optime componi potest firmum propositum omnia mortalia peccata vitandi, quod reipsa non raro videmus in nonnullis hominibus, qui etsi nihil curent de venialibus, ea indiscriminatim patrantes, attamen vel nunquam, vel non nisi raro in mortalia cadunt: 2do quia licet propositum illud charitatis fervorem extinguat, ac animum debilitat, et teneram in obeunda gerant, attamen id totum per exercitium operum pietatis ac religionis reparari potest: ergo cum non alia ratione praedictum propositum sit aeque mortali culpae conjunctum quam quod periculum proximum incidendi in mortale secum [illegible] suspicandum est etc. 2do Confirmatur. Si cum voluntate ac proposito omnia venialia committendi componi non possit firmum propositum omnia mortalia vitandi, necesse est vel ratione aliquorum venialium in particulari, vel ratione collectionis omnium venialium: neutrum dici potest: non primum, quia secus propositum patrandi aliqua venialia in aliqua materia esset propositum patrandi peccatum mortale. Quod est falsissimum: non item secundum, quia non est capax quod omnia peccata venialia saltem simul committantur; ergo etc. ..... Confirmatur 3tio. Si proposito omnia venialia patrandi esset annexum periculum proximum gravis culpae, aliqua venialia sub gravi vitanda essent; hoc dici nequit: at primo quia non est assignabile peccatum veniale, quod sub gravi obligatione sit fugiendum; 2do quia ad aeternam salutem consequendam necessarium esset observare praecepta sub gravi obligantia; sed etiam quae tantum sub levi obligant.

utpote cum etiam tantum venialia sint vitanda ac deliberanda à animo gravi, verò quia in prædicto casu nedum agitur de contritione de mortalibus sed etiam de venialibus ad justificationis gratiam in pænitentiæ sacramento suscipiendam! quod est tollere viam Dei.

260. Respondeo D. ans: Sola venialium quàm talium collectionem secundùm se, absolutè, et ratione sui nonnisi levis malitia inest, omitto, respectivè, et per ordinem ad periculum, quod inducit, non nisi levis malitia inest, nego ans, et consequentiam. Sicut licet res sint jocosum, aut nonnimis castigatum, et honestum verbum secundùm se sit peccatum veniale, ubi tamen quis expertus est, talia verba proferendo induci ad consentiendum rebus turpibus, aut alijs esse scandalo, et ruinam spiritualem parare, peccatum mortale sunt, ita in casu nostro licet tota venialium quantavis collectio peccatum veniale esset, attamen ubi periculum proximum lapsus in culpam gravem affert, ut in casu proposito, ubi omnia venialia peccata contingit, mortale peccatum fiat. Et hinc [redacted] ie, quod in probationem ante sequentis, negatur, primo loco affertur, nihil probat. Nam actiones, ut ostendimus in Tractatu superiori de Actibus Humanis, non solum ab objecto, verùm etiam a circumstantijs specificantur. Ex quibus patet, et negandum esse mortaliter non peccare qui omnia peccata venialia sibi obvia committeret, ubi constat ex habitu, et consuetudine, ac nihil curando de emendatione, præsertim ubi aliquo saltem confuso modo advertit ad periculum, in quo est, in mortale peccatum prolabendi.

262. Ad primam confirmationem nego aliquam eius implicitis probationibus! Nam licet fortè non raro contingat, ut ij etiam, qui ad aliquod determinatum veniale genus affectum nutriunt, præsertim si ea de se non sint periculosa, saepe in mortalia non prolabantur, fuga tamen cita omnino venialium, atque bonorum operum exercitio velut reparando damnum à venialibus commissis causatum, attamen experientia teste id non evenit illis, qui nullam diligentiam adhibent in vitandis omnibus venialibus sibi obvijs, sed ea tolerant, quoties occasio se offert, committendo ipsa omnia eorum pondere ita premi videmus, ut non solùm quasi penitus charitatis fervor tollatur sed etiam pietatis, ac Religionis exercitia deserantur. Atque ea inveniet, inter numerandum solùm aliqua venialia, et inter tamen omnia sibi obvia illud discrimen intercedit, quod inter hominem parvo pondere; et inter hominem multo onere gravatum intercedit, et ideò sicut facilimum est, ut homo multo gravatus ita debilitetur, ut iter suscipere nequeat perficere; ita et hic.

262. Ad 2dam confirmationem Dico, ideò arcendum ab omnium venialium collectione, vel etiam à pravo habitu et consuetudine nunquam retractata omnia venialia sibi

obvia patrandi. Quamvis enim casus non detur, ut omnia omnino venialia physice, et realiter ponantur; attamen totius collectionis venialium saltem sibi possibilium malitia inest illi inordinato affectui omnia venialia saltem sibi obvia committendi: Qui proinde affectus tanto oppressit pondere, ut saltem verosimiliter sit ultra faciendum mortalis culpae, cadat tale habens propositum, aut habitum, et consuetudinem, ut paulo ante diximus.

263 Et etiam confirmationem, quae aequivoco laborat, dico: sicut si proposito omnia venialia patrandi datur dei, aliqua venialia indeterminata talia, idest propositum patrandi omnia esset sub gravi vitandum, consequenter aliqua venialia determinata talia sub gravi vitanda essent, nego minorem, et servata proportione distincta minorem, nego consequentiam. Quemadmodum enim pro casu, quo in cumulum esset furatus ad centum dominos spectans, quamvis nullum sit praeceptum sub gravi urgens non sumere cumulum illum, si praecise considerentur dominia illorum centum dominorum singillatim, attamen extat praeceptum sub gravi obligans non auferre cumulum illum, si illa singularia dominia tanquam unum morale dominium spectantur; ita licet nullum sit praeceptum graviter obligans vitare hoc, vel illud particulare determinatum veniale peccatum; attamen existit praeceptum graviter prohibens propositum omnia simul venialia peccata patrandi, cum, ut ostendimus, tale propositum secum ferat periculum proximum lapsus in culpam gravem, quod periculum singularia venialia singillatim sumpta non afferunt.

264 Atque ex his ad idem minoris probationem negabis assumptum; nam in casu nostro est praeceptum sub gravi obligans. Certum enim non est praeceptum etiam sub levi secundum se obligantia per accidens sub gravi servanda esse, sicuti certum non est quod quis V. G. sub gravi culpa debeat abstinere a verbo joroso, et parum honesto, ubi esset periculum consensus, aut complacentiae in affectu graviter peccaminosum, aut maximi scandali. Et hinc ad idem ejusdem minoris probationem concedas, habentem propositum omnia venialia peccata sibi obvia committendi debere id eo cavere, sicuti et illa venialibus quaterus periculum proximum peccati mortalis inducentibus; sicuti quis debet praecavere verbi minus honesti, ubi ex eo proximus fuit graviter scandalizatus. Jure

265 Secundae difficultatis Solutio.

Usque nunc examinavimus, an venialia peccata gravia fieri possint ratione dispositionis proximae, et periculi proximi peccati mortalis, modo examinandum superest.

an praecisè ratione multiplicitatis, aut numeri secundum se sumpti
et praescindendo à qualibet alia circumstantia venialia peccata
mortalia evadant saltem aliquando? Pro qua re pertractanda
diligenter annotandum est inter venialia peccata alia esse, quorum
materiae, seu objecta, et affectus inter se nunquam ne moraliter quidem
uniuntur, aut conjunguntur in ordine ad constituendum aliquod mo-
raliter unum; cujusmodi sunt verba otiosa, mendacia jocosa, aut
officiosa, leves vanitates &c. sicuti et sunt illa, quae leviter qua-
nuntur praeceptis diversis determinati temporis ità obligantibus
ut cum tempore eorum obligatio finiatur, uti sunt culpae leves
circa missas, jejunia, horas canonicas &c. plurium dierum, alia
verò esse, quorum materiae seu objecta, et affectus continuari
et uniri moraliter possunt in ordine ad constituendum un-
aliquod morale; talia sunt levia furta, quae moraliter uniun-
tur ad grave aliquod damnum causandum, multae leves detra-
ctiones ejusdem personae tamen laedentes, multae leves percussio-
nes eidem homini inflictae, multae leves potationes, ex quibus
inde ebrietas contingit &c. Quibus notatis, sit

266. Propositio. Quando plurium venialium materiae
et affectus inter se moraliter uniuntur ad unum aliquod consti-
tuendum, peccatum, quod hic, et nunc esset veniale, ratio-
ne venialium praecedentium fit evadere mortale. Ita com-
munis sententia, quae vel ex eo suadetur, quod ubi materiae et
affectus moraliter inter se uniuntur, per positionem ultimi
peccati, quod secundum se est veniale, poni fit complemen-
tum materiae gravis, aut affectus graviter prohibiti: sic suppo-
sito quod in furto facto diviti materia gravis est ducatus, si
quis absque intentione ad materiam gravem perveniendi
tres ducati partes furatus est, quartam partem cum
advertentia ad alias tres ducati partes auferat, comple-
mentum materiae gravis furti ponerat, et idem dic de eo
qui successive per breve tempus die festo laboraret &c.
Atqui advertenter ponens complementum materiae gravis
aut affectus graviter prohibiti mortaliter peccat: siquidem
illud ponens tunc censetur saltem indirectè velle qui-
vitur inordinatum; ergo &c.

267. Ubi tu notabis primò, nonnullorum materiam
vel affectum secundum se leviter tantum prohibitum va-
re moraliter continuari; et uniri sit cum aliis materiis
et affectibus etiam secundum se levibus. bifariam se habe-
re posse ad illas culpas secundum se leves: Primò namque
singulas illas leves culpas fit ponere cum intentione ex-
pressa perveniendi nempe ad quantitatem notabilem
materiae, aut causandi effectum notabiliter nocivum;
2do verò illas fit ponere tantum cum intentione ind-
recta, nempe non perveniendi ad notabilem ma-
quantitatem, neque causandi affectum graviter peccam-

norum. Si primo modo id fiat, tunc nedum graviter peccabitur, quando ponetur ultimum complementum materiae gravis, aut effectus graviter prohibiti; sed etiam toties, quoties etiam materia, et effectus secundum se levis cum dicta intentione ponetur; et proinde qui v. g. proposuit magnam aliquam summam furari, atque ne forte notetur, aut quia opportunam non habet occasionem, pluribus vicibus id praestat, singulis vicibus graviter peccat, etiamsi quid modicum auferat. Actus enim, et media participant malitiam suam à fine; Finis autem in casu per singulos illos vices est graviter nocendi proximo; et proinde peccatum erit grave. In quo, teste P. Sporer, conveniunt omnes.

58\. Sin autem secundo modo id contingat, tunc solum graviter peccabitur, quando ponetur ultima materia, aut effectus leviter malus cum praecedentibus materiam gravem, aut effectum notabiliter nocivum constituens, quia v. g. absque intentione furandi in gravi quantitate plura modica abstulit, et tandem cum advertentia ad praecedenta furta quid modicum aufert, quod cum praecedentibus unum gravem constituit materiam, hoc modicum suscipiendo grave peccatum committit, licet antea leve furando venialiter solum peccaverat. Ratio autem est, quia ubi quis v. g. plura minuta furta nondum pertingentia ad materiam gravem ponit absque intentione graviter proximum damnificandi, tunc nihil est, ex quo gravis malitia in illa minuta furta refundatur, è contra vero ubi quis ponit ultimum furtulum complens materiam gravem, hocque cum advertentia ad priora furtula, tunc vult advertenter ponere opus, quo grave damnum proximi completur. Qui autem vult advertenter ponere opus, quo grave damnum proximi completur, graviter peccat, ergo etc. Hocque est, teste eodem P. Sporer, communis Doctorum sententia, quae etiam probari sic potest, quod ubi quis per sua minuta furtula v. g. ad graviter proximum damnificandum pervenit, tenetur sub gravi ad restitutionem, atqui quod sub gravi restituendum est, ejus ablatio sub gravi prohibita est; et ideo in auferendo grave peccatum committitur, ergo etc. Quod à fortiori dicendum est de peccatis secundum se levibus, quae subsequuntur ultimum peccatum complens materiam gravem, aut causans effectum graviter nocivum, si nihil interveniat, quominus moraliter cum prioribus conjungantur, et proinde qui per sua furtula v. g. ad graviter proximum damnificandum pervenit, suis furtulis posterioribus toties graviter peccat, quoties etiam levia furatur, si nihil obstat, quominus moraliter uniantur, ut capias,

59\. Notabis vero, illorum venialium peccatorum materias, seu objecta, atque effectus pravos inter se moraliter uniri, ac in unum coalescere, quae eidem legi, seu praecepto, ac obligationi pro eo tempore, quo fiunt, urgenti opponuntur, ac postenius cum prioris cognitione, et advertentia committuntur, neque prius fuit per veram poenitentiam serio retractatum, ac nulla adest causa excusans à reparando hic, et nunc damno

per prius peccatum leve dato; contra vero inter se non uniri, aut
in unum non coalescere illorum peccatorum venialium mãas, seu
objecta, et affectus, quæ sunt contra diversos, distinctos, ac inter
disparatos leges, seu præcepta, et obligationes; vel etiamsi sint
contra eandem numero legem, seu præceptum; aliud quid con-
git, ratione cujus moraliter discontinuantur, puta in pondus fu-
tis ~~cum~~ posterius de se complens mãm gravem, aut continuo
atque illa advertentia ad priora committitur, aut jam pri-
ora per veram pœnitentiam fuerint retractata, aut ultimum
furtivum proximi restitutio, aut serium propositum dato occa-
sione ~~restituendi~~, aut impotentia animo restituendi con-
juncta, ~~aut domini~~ domini condonatio præcesserit. Sed

270 Dices quod semel est peccatum veniale, non
fit deinde mortale; ergo neque quod est semel mãa, seu ob-
jectum, aut affectus levis culpæ, deinde fit mãa, seu objectum, et af-
fectus peccati gravis; sed non alia ratione peccatum de-
veniale fieri fit mortale, quam quod priorum venialium mãa,
seu objectum, et affectus evadunt mãa, seu objectum, et affectus
peccati posterioris, quod secundum se est veniale; ergo
&c. Confirmatur. Ex suppositione, quod furatus sit gravis
mãa in furto, qui jam furatus esset quinque Ducati partes,
sextam ejusdem partem ~~...~~ advertenter deinde surri-
piendo damnum nonnisi leve causat proximo: nam hujusmo-
di furtum est ejusdem rationis cum præcedentibus, quinimmo
hoc ultimum non plus nocet, quam præcedentia; sed furtum
quo nonnisi leve damnum causatur, est leve peccatum; ergo
&c. Confirmatur 2do si nostra sententia est admittenda, jam
actum est de famulis Magnatum quotidie auferentibus, vel
bi impendentibus, aut quid modicum consumentibus et nun-
quam restituentibus. Quod idem et esset dicendum de sar-
toribus, Molendinariis &c. quasi quotidie aliqua modica
sibi appropriantibus; nec vero hæc dicamus, fatendum est
&c. Respondeo concesso ante, quia, ut num. ...

271 adnotavimus, sermo non ~~est~~ est in præsenti, quod peccatum, quod
semel est veniale, illud ipsum fiat mortale, sed sæpius est
quod illud peccatum, quod præscindendo, seu non pensa-
tis pluribus venialibus præcedentibus est veniale, hic et nunc
sit mortale ratione illorum venialium præcedentium, quia eorum
que illorum mãm, et affectus pravos respicit, et in eos tendit
tanquam in suum objectum, et affectus suos, ~~quatenus nunquam~~
~~auferens~~; v.g. ultimos viginti nummos Ducati constituens
nedum intendit illos hic, et nunc auferre, sed etiam se-
tam indirecte velle injuste retinere, quod antea fuerat
ablatum, concesso, inquam, ante nego consequentiam. Quod enim
in ea asseritur est contra suppositum, et contra textum
ostenderis mãas v.g. furtorum minutorum moraliter in unum
coalescere, et unius vel alterius mãam augeri ad damnum pro-
ximo inferendum.

272 Hinc ad confirmationem vel absolute negatur
est, propositio major, quia furtum illud ultimum nedum respicit
pro suo objecto sextam Ducati partem hic et nunc auferendam
sed et reliquas Ducati partes tanquam injuste retinendas,
atque integer Ducatus est gravis materia, per quam grave
damnum proximo infertur. Vel claritatis gratia distinguo majorem:
Ex suppositione, quod Ducatus sit, sextam Ducati partem surri-
piendo damnum nonnisi leve causat proximo, attento praecise
damno sextae Ducati parti correspondente, concedo, attento dam-
no a tota Ducati collectione, quam ultimum furtum respicit,
causato nego majorem, et distinguo minorem. Sed furtum, quod tum ratione sui, tum
aliorum, quae tanquam suum objectum respicit, non nisi leve
damnum causatur, est peccatum leve, concedo, quod tantum
ratione sui, non vero aliorum, quae tanquam objectum respi-
cit, non nisi leve damnum causatur, est peccatum leve,
nego minorem, et consequentiam. Distinctio patet ex dictis. Atque hinc
ad majoris probationem concedes, ultimum furtum v.g. sextae
partis Ducati secundum se sumptum, et absque ordine ad
priora esse quaedam rationis cum ceteris singillatim sum-
ptis; sicuti et concedes, ultimum furtum secundum se, et ra-
tione sui non plus nocere, quam reliqua pariter sin-
gillatim sumpta; secus vero si spectatur prout ad reli-
qua priora ordinem dicit, eaque tanquam suum objectum res-
picit.

273 Ad alteram confirmationem dico, se-
quendam per se veram esse, et adeo tales famulos, Molendinarios,
Pastores etc. nisi restituant, damnandos esse, quamvis praeser-
tim loquendo de Magnatum famulis plerumque per accidens ex-
cusat illos a peccato mortali, et a debito restitutionis excusari,
partim per inadvertantiam; partim quia Magnates in his
tutulis non censentur valde inviti, nec suos famulos tam stri-
cte obligare velle ad tam exactam administrationem rerum
suarum atque quoad modica; partim quia tales famuli regu-
lariter sunt ad restituendum impotentes. Haec de venialibus co-
alescentibus in mortale, ubi eorum materia, et affectus mali inter
se moraliter uniuntur. Modo de venialibus, quorum materia, et
affectus moraliter in unum non coalescunt, loquendo sit

274 Propositio. Peccata venialia, quorum materia,
seu objecta, vel affectus moraliter non uniuntur ad unum
aliquod graviter legi repugnans constituendum, quantumcunque multiplicata
ratione multiplicationis numerum sunt mortale. Ita communi-
ssima, et, teste Paleo hic tract. 2. disput. 2. puncto 9. § 9. num. 1 cer-
ta Theologorum sententia cum S. Thoma 1. 2. q. 88. a. 4. in corpore ajente: Non
enim omnia peccata venialia de mundo possunt habere tantum
de reatu, quantum unum peccatum mortale. Atque primo sua-
detur ex Trid. sess. 14 cap. 5 documento, nos per peccata ve-
nialia, in quae etiam frequentius labimur, a gratia Dei non ex-
cludi, atque ea a nobis citra ullam culpam taceri posse in
sacramentali confessione: Porro si peccata venialia prae-

cia ob sui multiplicationem fieri possent mortale peccatum, per quod ex a Dei grāā excluderemur, atque necessario in confessione manifestari deberent, ergo &c. Secundò eadem veritas constare debet ex eo, quod peccatum mortale est in ordine, et specie superiori, in gradu supremo peccati, veniale vero in ordine, et specie inferiori, ac gradu infimo peccati; atque individua ordinis, et speciei inferioris, quantumcumque multiplicata, attingere non possunt ea, quae sunt ordinis, ac speciei superioris, ac in supremo gradu sunt posita, juxta illud *supremum infimi non attingit infimum supremi*; quia quantumcumque multa dentur individua, singula sunt, et manent in specie inferiori, ac imperfectiori, et habent differentiam essentialem aliam, quam species superior habet, adeoque sola multiplicatio non facit intensionem, sed extensionem tantum; ergo sicuti multiplicatio brutorum quantacumque sit, nunquam efficere potest ut bruta multiplicata attingant perfectionem hominis, quae est speciei superioris; ita sola venialium multiplicatio &c. Quod vel etiam ostenditur ex eo, quod alioquin vita nostra quotidie exposita esset innumeris scrupulis, et anxietatibus. Cum enim frequenter in venialia labamur, merito timere possemus, an ultimum peccatum veniale, quod facimus, aut quod jam commissuri sumus, compleat numerum ad mortale requisitum; per quodcumque veniale posterius mortaliter peccaremus, quia nos exponeremus periculo peccati mortalis. Quod est quammaximum absurdum, quammaxime alienum à suavitate, et levitate divinae legis; ergo &c.

275. Oppones auctoritatem SS. Patrum, et praesertim S. Aug., qui pluribus in locis docet ex pluribus venialibus fieri unum grande peccatum. Nam primò Tract. 1. in Epist. 1. S. Joannis ait: "Ista levia, quae dicimus, noli contemnere... ... levia multa faciunt unum grande, multae guttae implent flumen, multa grana faciunt massam:" 2dò Tract. 12 in Joan. "Minuta plura peccata, si negligantur, occidunt." 3tiò, missis aliis, Epist. 265, alias 108 ad Seleucianam "Ea venialia pariter uniuscujusque si collecta contra nos fuerint, ita nos gravabunt, et opprimeent, sicut unum aliquod grande peccatum." Quare concludendum est peccata venialia esse, prout docet S. Thomas pluribus in locis, sicuti morbum curabilem, et adeo ut morbus curabiles multiplicati incurabiles tandem evadit, ita et peccata venialia multiplicata mortalia tandem fiunt.... Confirmatur. Juxta D. Thom. 1. 2. q. 88. A. 3. in c., sicuti et nos supra diximus, peccatum veniale est dispositio ad mortale..., atque dispositio per frequentatos actus fieri potest habitus, ergo peccatum veniale, si multiplicatur, evadere potest mortale... Confirmatur 2dò. Peccata venialia multiplicata possunt hominem grāā sanctificante privare: nam cum ex una parte quodlibet peccatum veniale tollat, ac minuat aliquam partem grāē, sicuti bona opera eam augent: ex alia verò ipsa grāā non sit infinita, neque in indivisibili

consistat, venialia peccata adeò multiplicari possunt, ut tandem omnes ignes gratiæ gradus extinguant; ergo cum non nisi peccatum grave hominem gratiâ sanctificante privare possit, dicendum est &c.... Confirmatur 3tiò. Ideò præsertim venialia quantumcumque multiplicata non possunt unum mortale constituere, quia mortale, et veniale sunt diversæ speciei; hæc ratio nulla est. Siquidem licèt corpus, et eius partes sint inter se speciei diversæ; attamen ex his, et corpore consurgit hoc, qui est specie distinctus à singulis partibus: etiam licèt et binarius sit specie diversus à quaternario; attamen ex binariis multiplicatis fit quaternarius; ergo venialia multiplicata &c.... Confirmatur ultimò ab absurdis. Si venialia quantumcumque multiplicata non facerent mortale peccatum, sequeretur, primò graviter non peccaturum clericum quotidie per annum omittentem aliquot versus, unum, vel alterum brevem psalmum in divini officii recitatione, Artificem singulis diebus festis per quadrantem horæ laborantem, aut sumentem quotidie per quadragesimam aliquid modicum extra permissam refectionem, etiamsi initio anni clericus habuisset intentionem quotidie ~~orationis brevis omittendi~~, aut artifex singulis diebus festis laborandi, et jejunio obligatus quotidie in quadragesima quid modicum sumendi, cum propositum non possit esse majoris malitiæ, quàm sint actus intenti: sequeretur 2dò, neque mortaliter peccaturum, qui die jejunii in causa esset, ut plures frustulum panis extra comestionis tempus sumerent, aut per quadrantem horæ simul, aut successivè die festo laborarent. Sequeretur tertiò, eum lethaliter non peccaturum, qui singulis anni diebus omitteret recitare salutationem Angelicam, ad quam ex voto, aut pænitentia est obligatus, quinimò et dicendum esset, eum graviter non peccaturum, qui distinctis votis se obligasset eadem die ad recitandam salutationem Angelicam, ad dandam parvam eleemosynam pauperi, ad brevem meditationem, ad signum crucis ter, vel quater faciendum &c, etiamsi nullum ex his votis servaret; hæc sunt quammaxime absurda; ergo &c.

Respondeo. Ut quod ad S. Augustini auctoritatem spectat, nonnulli apud Honoratum Tournely, sive ejus continuatorem hic Parte 2. Cap. 2. A. 3. censent, oppositam nostræ tenuisse sententiam, loquendo etiam de venialibus, quoniam mores, et affectus pravi in unum aliquod totum morale non coalescunt. Verùm dicendum est, mentem Augustini solùm fuisse, quòd venialia multiplicata dispositivè faciunt unum grande peccatum, et occidunt, ut explicat S. Thomas 1. 2. q. 88. A. 4. ad 1um inquiens = Dicendum, quòd Augustinus loquitur in illo sensu, quòd multa peccata venialia dispositivè causant mortale = Nisi etiam dicere velis, ipsa esse gravia peccata, ubi conjuncta sunt cum scandalo, aut etiam proposito, consuetudine, et habitu committendi omnia sibi obvia peccata, ut nos cum eodem S. Aug.o supra explicavimus.

277. Quod vero spectat ad paritatem à morbo incurabili petitam, ipsamet Praeceptor Angelicus citata Quaestione 2tiũ disparitatem assignat inquiens = Dicendũ, quod morbus corporalis non est actus, sed dispositio quaedam permanens unde manens potest mutari: sed peccatum veniale est actus transiens, qui resumi non potest, et quantũ ad hoc est simile = Et Q. 7. de Malo A. 3. ad 11. est = Similitudo attenditur solum quantũ ad hoc, quod sicut languor est deordinatio naturae: ità peccatũ est deordinatio actus = Hac Angelicus Praeceptor, ex quibus paritatem non urgere constat.

278. Ad primã confirmationem responsio est ex eodem S. Doctore citata Quaestione ad quintum quarti = Dicendum, quod dispositio, quae fit habitus est sicut imperfectum in eadem specie, sicut imperfecta scientia, dum perficitur, fit habitus: sed veniale peccatum est dispositio alterius generis, sicut accidens ad formam substantialem, in quam nunquam mutatur = sic S. Doctor.

279. Ad 2dam confirmationem negandum est assumptũ, sicuti et gratiae habitualis substantiam per veniale minui, cum solius charitatis fervor, gratiae habitualis effectus minuatur, ac abundantior donorum actualium elargitio impediatur; sicuti per bona opera, et actionem initam à Deo bene operanti affluentes gratiae donantur, quibus ferventior in charitate fit. Caeterum dato etiam, gradum venialibus peccatis ipsa substantia charitatis, ac donũ gratiae minueretur, venialium peccatorũ, quantumcunque multiplicentur, malitia eò usque pertingere non sit, ut divinam gratiam habitualem extinguat, quin hoc prius in alios mortale probabatur, cum dato etiam, quod substantia gratiae in infinitũ minui non possit, eò plures in ea sunt gradus charitatis, quam sint gradus malitiae in omnibus venialibus culpis, quae ab homine committuntur, maxime tum absque proposito, habitu, et consuetudine non ratione tali committendi omnia sibi obvia peccata, quo casu, ut supra diximus, venialia peccata non ratione sui, sed periculi proximi in mortale incidendi continent grave peccatũ.

280. Ad 3tiã confirmationem omissa causali negandum ad cujus probationem disparitas est, quia corpus humanum et anima rationalis, etiam binaria, et hujusmodi alia habent ex sese incompletionem physicam ad invicem, et aptitudinem ut uniantur, et sic unita faciunt unum. Venialia autem de quibus nunc disputamus, non habent incompletionem ad invicem, nec in quo uniantur in ordine ad faciendum unum totum morale grave, ut supponimus communiter, et effectus in unũ non coalescere.

281. Ad quartam confirmationem, quod vero ad sequellam spectat. Salas, Suarez cum Lugo, Sanchez, Laymann concedunt multitudinem venialium, ratione, quae per se loquendo et aliunde speciali ratione gravius, ut scandali, contemptus &c.

tune graviter non peccaverunt, tum quia præcepta inter se distincta, et disparata omnino in bis violantur; ac proinde si a nomine unum variationem moralem, et actus inter se non uniuntur in ordine ad unum aliquod constituendum, tum quia propositum illud, et intentio non tendit in omnes omissiones, labores, ac comestiones conjunctim sumptos, sed in omnes separatim, et singulos diversos faciendos, et prout facienda sunt, et adeo cum singuli sint prohibiti sub veniali, nec in unum coalescant, propositum non est, nec fit esse de mortali, tum quia supponimus propositum illud saltem non esse periculum proximum peccati mortalis, utpote cum sit circa materiam particularem, neque de se periculosam.

82 Ad 2dam sequelam narrat idem P. Suarez, Salas cum Sanchez, et Bonacina concedunt, quod in casu esset ut plures qui modicum sumerent die jejunii, aut per quadrantem die festo laborarent, mortaliter non peccarent, ubi ratio scandali, contemptus &c. abesset; tum quia singuli quod modicum comedentes die jejunii, aut non notabili tempore laborantes tantum venialiter peccant, tum quia cum singulæ comestiones, et labores fiant a diversis personis diversas personales obligationes ab invicem independentes habentis, nihil est in quo in unum moraliter coalescant. Verum alii, inter quos P. Laudius de Croix lib. 3. Part. 1 de obligatione Jejunii num. 581, tanquam probabilius, sustinent oppositum in casu præsertim, quo quis pluribus mandaret successive laborare die festo, eaque præsertim ratione, quod mandans censetur injungere moraliter laborare per notabilem diei partem, adhibens aliis velut instrumentis, adeoque respective vires in unum coalescere partes illorum laborum, et ascribenda cum mandanti, ac successive fieri, adeoque labor per notabile tempus durat, nonnisi gravius in honorato diei festo. Et sane id videtur scandalosum, et tandem saepe, ut asserit P. Suarez, fateatur cum quis utique graviter culpabilis esset multitudine hominum, et per turbam, ut in domo sua toto die festo laboraretur. Quod utique grandem saltem esset scandalosum.

83 Tandem ad ultimam sequelam quoad 1mam ejus partem laudatus P. Suarez, et Salas cum Bonacina, Sanchez, Suarez, et aliis docent, distinguendum esse inter votum praecise in honorem certi temporis, seu diei; et adeo tali die finienda expirat et ipsius voti obligatio, quale est v.g. per episcopium recitandi 3 ordinem festa sanctorum &c., ac inter votum, quod, licet non est in honorem certi diei et temporis sed dies, et tempus appositum non fuit ad finiendam, sed ad urgendam obligationem, quale est præceptum de annua communione Paschali. Qua posita distinctione docent, quotidie omittentem salutationem Angelicam, quam ex voto facto in honorem certi diei, ac temporis, mortaliter non peccaturum, etiamsi id per annum integrum, et ultra faciat: quia, ut ipsi inquiunt, quælibet omissio moraliter cum alias non continuatur, neque unum totum morale constituit contra

verò mortaliter peccaturum, ubi ad materiam gravem pertingit, si votum non sit factum in honorem certi temporis, ac diei, quia tunc obligatio cum die non extinguitur, sed ulterius porrigitur usque dum adimpleatur, sicuti contingit in debitorum solutione, ubi elapso die ad solvendum praefixo debitum non extinguitur, sed magis urget solvendi obligatio. Atque hoc idem dicendum de poenitentia à confessario injuncta, licèt caeteroquin, ut aiunt, confessarius saltem regulariter non dicat tempus [illegible] ad finiendam, sed ad urgendam obligationem.

284 Ubi ad dignoscendum in dubio, an tempus praefixum appositum fuerit ad urgendam, an verò finiendam obligationem, praelaudati Doctores hanc tradunt regulam, in votis nempe personalibus, idest de actione tantùm praestanda a vovente, v.g. de oratione, de jejunio, de sacramentali confessione, et communione &c.; regulariter saltem praesumendum esse, obligationem affixam esse diei, ac proinde cum die cessare; in votis verò realibus, idest de aliqua re praestanda, v.g. de eleemosyna, tacenda, de procurando sacrificio in templo, aut altari augendo &c.; regulariter saltem praesumendum esse, obligationem cum die non desinere, sed dumtaxat urgere executionem. Rationem autem reddunt, quia communiter contingit, utraque vota cum tali intentione haberi, cui intentioni plurimum deferri debet in votis, quorum obligatio a voventis intentione praecipuè pendet, ut dicemus, ubi de voto agemus.

285 Ad alteram partem quaestionis, quod attinet, maxima est inter Doctores dissensio. Bonacina enim cum Sanchez, et aliis docet, mortaliter peccaturum, qui illa diversa tam quantitatem praetermitteret, quae secundum se considerata prudentum hominum judicio notabilis censeatur; atque necesse semper vota illa essent diversae rationis. Quod evincere conatur ex eo, quod omnes omissiones videntur unum in hoc, quod omnia vota subsunt virtuti Religionis ex eodem motivo obligandi, ac proinde constituunt materiam gravem, non aliter ac si unico voto omnes illae actiones promissae fuissent, sicuti in furtum promissorum hominum, tametsi de pluribus furtum [illegible] [illegible] materiae in unam totalem summam coalescat et proinde sicuti negligens suo tempore dare [illegible] [illegible] quae ad materiam gravem pertingentes, graviter contra justitiam peccat; ita qui illa vota omittit, graviter peccare, cum materiam secundum se gravem omittit.

285 Contra Palaus hic tract. 2. disp. 2. [illegible] [illegible] num. 11. cum Suarez, et aliis existimat, omittentem praefatae opera distinctis votis promissa, eo eodem die mortaliter non peccaturum, quia omissiones illae non habent unum aliquod, in quo inter se moraliter uniantur, nec [illegible] intentio in vovente, qua posteriora vota addendo prioribus ad priora, ac illa veluti continuaret in unum [illegible] [illegible]

coalescere valeant, atque extendi. Non enim unum constituunt, neque constituere possunt ex eo, quod eidem religionis virtuti subsunt, quia sicut Beneficiatus die tota partem omittens de Horis canonicis, partem de Missa, et partem de orationibus voto promissis, mortaliter peccare posset, cum omnes illae actiones virtuti Religionis subsunt. quod tamen dicendum nulla ratione videtur: ac propterea sicuti non unum, sed multiplex grave peccatum committeret, qui eadem die non adimpleret plura vota, quibus se obligavit v.g. ad sacrum audiendum, ad integrum Rosarium recitandum, ad jejunandum &c., licet ea omnia vota eidem virtuti Religionis substent; ita et in casu praesenti illae leves transgressiones in unum non coalescunt, licet &c.; ea quidem praecipue ratione, quod supponitur, mentem voventis nunquam fuisse, se velle sub gravi obligare, sed obligatione singulis materiis correspondente. Cui non obstat paritas petita ~~potius~~ a promissione plurium levium summarum eidem homini facta: eae enim summae uniuntur in effectu, et fine immediato, qui est utilitas hominis dictas promissiones acceptantis. Atque doctrina haec saltem probabilior est, ubi illa plura vota sunt facta ex diversis motivis fortibus, unum v.g. in honorem passionis Xti, alterum in honorem B. Virginis, tertium pro defunctis &c. Atque haec de peccatis mortalibus, ac venialibus.

Articulus sextus

De Peccatis internis, et externis.

Peccatum internum, quod et dicitur peccatum cordis illud esse, quod in potentiis internis, phantasia nempe, appetitu sensitivo, intellectu, et tandem voluntate consentiente, ac sibi complacente consummatur; sicuti et peccatum externum, quod et dicitur peccatum oris aut operis, illud esse, quod supposito interno voluntatis actu in externo opere, seu exercitio externarum potentiarum ut oris, manus &c. exercetur, notat ac diximus a num. 5. De hoc autem duplici peccatorum genere plura a Doctoribus disceptantur; et loquendo de peccatis externis inquirunt, an hec ipsa actui interno voluntatis per se et ratione sui specialem, et distinctam malitiam superaddant? Verum cum de hac difficultate in tractatu de Actibus humanis a num. 221. et pluribus sequentibus dixerimus, remisso lectore ad ibidem dicta, pergimus ad examinanda nonnulla circa peccata mere interna, qualia sunt desiderium, et simplex complacentia, seu morosa delectatio de re, et objecto malo. Sitque sit

287 §. 1. De Desiderio circa rem malam tum absoluto, tum conditionato.

Pro recta intelligentia dicendorum tum de desiderio, et complacentia, seu morosa delectatione de re mala

inspicitur, iuxta diversitatem de motibus deliberatis et indeliberatis
tis quae in homine sunt et adeo videre quaestionem an sint
culpam imputabiles et quando non? Ipsi autem totum agitu
in quodam suo opere describit quidam doctus Theologus, Est
eius his verbis: "Primo objecti peccaminosi repraesentatio, ne-
dum sensibus externis internis, rationi etc. peccatum non est. Secundo mo-
tus sensualitatis repraesentationem consequens, et rationi
praeveniens nec ipsa peccatum est, cum sit naturalis, et ex-
tra contra voluntatem, vel sine ea producatur. Tertio delecta-
tio deinde motui naturaliter coniuncta, saepiusque ex con-
sensu ante omnem deliberationem trahens partem inferio-
rem rationis, ac voluntatis, nec ipsa peccatum est. Quod si
superior ratio primum motum occupet, meritum magnum
acquirendum: si non potuerit, et advertens suggestionem, mo-
tumque, statim resistat, actibus contrariis saltem virtualiter
abiiciendis, adhuc merito locus est. Si vero ratio superior haereat
nonnihil, primisque suggestionibus non resistat, ut tenetur 29
sit, tum in peccatis territorium intratur: Et siquidem ratio
attentione alterius rei occupata impediatur, dicitur delecta-
tio subreptitia, nec defectu advertentiae levem culpam exce-
dere sit: sed haec diu durare non solet, cum rationem ex-
citat suo objecto. Si vero advertat suggestionem, neque ad-
versus eam statim insurgat, sed pigritia, et torpore suo
motum illum aliqua temporis mora exceperit, licet non-
dum deliberationem, aut consensum adhibuerit, tum peccatum
veniale delectationis committitur, maius, minusve pro mo-
do delectationis, et negligentiae. Quod si post eiusmodi dele-
ctationem non resistatur, sequitur consensus, sive pec-
catum, quod si adhuc ex vehementi impulsione deliberatio-
nem plenam praecedat, haecque superveniente ratio [illegible]
stat, [illegible] motum, tunc quidem consensum est ve-
rum peccatum mortaliter, [illegible] proxime accedatur. Cum vero
plena deliberatione, actu, vel virtute habita, consen-
titur, jam non dubitari amplius sit de peccato mortali
gravis sit, sive deinde in opere [illegible] tendat sive in [illegible]
[illegible] delectationem tantum cogitatione sumptam [illegible]
in neutrum expressa tenendo, semper obiectationem
advertit, sine alia deliberatione [illegible], et resistentiam o-
mittat, hoc enim casu fit, ut debeat resistere, et non [illegible]
[illegible] virtualiter consentit. Differentia [illegible] accede-
re sit, ignorent atque saepius tentationes [illegible] sub de-
lectatione significanter consensum. Volo hoc [illegible] etc. cum
[illegible] longissime absit voluntas consensus, qui nequaquam
[illegible] variis, sed vero suo proprio actu adjudican-
dus est." Hactenus non minus doctus quam pius Theologus
cuius verba [illegible] notatis [illegible] memoriae mandatis.

33 Denotandum est, nomine desiderii [illegible]
ra mala venire actum voluntatis nedum aperte tantum [illegible]
etiam [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]

sed à lege, seu præcepto vetitum. Hocque desiderium aliud est efficax, et aliud inefficax, aliud absolutum, et aliud conditionatum. Desiderium efficax illud est, quo voluntas nedum approbat, ac sibi complacet in objecto malo sibi repræsentato ab intellectu, sed etiam intendit actus exsecutionem, ac ideò eligit adhibere media sibi possibilia ad opus volitum exequendum. Desiderium verò inefficax illud est, quo voluntas, quantum est de se, acceptat, et approbat, ac sibi complacet de objecto malo sibi repræsentato, quod quantum est ex se, exequi vellet, attamen vel diligentiam aliquam v.g., deinde non adhibet media efficacia ad finem consequendum, vel adhibet solum media inefficacia ad objecti voliti executionem. Desiderium autem absolutum est voluntatis actus intendentis, ac volentis actionem aliquam tanquam malam ea ratione independenter à quacumque conditione. Conditionatum denique est voluntatis actus intendentis, ac volentis opus aliquod malum solum dependenter ab aliqua conditione.

289 Porro desiderium absolutum sive efficax sive inefficax rei tanquam malæ cognitæ peccatum est, grave, aut leve ea per ordinem ad malitiam objecti in quod voluntas fertur, [redacted] extra ullam est controversiam apud doctores. Nam Prover. 6 15: legitur: Abominatio Domini cogitationes malæ, et Psal. 10 Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Et Oseæ 9 Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt. Et Matth. 5: Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in corde suo: Hocque totum planum fit ex illo Deuter. 5: Non concupisces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, et universa, quæ illius sunt. Unde Catechismus Romanus Par. 3. de nono, et decimo Decalogi præcepto num. 23. peccare docet mercatores qui rerum penuriam, annonæque caritatem exoptant, atque id ægre ferunt, ut alij præter ipsos sint, qui vendant, aut emant, quo carius vendere, aut vilius emere ipsi possint, itemque qui alios egere cupiunt, ut aut vendendo, aut emendo lucrentur. milites item, qui bellum optant, ut furari liceat; medicos item, qui morbos desiderant &c. Hocque omnino rectè est, tum quia turpe, ac inhonestum est velle absolutè, quod turpe, ac inhonestum est; tum quia affectus iste cum ratione recta, natura rationali, ac legi divinæ eam prohibenti dissonat; tum denique quia actus suus moralitatem suam desumit ab objecto, in quod tendit. Unde non solum peccant peccato correspondente malitiæ objecti concupiti, qui efficaciter desiderant facere aliquod malum, sed etiam qui id inefficaciter desiderant, quia rem aliquod criminis approbant, sine voluntate efficaci illius patrandi non peccaret contra illud Rom. 1. Digni sunt

morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, ...
bus. Hinc difficultas solum est de jis circa desideria conditionata
pro quo   Advertendum est, inter desideria conditionata
290 alia esse, quorum apposita conditio aufert vel totam, vel saltem
gravem malitiam ab objecto concupito, ut si dicas die Veneris, et
vigilia: Vellem hodie carnes comedere, nisi ab ecclesiastica
lege id mihi vetitum esset. Vellem, hunc hominem bono publico ...
tentum morti adjudicare, si essem judex, &c. Alia vero esse, quo-
rum apposita conditio neque totam, neque gravem malitiam ab ob-
jecto concupito tollit, ut si quis diceret Vellem inimicum occidere,
nisi timerem carcerem: Vellem carnes comedere, frangere
jejunium, inebriari, mechari, &c. si pecunias haberem, vel
si infamia mihi immineret, nisi essem Religiosus &c.
Circa haec autem desideria conditionata, omnesque volitiones, et
velleitates, quarum nempe conditio apposita, etiamsi in actu
ta re poneretur, ac etiam poni possit, nullo modo aufert ma-
litiam ab objecto concupito, testis P. Spores hic Tract. i Praecep-
t. cap. 5 sect. 3 num. 21, omnes, quotquot sunt Doctores, pecca-
to mortali, vel veniali pro ratione objecti, in quod tendunt,
non excusare docent; et adeo esse vera concupiscentia
peccata, cum sensum optativum faciunt. Ratio autem est, quia
licet consensus conditionatus efficiat, ne ex parte rerum ponat
objectum volitum, nisi pro casu, quo apposita conditio veri-
ficatur, efficit tamen, ut voluntas habeat actualem affectum ad
objectum ipsi ab intellectu repraesentatum pro omni casu
non imbibito in ipsa conditione, cum tantum pro hoc
absolutus consensus suspendatur: Atqui in casu nostro ap-
posita conditio non aufert malitiam ab objecto concupi-
to, ut supponitur; ergo voluntas habet actualem affectum
in objectum quatenus malum, et prohibitum est. ergo pr...
inibus conditionatus consensus est malus. ergo &c.
                    Dixi tamen cum sensum optativum faciunt
Si enim appositae conditiones de se etiam non auferrent
malitiam ab objecto, sensum tantum enuntiativum red-
dant, ita ut solum significent voluntatis propensionem
ad talem actum, nisi haec vel illa conditio obstaret, ...
nullum peccatum esset. Tunc enim nullus actualis affectus
ad peccatum haberetur. Ac proinde isti actus Vellem furari,
mechari, occidere, de inimico ulcisci, &c, nisi ... religionis
meae statûs rationem haberem &c: Si hoc mihi licuisset
quando adhuc junior eram aut miles, &c vindictam sump-
sissem, occidissem &c. Si adhuc adolescens essem vellem
hanc mulierem agnoscere &c. Vellem furari, carnes come-
dere &c nisi Deum timerem, nisi esset infamis, nisi in-
famia mihi immineret, &c isti, inquam, actus, aut ...

peccata non sunt, si enuntiative proferantur, seu secundum enuntiationem fuerint; Primus namque hunc: Ego infirmitatem meam agnoscens, fateor, nisi ab hoc sancto, et sublimi statu meo reprimerer, me futurum, fornicationem commissurum &c: Alter vero istum: Agnosco, me tempore juventutis meae talem fuisse, ut vindictam sumpsissem, si haec injuria tunc mihi facta fuisset: Tertius autem hunc: Nunc video, si haec occasio mihi data fuisset, cum adolescens eram, mulierem hanc cognovissem. Ultimus tandem sequentem: Credo, me nunc futurum, carnes manducaturum &c, nisi timor Dei me refraenaret, nisi necnon infamia me abstinerent &c. Agnoscere enim, et proprium fateri infirmitatem, ac ob quemcumque finem velle detestari, ac relinquere peccatum omnino culpa vacat, quamvis et detestari peccatum, illud vitare proponere ob gehennae timorem malum esset. Quod est contra Trid. Sess. 14 Cap. 4, et Can. 5. definiens, talem actum esse donum Dei, et Spiritus Sancti impulsum.

292 Loquendo autem de Desideriis conditionatis, quando conditio apposita tollit omnem malitiam ab actu concupito, utpote deformitate a lege, ac recta ratione eiusdem, secluso complacentia, aut periculo proximo consensus absoluti; ea saltem ad gravem culpam imputanda non fore communissima est inter Doctores sententia, si sermo sit de iis, quae tantum jure positivo sunt vetita, aut etiam de iis, quae sunt intrinsece mala, ac jure naturali prohibita, quae sub omnibus circumstantiis, et tamen, in quo sunt licita ac permissa, si conditio appellat, et cadat super circumstantiam, et casum, in quo sunt licita, et honesta, atque permissa: Atque adeo isti actus: Vellem hodie carnes comedere nisi esset vigilia, nisi mihi esset prohibitum, nisi esset peccatum. Vellem, rem alienam auferre, aut retinere, si Deus supremus rerum omnium Dominus mihi permitteret: Vellem hunc hominem latronem interficere, hunc homicidam &c suspendere, si essem judex. Vellem hanc puellam in matrimonium ducere, et cognoscere, nisi essem Deo per votum castitatis sacratus &c, saltem non sunt gravia peccata, secluso complacentia, aut periculo proximo consensus absoluti in rem quatenus malam, utque a lege prohibitam. Ratio autem est, quia actus illi inefficaces non tendunt in actum externum ut faciendum a parte rei, neque in objectum prout est in se, sed praecise ut propositum per intellectum; adeoque ab eo non sumunt plus malitiae, quam proponatur per intellectum; atqui intellectus proponens objectum sub tali conditione auferente omnem malitiam ab actu in casu, quo ipso aufertur, ut, nullam in actu malitiam proponit, ut patet, ergo inde nullam sumit malitiam opus desiderium, seu volitio conditionata, et inefficax, ergo &c.

Dixi autem primo: ac saltem ad gravem culpam imputanda non fore. Hujusmodi enim actus, cum saltem regnentur nullo bono, et honesto fine vastiantur, ac minimum sunt ac vani, et otiosi; ac proinde saltem venialiter peccaminosi, et mali...... Dixi 2do: seclusa complacentia, ac periculo proximi consensus absoluti: Hujusmodi siquidem desideria S. Doctor Bonaventura merito vocat periculosa, et vitanda, et Cajetanus peccati venialis appellat fatuos, et diabolicas tentationes. Etenim re proposita in materia venerea, irae, vindictae, et indignationis velle saltem diutius in talibus volitionibus, ac velleitatibus immorari non parum commovet spiritus vitales, et phantasiam perturbat, et appetitum sensitivum excitat ad desideria absoluta: Quinimo non raro contingit, ut ex [illegible] absoluta complacentia, et voluntate absoluta peccaminosa procedant, ut ipsa experientia compertum est; et tunc talia conditionata desideria si sint circa rem sub gravi prohibitam, erunt peccata mortalia; non quidem ex se, sed ex actuali affectu malo, a quo imperantur. Atque hac ratione certo peccat, qui affectu libidinoso captus, aut odio commotus &c in hos actus prorumperet: Hanc vellem amplecti, si mea uxor esset_ Hunc vellem occidere, si licitum putarent &c. Hoc autem non raro actus conditionati, qui per appositam conditionem ab omni labe purgatus est, sed ratione turpis amoris, et injusti odii &c, quo ad talia desideria conditionata pervenit.

Atque hinc difficultas circa desideria con-
292 ditionata tota propemodum est, et versatur circa ea, quae, ab intrinseco sua natura ita mala sunt, ut nulla possibilis sit circumstantia, et casus, in quo ea liceat ponere a parte rei — quales juxta dicta num. 20? sunt infidelitas, odium Dei, haeresis, blasphemia &c. Atque de his quaeritur, an per se, et recta sint licita sub conditione scilicet, quae, licet alioquin sit impossibilis, attamen si a parte rei poni posset, totam malitiam ab actu tolleret, honestumque redderet; ejusmodi sunt sequentes: Vellem Deum odio habere, detestari, idolum adorare, blasphemare, falsum jurare, &c, si non esset malum, si non esset peccatum, si non esset offensa Dei, si liceret, si Deus permitteret, nullaque mihi vetitum esset &c. Et in hoc discrimen est a Doctoribus [illegible] sententia. Prima namque quam [illegible] Salas hic tract 2 disp 3 sect 10 § 3 sustinet cum Vasquez, Sayro, Sala, et aliis, tanquam per se, et ex natura sua licita hujusmodi desideria, volitiones, ac velleitates admittit, et approbat. Altera vero, quam P. Suarez loco supracitato cum Sanchez, Layman, Basilio Pontio, aliisque tuentur, tanquam illicita rejicit, atque impugnat praefata desideria, et cum his sit

Propositio. Desideria conditionata, et quae-
293 vis volitiones, ac velleitates de re in omni prorsus casu ob intrinsecam sui malitiam sub conditione omnino impossibili probabilius, ac verius sunt illicita, et mala, ita se[...]

[illegible] [illegible], etiam [illegible] contra [illegible] omnem malitiam ab objecto concupito, si a parte rei ponebatur. Ita cum Patronis sententiae [illegible], quae nos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tendentis in objectum sibi tanquam malum ab intellectu propositum, ac repraesentatum est formaliter malus, et peccaminosus [illegible] [illegible] [illegible] propositio. Atqui ubi voluntas per desiderium conditionatum [illegible] optativum [illegible], ac [illegible] conditionem omnino impossibilem poni a parte [illegible] tendit in rem ab intrinseco suo in omni possibili casu malam cognitam, tunc affectu tendit in objectum sibi tanquam malum ab intellectu propositum, et repraesentatum; ergo [illegible] [illegible] [illegible] indiget probatione, et quidem tantum quoad [illegible] [illegible]. Quod enim voluntas tunc affectu in objectum sibi [illegible] [illegible] tendat, patet, quia [illegible] desiderium illud non [illegible] tantum optativum, sed enuntiativum solum [illegible] itaque [illegible] [illegible] noster cognoscens actionem aliquam ab intrinseco suo in omni possibili casu, ac circumstantia malam non potest non cognoscere illam tanquam in omni possibili casu prohibitam, malam, [illegible] turpem [illegible], et adeo nequit ne intentionaliter quidem praescindere malitiam ab actu, sicuti nequit hominem praescindere a rationali: sicuti enim rationale est de essentia hominis, ita et malitia est essentialis [illegible] actui ab intrinseco suo [illegible] [illegible], ergo intellectus nequit non exhibere voluntati [illegible] actionem tanquam malam; et [illegible] [illegible] voluntas non potest in eam non [illegible] tanquam peccaminosam, [illegible] [illegible] desiderium conditionatum [illegible], ergo [illegible] et [illegible] opposita contrario apertam involvit contradictionem. [illegible] enim est [illegible]. Velle enim [illegible] [illegible], si non [illegible] malum, [illegible] [illegible], ac [illegible] vero peccatum, ubi non esset peccatum: Quod certe est implicationem in terminis.

Quod totum confirmatur ex eo, quod ita conditionate velle actionem ab intrinseco malam [illegible] [illegible] est, quam optare, ut [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] mala sint [illegible], et honesta, nec a Deo prohibita; et adeo velle, quod [illegible] [illegible] [illegible], lex aeterna Dei immutatur, ac natura [illegible] non [illegible] [illegible] a Deo. Quod sane [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible], ac majus malum, quam vel semel [illegible], quam vel semel blasphemare Deum; cum pejus sit [illegible] [illegible], quam vel semel committi, ergo [illegible] [illegible] sicuti [illegible] conditionatus actus: Velle enim Deum detestari, nisi esset malum et peccatum, si [illegible] optativum [illegible], est semper malum [illegible] opposita contrario [illegible] malitiam [illegible] [illegible] [illegible] ita et [illegible] [illegible]

294 Atque ex his patere etiam debet, non esse admittendum tanquam licitum desiderium, quo quis exoptaret, a Deo non esse prohibitam v. g. fornicationem, [illegible], [illegible] [illegible] ac [illegible] [illegible], v. g. quia expertus

est se fragilem, ac saepius labi in peccatum, ne ultra Deum offenderet. tam bonum totius naturae, ac naturalis ordinis non [illegible]
ponit, ejusque commutatio, quae gravissimum malum est, desiderari ob peculiare personae privatae bonum; maxime cum
[illegible] alia via, nimirum Divina gratia se muniendo contra tentationes, consequi possit. Haec autem omnia intelligenda sunt
de desideriis conditionatis, ut dixi, in sensu optativo [illegible]
sensum tantum enuntiativum retinent, seu tantum malam voluntatis propensionem, atque inclinationem significant
et quo aliàs fieret, nisi a Deo esset prohibitum, nisi esset malum illicitum &c, tunc praedicatum conditionatum desiderium, ut nunc
[illegible] diximus, nihil mali praeseferet.
Dices tamen contra. Actus voluntatis ab [illegible]
295 in [illegible] [illegible] malitiam non desumit, nisi tanquam malum
ei ab intellectu repraesentatur, et exhibeatur. nam nihil volitum, [illegible] praecognitum. Atqui ab intellectu exhiberi, ac repraesentari potest voluntati objectum ab intrinseco sui in omni
[illegible] casu malum tanquam ab omni malitia praecisum,
ergo &c. Resp. [illegible] In quolibet actu peccaminoso etiam ab intrinseco sui in omni casu malo potest considerari et materiale, et formale
seu malitia peccati: item et materiale peccati ab ejus formali seu
morali malitia separari potest nam cum materiale seu physicum
peccati essentialiter non constituatur per moralem malitiam
ac etiam abstrahat ab eo, quod libere, et advertenter fiat; contra vero formale [illegible] necessario constituatur per moralem
malitiam, ac etiam necessario importet quod advertenter,
et libere fiat, diversa est ratio formalis materialis, ac formalis peccati. ac proinde sicuti [illegible] ratio animalis praescinditur a rationali, quia earum formalis ratio est diversa; ita et formale 297
peccati abstrahi, et [illegible], [illegible] materiali, et vicissim
ergo objectum ab intrinseco sui in [illegible] [illegible] malum
repraesentari potest voluntati ab intellectu tanquam ab omni
[illegible] praecisum. Hoc autem malum [illegible] [illegible] [illegible]
per appositam conditionem. si non est peccatum, si non est
[illegible], si est licitum &c, ergo &c. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sub hac conditione: si esset a Deo [illegible]
[illegible] si esset, [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible]
[illegible] [illegible], [illegible] [illegible] sub hac conditione
si esset licitum: est mandatum tanquam licitum conceptum
atqui licet desiderare [illegible] sine malitia conceptum
sicuti et mandatum licitum apprehensum; ergo &c
29[illegible] [illegible] omissa majori, quae potest [illegible]
[illegible], quod objectum mariti exhibitum sic bonum, et tamen ejus desiderium sit malum. nam copula inter conjugatos est licita
attamen si quis [illegible] de tali copula suae mariti [illegible]
peccat, ut infra dicemus: et nego minorem, si sermo sit

de objecto tanquam malo cognito, et quidem tanquam ab intrinseco sui in omni possibili casu malo cognito. Ad minoris probationem concessa prima antis parte, dico 2dam: item et materiale peccati ab extrinseco, vel etiam ab intrinseco sui, sed non ex toto suo genere mali ab ejus formali praescindi potest, concedo: materiale peccati ab intrinseco sui, ac ex toto suo genere mali praescindi potest ab ejus formali, subdistinguo: si tale materiale peccati non cognoscitur tanquam necessario imbibens malitiam formalem concedo; si cognoscatur tanquam necessario imbibens formalem malitiam, nego ans, et consequentiam. Jam vero ubi quis tendit in objectum ab intrinseco sui, ac in omni possibili casu malum vel illud percipit tanquam malum, ita ut agnoscat, in nullo possibilis casu illud actu ponere, aut poni acceptare, vel non? licere si hoc 2dum contingat, tunc quidem poterit materiale a formali praescindi pro casibus namque, pro quibus tanquam vetitum, et malum non agnoscitur: sin vero illud non accidat, nunquam praescindi poterit materiale a formali. Nunc enim conceptus repraesentans materiale peccati necessario formalem malitiam repraesentat, ac vice versa conceptus hoc necessario repraesentat materiale; adeoque sicut hoc praescindi nequit a materiali; ita neque objectum ab intrinseco sui in omni possibili casu malum cognitum praescindi potest ab ejus formali, nempe a formali malitia. Quod totum planum fit exemplo. Nam vero V.G. blasphemia per nullam appositam conditionem ne intentionaliter quidem praescindi potest a blasphemia. Qui enim dicit V.G. blasphemarem, si liceret: tunc etiam tendit in veram blasphemiam, et substantiam illi conditioni: si liceret: Atqui, cognita vera blasphemia tanquam mala in omni possibili casu ea ne intentionaliter quidem

q. 97. praescindi potest ab ejus formali malitia; ergo &c.

Ad confirmationem dico majorem: Blasphemia V.G. mente repraesentata &c est blasphemia signata tantum, et inefficaciter concepta sine malitia, omitto, exercita, et efficaciter concepta sine malitia, nego. Item mendacium sub hac conditione: Si esset licitum: est mendacium signatum, et inefficaciter conceptum tanquam licitum, omitto, exercitum, et efficaciter conceptum tanquam licitum, nego minorem, et eum, proportione distincta minor, nego consequentiam. Tunc exercitum, et efficaciter unum sine alio concipitur, seu ab eo praescinditur, quando per unius conceptum nullo modo intelligitur, et repraesentatur alterum, sic conceptus hic esset exercitum, et efficaciter a materiali praescindit, quia praecisa intellecto materiali non intelligitur rationale: Tunc vero signatum, et inefficaciter unum concipitur sine alio, seu ab eo praescinditur, quando reipsa unum intelligitur, et repraesentatur in alterius conceptu; alteri fit hypothesis inefficax, quod non repraesentatur: Quod ut probavimus, tantum evenit in casu nostro. Atque ubi intellectus efficaciter non praescindit ne intentionaliter quidem a malitia, nec affectiva voluntas praescindere poterit, id est fieri non poterit, quin affectus reipsa in malitiam objectivam ab intellectu propositam feratur; ergo &c

§. 2. De simplici complacentia, seu Delectatione Morosa circa rem malam, et peccaminosam.

298. Delectatio morosa, ut docet S. Thomas 1. 2. q. 74. a. 6. ad 3 sic dicta, non ex mora temporis, sed ex eo, quod ratio deliberans circa eam (nempe rem malam) immoratur nec tamen eam repellit tenens, et volvens libenter, quae statim ut attigerunt animum respui debuerunt, definiri fit, simplex gaudium, seu complacentia voluntaria de re illicita, sine intentione eam opere implendi. Itaque in primis alia est delectatio morosa sensibilis, et alia rationalis: Delectatio morosa sensibilis ea est, quae ex phantastica immaginatione rei, aut actionis illicitae delectabilis exurgit in appetitu sensitivo, seu sensualitate, ac regulariter fit cum aliqua alteratione, et commotione corporis per motum spirituum vitalium circa pectus, et in venereis, per motum spirituum generationi servientium in parte inferiori. Atque regulariter saltem hoc modo contingit, primo nimirum voluntas vult, vel permittit, phantasiam immaginari rem malam, et per species sensibiles veluti praesentem facere, ex quo motus in appetitu sensitivo deinde sequitur: Demum voluntas etiam illa, consentit, aut saltem permittit, appetitum ita delectari, eamque delectationem acceptat, et approbat, atque delectatur. Delectatio autem morosa rationalis ea est, quae se tenet ex parte voluntatis approbantis, sibi complacentis atque gaudentis in objecto sibi tanquam illecto ab intellectu repraesentato: Et hoc pacto contingit, primo quatenus voluntas vult, aut permittit intellectum cogitare de objecto malo, v. g. de vindicta, de copula &c. Secundo de vindicta, copula &c. sic cogitata sibi complacet seu approbando, ac de ea gaudendo.

299. Haec autem morosa rationalis delectatio alia est de objecto malo, alia de cogitatione, seu cognitione mali, alia de cogitatione mala, et alia de modo, quo malum fit. Delectatio morosa de objecto malo ea est, qua quis sibi complacet gaudet, ac laetatur in objecto sibi tanquam malo repraesentato v. g. de vindicta, copula &c. Delectatio de cogitatione mali, seu mali cognitione est, cum quis simpliciter sibi complacet, et delectatur, et gaudet de acquisita cognitione rei malae, et adeo objectum complacentiae est sola cognitio rei malae, sicuti facit Theologus, et confessarius gaudendo de parta cognitione rerum moralium ex studio in eo adhibito. Delectatio de cogitatione mala tunc habetur, cum quis sibi complacet, et gaudet de cogitatione, qua aliquid malum, facere excogitavit, v. g. quis gaudet de concepta vindicta, homicidio, copula &c. Delectatio tandem de modo, quo malum fit, ea est, qua gaudet, et sibi complacet non de substantia actus mali, sed de modo mirabili, ridiculo, artificioso &c., quo contingit: sic quis videt ...

cum ex equo cadentem naso in lutum, aut videt ebrium tramite ambulantem et tunc risu movetur, ac de modo illo sibi complacet, alias cum displicentia casus, et ebrietatis, tunc est delectatio morosa de modo, quo malum fit. His addi potest, quod delectatio morosa alia est absoluta, et alia conditionata. Absoluta est, qua voluntas sibi complacendo in aliquod objectum malum fertur, nulla apposita conditione: Conditionata vero est, qua voluntas sibi complacet de objecto aliquo, sed sub aliqua adjecta conditione. His ita expositis

300 Doctores communissime docent, delectationem morosam speculativam tantum de ipsa cogitatione, cognitione et speculatione rei illicitae; adeo ut objectum formale et ratio terminandi delectationem minime sit ipsa res illicita, sed solum rei illicitae cogitatio, cognitio, et speculatio per se malam non esse, sed omni prorsus culpa vacare. Estque ad mentem D. Thomae 1. 2. Q. 78 A. 8. in c. dicentis. Sic igitur aliquis de fornicatione cogitans de duobus potest delectari. Uno modo de ipsa cogitatione: alio modo de ipsa fornicatione cogitata. Delectatio autem de cogitatione ipsa sequitur inclinationem affectus in cogitationem ipsam: cogitatio autem ipsa secundum se non est peccatum mortale, immo quandoque est veniale tantum, puta cum aliquis inutiliter cogitat de eo; quandoque autem sine peccato omnino, puta cum aliquis utiliter de eo cogitat, sicut cum vult de eo praedicare, vel disputare. Ratio autem est, quia cognitio, et pura cogitatio rei illicitae, et malae secundum se mala non est; atqui secluso omni prorsus malo affectu licet delectari de re, quae secundum se mala non est, ergo etc. Et sane si non liceret delectari de sola cogitatione, et cognitione rei illicitae absque ullo pravo affectu in ipsam rem malam, quomodo licite confessarii, et Theologi legere possent libros de rebus venereis tractantes, ut inde scientiam necessariam ad munus suae vitae obeundum percipiant, cum ad cognitionem deinde nascitur gaudium, et complacentia de eadem sequantur? Quinimo datur complacentia, qua nempe Deus sibi complacet in cogitationibus, et cognitionibus peccatorum, bonus, et sanctus existendo: non foret ergo etc.

302 Atque hoc, quod dixi de delectatione cogitationis morosae de cogitatione, et cognitione rei illicitae, pariter extendi debet ad speculativam morosam delectationem de modo mirabili, artificioso, inventione etc. qua res mala fit, dummodo talis modus, inventio etc. per se, et ex natura sua malus non sit. In quo etiam communissime Doctores conveniunt. Cum enim modus mirabilis artificiosus, inventio etc. de se mala non est, ac delectatio praecise in eam fertur praescindendo a malitia rei illicitae, tunc objectum talis delectationis malum non est; sed bonum, vel saltem

indifferens, atque delectatio, quae est de objecto secundum se bono, vel
indifferenti per se mala non est, quinimo bona esse potest; atque
etc. Quod vel magis patet ex eo, quod voluntas potest sibi com-
placere de tali modo, ac inventione, etc. provenientem displicen-
tiam habendo de illius objecto: sic non raro accidit, ut audien-
tes mulieres inter se rixantes, nobis placeat modus, quo se
mutuo impetunt, quin approbemus contumelias, quibus se mutuo
afficiunt: item audiendo furta, fraudes, insidias etc. mirabili
dexteritate, astutia, et ingenio commissos, videre soleamus, ut
nobis complaceamus, non quod de malo gaudeamus, sed quia
curiosa naturaliter nos delectant. Cavendum tamen, ne modus
ipse, quo res mala fit, sit peccaminosus: si enim talis sit mo-
dus, et de eo delectari malum est, utpote cum delectationis obje-
ctum malum est. Dixi autem. Per se malam non esse, non
302. omni prorsus culpa vacare. Per accidens enim plerumque
talis delectatio speculativa fit esse peccatum jam veniale, jam
mortale. Veniale quidem, si sit vana, otiosa, inutilis, vero
verbo ad nullum bonum finem directa: Mortale autem, si
aut ad finem mortaliter peccaminosum delectaris, v.g. ut pec-
catum imiteris; aut si adsit periculum consentiendi, aut
labendi in aliquod grave peccatum, ut maxime contin-
gere solet in re venerea. Vel enim simplex speculativa
delectatio in immaginatione, et consideratione rerum obsce-
narum habita sine justa, ac rationabili causa, atque verbis
sine practice loquendo solet esse conjuncta cum periculo
proximo absoluto consentiendi in rem turpem cogitatam,
ut rectissime advertit P. Sporer ex Tamburino. Delectatio
siquidem de immaginatione, ac cogitatione rerum turpium
practice, et moraliter loquendo, nunquam sistit in sola
immaginatione, sed propter sympatiam, et connexionem
potentiarum concitat motus inordinatos appetitus sensi-
tivi, atque ipsam commotionem libidinosam spirituum ge-
nerationi servientium, cum nihil aptius videatur ad excitan-
dum hominem ad turpia, quam turpia ipsa saepius immagina-
ri, ac cogitare; et adeo cum nunquam liceat se conjice-
re in occasionem motuum turpium, nisi justa, ac ratio-
nabili causa habita, talis delectatio speculativa nunquam
licebit. Ac proinde delectatio morosa de cogitatione
mali adhuc ut liceat, debet justa causa haberi ita de-
lectandi. Quaeres cum non raro contingat, ut discer-
303. nere nequeamus in particularibus casibus, an nostra delectatio
sit tantum de ipsa cogitatione, et cogitandi modo, an etiam
de ipsa re cogitata: quaeres quaenam sint ea signa, ex
quibus unam ab altera valeamus discernere delecta-
tionem. Respondeo, id difficillimum esse cognitu, et mul-
to difficilius determinare. Ast ut vel regula aliqua habeatur
pro praxi, dico cum communi subsellii doctoribus placet signa ponere

ponere. Primo itaque attendere oportet, an qui delectatur, advertat, vel non advertat ad cogitationem rei malæ, ac ad modum, quo res ipsa mala fit: si non advertat, clarum signum est delectationem ferri in rem malam, et non in ipsam cogitationem, ac modum, ac proinde malam esse. Voluntas enim in incognitum non fertur. Sin autem qui delectatur, ad cognitionem, aut modum advertat, ac super eo quodammodo reflectat, tunc adhuc certum non est delectationem esse de cogitatione, sed opus erit attendere ad sequentia.

Secundo itaque supposita advertentia ad ipsam rei malæ cogitationem, aut ad modum, perpendere oportet ad affectum, aut dispositionem animi se delectantis. Nam si se delectans, ac sibi complacens sit magis affectus erga solam cogitationem, et præcisam speculationem rei illicitæ, quam erga rem ipsam illicitam, tunc non leve indicium est, sed maximum argumentum delectationem esse de sola cogitatione. Si vero delectans se, sibique complacens est magis affectus erga rem malam, tunc præsumi debet delectationem esse de ipsa re cogitata. Voluntas enim regulariter animi dispositionem sequitur. Porro ad affectum, et animi dispositionem agnoscendam optimum erit recurrere ad causam applicationis animi ad ipsam rem malam considerandam. Si enim causa, cur cogitas, est honesta, bona, utilis, aut necessaria, v. g. ut recte fungaris officio tuo confessarii, concionatoris, aut Doctoris, ac etiam ut scias, an hæc, vel illa sint peccata, ut possis te in salutis via dirigere, atque ea tunc fine doceas, legas scilicet, studeas, mediteris, aliosque consulas, tunc præsumendum est, affectum, et dispositionem animi esse ad nudam speculationem, et cogitationem, et non ad ipsam rem malam cogitatam; secus vero præsumendus est affectus ad rem ipsam, ubi causa vacandi rei malæ est vana, inutilis, et otiosa.

Affectus item ad ipsam nudam speculationem atque cogitationem esse præsumitur, ubi quis est timoratæ conscientiæ, et libentius, aut æque libenter aliud cogitat, loquitur, et loqui audit de rebus licitis, et honestis, ac de rebus illicitis, et malis, de modo quo res bonæ, ac res malæ fiunt: secus vero affectus ad rem ipsam præsumitur, ubi quis libentius meditatur, cogitat, loquitur, ac loqui audit de rebus turpibus, ac illicitis, quam de rebus licitis, et honestis, de modo artificioso, quo malæ fiunt, quam de modo, quo bonæ fiunt. Atque hac ratione, ut optime advertit Salas apud Palaum hic tract. 2. disp. 2. pun. 10. §. 1. num. 5., quamplurimi conveniuntur communiter in delectatione rei turpis, et non solius cogitationis, qui sub prætextu artificiosi carminis, suavis musicæ, &c. legunt poemata de rebus turpibus, audiunt concentus impudicos &c. dum interim æque elegantia, vel elegantiora etiam carmina, æque suaves, aut etiam suaviores concentus rei piæ et honestæ vel fastidiunt, vel valde minori gustu legunt, et audiunt. Quod et dicendum est de iis, qui frequentius, ac libentius loquuntur de rebus occultis corporis, de ægritudinibus, medicinis &c. ad eas pertinentibus, quorum memoria erumpit in risus immoderatos, testes alicuius latentis delectationis. Ac proinde, præsertim in re venerea magna opus est cautione.

304 Secundo loquendo de delectatione morosa absoluta de re illicita, pariter communiter conveniunt Doctores, eam malam esse, et peccaminosam, si tendat in objectum, quatenus malum, seu prohibitum est, ac legi, seu praecepto illud vetanti subest; sed etiam ejusdem speciei malitiae cum objecto, circa quod versatur: ac proinde si quis delectatur complacentia absoluta de damno proximi quatenus est malum ipsius, de comestione carnis, quatenus prohibita est &c, idem specie peccatum committit cum actione illativa damni proximo, cum comestione carnis praecepto ecclesiastico vetita &c. Atque veritas haec est contra nonnullos, qui, teste S. Thom. 1. 2. q. 74. a. 8. in f. asserere ausi sunt consensum in delectationem non esse peccatum mortale, sed veniale tantum, etsi objectum delectationis secundum se grave peccatum esset.

Suadetur autem ex scripturae testimoniis quae num. 289 afferebamus ad probandum desideria absoluta rei seu objecti graviter mali eadem malum esse, sed et grave peccatum: Quae scripturae testimonia, cum indefinite loquantur de pravis cogitationibus, et huc merito sunt referenda. Quibus et accedit SS. Patrum Auctoritas, et praesertim S. Aug., et S. Thom. Sanctus Aug. lib. 12. de Trinit. cap. 12. inquit = Nec sane, cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen, et volvens libenter, quae statim ut attigerunt animum respui debuerant, negandum est esse peccata .... Totusque damnabitur homo, nisi haec, quae sine voluntate operandi, sed cum voluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur = S. Thom. autem cit. quaest. sic concludit = Quod aliquis ex deliberatione eligat, quod affectus suus conformetur his, quae secundum se sunt peccata mortalia, est peccatum mortale. Unde talis consensus in delectationem peccati mortalis, est peccatum mortale =. Porro talis delectatio non aliunde fit esse peccatum mortale, quam quod malitiam illam ab objecto desumit, ergo &c. Quod et ipsa invicta ratione suadetur. Nam nedum opponitur rectae rationi, sed et divinae voluntati repugnat, quod voluntas gratum habeat, et acceptet, quod rectae rationi et divinae legi adversatur; verum etiam actus hujus suam speciem desumit ab objecto, in quod affective fertur; ergo pro ratione ad objectum delectatio erit gravis, vel levis peccatum; ergo &c.

305 Atque hoc quod dictum est de delectatione objecti mali, ac rei illicitae, intelligendum etiam est de morosa delectatione de cogitatione mala. Approbare siquidem ac sibi complacere de eo, quod malum est, sine culpa esse non potest; quinimo cum cogitatio ipsa mala evadat delectationis objectum, ab illa suam desumet malitiam. Quod cum proportione applicatur tristitiae, ac displicentiae de re bona et honesta. Unde qui de bono proximi, aut exercitio virtutis in tali tristatur, et dolet, eique displicet, vere peccat, quia ita vere bonum odio habet, sicuti malum amat, qui de eo sibi complacet, et delectatur.

306\. . . . . Diligenter tamen adnotanda sunt verba illa: de delectatione morosa absoluta de re illicita. sicuti et alia: si tendat in objectum, quatenus malum, seu prohibitum est &c. Et primo, quia si delectatio tendat in objectum etiam secundum se malum; attamen sub conditione reipsa auferente malitiam ab objecto, ut si quis delectetur de morte latronis, quatenus illata a publica potestate, et necessaria, ac conducente publicae paci, et tranquillitati; nullatenus vero quatenus malum proximi, tunc talis delectatio, et ipsa eiusmodi, peccaminosa non est, quia in casu delectatio, et complacentia est de re secundum se bona.

Secundo, quia si res, in quam tendit delectatio, est tantum jure positivo prohibita; et ideo solum mala, quia vetita; et proinde secundum se bona esse possit, sicuti est comestio carnis, et repetita sumptio cibi, die jejunii prohibita, tunc si praescindatur a lege positiva, v. g. in casu de comestione carnis, et repetita comestione, atque delectatio sistatur tantum in substantia actus, nullum erit peccatum, excluso alia speciali ratione, ut gulae, morbi inde causandi &c, quia tunc voluntatis complacentia est de re bona, aut saltem secundum se indifferenti in bonum finem relata. Cavendum tamen, ne etiam in prohibitis tantum jure positivo res talis sit, ut etiam secundum se inspecta nihil boni habeat, ut contingit in delectatione de peccato omissionis contra legem positivam, v. g. de omissione Horarum, Missae die festo &c. Tunc enim ubi substantia actus secundum se inspectus, et etiam praeciso lege praecipiente nihil boni praecontinere valeat, delectatio de ipsa omissione horarum, et missae &c secundum se considerata bona esse non potest, sed mala est, quia quaedam de omissione operis boni malum est.

307\. Neque est, quod contra statutam doctrinam primo opponas illud Jacobi i. V. 15: Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem: ita ex illo arguendo: Atqui peccatum solo opere, vel saltem per voluntatem illud exequendi consummatur; ergo sola morosa delectatio de re illicita non generat mortem; et per consequens numquam est mortale peccatum..... Nec quod sententia nonnullorum, quam propugnat Vasquez i. 2. Disp. 110, et 111. toto Cap. 3., et qui docent, delectationem morosam non sumere malitiam peccati ab objecto, sed solum ab oppositione ad aliquam virtutem; et ideo delectationem veneream fore quidem peccatum mortale, quia non sine opponitur castitati; at vero delectationem morosam v. g. de homicidio, vel furto cogitato non fore mortale peccatum, nisi quatenus jungitur cum odio, seu malevolentia in proximum contra charitatis virtutem; dicta, inquam, sententia est saltem probabilis, ut ipsemet S. Thomas &c, et Aliique hujus aetatis Doctores, suam sententiam solum communiorem ac verisimiliorem appellarunt......... Tertio, quod licet Deus sit pronior, et proclivior ad praemiandum, quam

ad puniendum; atqui si quis solum internam delectationem in meditatione dicendi præceptum, quin deinde exequatur, id quod à Deo non prohibetur; ergo neque punitur saltem pœna æterna, sed tantum interna delectatio in objecto malo sine intentione illud opere exequendi, atque id fit; ergo &c. ..... Quæ tandem, omissis aliis, quod inefficax displicentia circa vepræceptum etiam sub gravi non est mortale peccatum, immò quoque nullum, ut patet in displicentia inefficaci Christi circa mortem suam à Patre æterno præceptam; ergo neque &c., et proinde meritò S. Aug. ut in enchiridio cap. 78. dixisset, Oratione Dominicâ quotidie recitare pro remissione venialium, docet lib. 12. de Trinit. cap. 12. docet, consensum in delectationem per dictam Dominicam orationem esse abolendum.

308. Non est, inquam, quod hæc opponas. Nam quod ad locum S. Jacobi spectat, dicendum est, peccatum consummari non tantum opere, ac desiderio efficaci, sed etiam deliberata, et voluntaria complacentia in illo, ut ex supra probatis constat, et ostendit etiam illud Christi Matth. 5. Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Approinde licet motus concupiscentiæ omninò involuntarius, quem fomes, seu concupiscentia in nobis excitat absque nostræ voluntatis consensu, nullatenus sit peccatum, sicuti et ille motus, qui extorquet nonnisi aliquem imperfectum voluntatis consensum, non nisi veniale peccatum sit; attamen motus ille concupiscentiæ, qui cum pleno voluntatis consensu conjunctus est, est graviter peccaminosus, etsi voluntas simpliciter sibi complaceat, et delectetur de re graviter mala.

309. Secundum autem ad rem non est. Nos enim minimè contendimus, sententiam nostram esse certam, quam unica probat oppositum argumentum, sed dicimus solum, esse probabiliorem, et communem, aut saltem communiorem inter Doctores; cum quo optimè componitur, aliqua probabilitate sententiæ nostræ oppositæ gaudere: de quo non placet disputare, licet quamplurimi sint, qui et id inficiantur.

310. Ad 3tium respondet S. Thomas q. 15. de verit. a. 4. ad 13. inquiens = Quod sicut dicit Dionysius cap. 4. de Divinis nominibus, bonum causatur ex una tota, et perfecta causa, sed malum ex singularibus defectibus: et ita plura requiruntur ad hoc, ut aliquid sit bonum meritorium, quam ad hoc, quod sit malum demeritorium; quamvis (Deus) sit pronior ad remunerandum bono, quam ad puniendum malo. Unde consensus delectationis, sine consensu operis, non sufficit ad merendum, sufficit autem ad demerendum = Hæc Angelicus Præceptor, ex quibus responsio patet ad argumentum.

311. Tandem ad quintum licèt concedendum sit inefficacem displicentiam circa rem graviter præceptam pro tempore diverso præcepti non esse malam, si enim præceptum

violatio non sit ab intrinseco sui mala; alterū absolutē negandum est, dictam displicentiā non esse graviter culpabilem si tendat in ipsam rōnem quatenus sub gravi praeceptā. Christus autē Dominus tristatus quidem est de morte secundū se, quatenus nāa hūa ab ea abhorrebat; nunquam autem tristatus est de ipsa morte ut à Patre aeterno sibi praecepta, ut patet ex Oratione ab ipso xto aeterno suo Patri factā: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Atque ex his ad Augū dicendū est, nunquid de mente S. Doctoris, licere, orationem Dominicā pro solis venialibus recitari. Nam ut docet Angelicus Praeceptor 1. 2. q. 74. A. 8 ad 6ū. Oratio Dominica non solum contra venialia dicenda est, sed etiā contra mortalia. Quod et ipse Augꝰ in Enchiridio cap. 71. docet. Hac circa difficultatem, an morosa delectatio suam malitiā, et speciem ab objecto, circa quod versatur, desumat? Nunc altera, in qua inter se dissident Doctores, discutienda remanet, an nempe delectatio morosa voluntaria, et absoluta malitiam suā etiam desumat à circumstantijs cognitis, quae objectū ipsius delectationis concomitantur? Pro quo sit

312. Propositio. Delectatio morosa voluntaria, et absoluta de re mala desumit etiam suam malitiam a circumstantijs cognitis tam se tenentibus ex parte subjecti se delectantis, quam ex parte objecti delectationis, nedū quando tendit in objectum, quatenus talibus vestitum circumstantijs, seu quando malitia circumstantiarum est rāo formalis motiva, et adeo objectum delectationis, in quo omnes conveniunt; sed etiam quando expresse tendit in objectū, quin malitia circumstantiarū sit rāo formalis motiva ipsius delectationis, et tales circumstantiae propterea si ~~sunt~~ inter numerandas speciariis ~~sunt~~ ex obligatione in sacramentali confessione retegendae, sicuti retegi debet objectū delectationis. Ita cum Salmanticensibus de Principijs Moralitatis Tract. 20 cap. 13. Pun. 4. § 1. num. 31. plurimos Doctores pro sua sententia allegantibus, hancque communem, et amplectendā sententiā appellantibus contra plures alios.

Quoniā verò prima pars propositionis vel patet ex omnium consensu, vel etiam ex eo, quod voluntas tunc fertur in malitiā etiam circumstantiarū, ac de ea sibi complacet, Propōo quoad 2ām partē sic probatur. Actus et actus, quicumque sit, suam malitiam desumit à circumstantijs etiam se tenentib. ex parte objecti, necesse non est, ut circumstantiarum malitia propter se, et rāe sui intendatur, sed sufficit, quod sit cognita inesse objecto volito, et à voluntate intento: Propōo haec primò patet ex dictis in Tractatu de Actibus Humanis, à num. 174, ubi ostensū est, ad contrahendam malitiā objecti, et circumstantiarū sufficere, quod voluntas indirecte illam intendat, et velit. 2dò à

novi: Nam ut actus hujus malus desumat malitiam à circumstantijs se tenentibus ex parte subjecti se morosè delectantis de re mala V.g. ut Religiosus se morosè delectans de rebus venereis contrahat malitiam sacrilegij, opus non est, ut, quatenus est voto castitatis obstrictus, velit se venereâ delectari, sed sufficit, quod votum suum agnoscat; neque ergo ut contrahatur malitia circumstantiarum se tenentium ex parte objecti, necesse est, ut eæ propter se, et ratione sui intendatur, seu quod se morosè delectans de objecto malo intendat se delectari de tali objecto, quatenus talibus circumstantijs vestitum est: Et sane quis dicat, Filium V.g. se morosè delectantem de morte Patris sui, ut talis cogniti, esse tantum reum, et contrahere solum malitiam homicidij; non autem specialis impietatis, etiamsi nullo modo intenderet se oblectare de morte Patris, quatenus Pater est, sed solum quatenus homo est.~ vera ergo est allata propositio, ex qua ita subsumo: Atqui in casu nostro supponimus, se morosè delectantem de malitia objecti cognoscere, et malitiam circumstantiarum; ergo &c. Quæ doctrina confirmatur ex Philosopho lib. 10 ajente, actum et delectationem ejus esse ejusdem prorsus bonitatis, aut malitiæ: Atqui actus sumit malitiam à circumstantijs, etiamsi eæ propter se non intendatur; ergo et delectatio &c.; quia nempe voluntas tendens in malitiam objecti saltem implicitè, et indirectè approbat quidquid mali agnoscit tali objecto inesse; Ac proinde de morosè delectante de copula habita cum conjugata, de percussione Clerici à se facta &c., etiamsi per intellectum vellet præscindere à statu conjugali, et clericali, et solum se delectare quatenus talis fœmina est pulchra, gracilis &c. talis est hôc inimicus tuus adhuc contraheret malitiam adulterij, sacrilegij &c.

313. Dices tamen cum Lalao, alijsque: Fœmina conjugata, aut voto castitatis ligata, cum qua rem habuisti, poterat esse absque vinculo conjugij, et voti; ergo potest præscindi ab omnibus illis circumstantijs, et adeò apprehendi fœmina illa, quin apprehendatur ut affecta conjugio, vel castitatis voto, ergo et potest apprehendi copula cum illa, ut sic apprehensa: sed talis copula non est adulterina, aut sacrilega, quia præscindit ab omnibus his malis; ergo si de ea delectaris, non contrahis malitiam adulterij, aut sacrilegij, quia delectatio sequitur apprehensionem; ergo &c. Quod confirmatur exemplis: Nam si inimicus tuus in loco sacro verberatur, gaudendo de illius calamitate absque consideratione ad locum sacrum non contrahis malitiam sacrilegij, etsi talis actio fuerit sacrilega: Item audis verba facetiæ, sed contumeliosa, sed detractoria, sed impura, in casu delectari potes ex verbis illis, quatenus risum excitant, et sunt impura et non quatenus sunt contumeliosa, et detractoria; ergo &c.

314. Respondeo, ad simile argumentum satis ... esse supra num. 296, et 297 quæ relegas, ex quibus

colligas, qui copulam habuit cum conjugata, aut castitatis voto ligata, dum tales circumstantias perspectas habet, se morosè delectando posse quidem signatè, et inefficaciter ab illis praescindere circumstantiis; minimè verò exercitè, et efficaciter; ac proinde illarum malitia rigorosè loquendo est volita saltem indirectè. Quae eadem est responsio ad dictum relatum, aut similia exempla. Atque verum est ea praecipua ratione, quod ea malitia debet dici sufficienter volita, quae etiamsi cognita non retrahit à delectatione objecti mali, quod ipso percipitur. Quod dici non fit, ubi quis praecisè delectatur de modo mirabili, et artificioso actus secundùm suam substantiam mali. Cum enim modus supponatur non esse malitiosus, malitia objecti non fit dici volita, etsi à delectatione modi non retrahat. Haec de delectatione morosa, seu complacentia absoluta de re mala.

315. Quod verò spectat ad delectationem morosam sub conditione aliqua apposita per intellectum, repetenda sunt ea, quae sub num. 292, et 293. diximus de desideriis conditionatis; eaque hic applicabis, et adeò cum ibi diximus, seclusis periculo proximo consensus absoluti in rem malam, aut alia speciali ratione, per se licita esse desideria conditionata sub conditione auferente totam malitiam ab objecto concupito, dummodo ea sit purificabilis; per se verò esse illicita, ubi apposita conditio totam non aufert malitiam ab objecto concupito, vel ea non est purificabilis; ita et loquendo de delectatione morosa sub conditione aliqua apposita, si ea delectatio sit tantùm rationalis, seu tantùm se tenens ex parte intellectus, et voluntatis, per se licita erit, ubi praedicta conditio est purificabilis, ac totam aufert malitiam ab objecto, de quo sub conditione morosè delectamur[x]; illicita verò erit, ubi apposita conditio, sub qua de objecto secundùm se malo delectamur, non est purificabilis, nec totam ab objecto aufert malitiam. Nam ex una parte, ut optimè ait P. Sporer, non est alienum à recta ratione de eo gaudere, et delectari quod liceat desiderare; quod maximè verum est, ubi complacentia non fit absoluta, aut de ratione honestatis etiam separabilis, ex alia verò parte est à recta ratione alienum morosè delectari de eo, quod desiderare non liceat. Cujus et ratio est, quia in primo casu, ubi nempe conditio totam aufert malitiam, et est purificabilis, cum nobis complacemus de objecto secundùm se malo, ut substante tali conditioni, in rigore de objecto bono delectamur; contra verò, ubi apposita conditio totam malitiam ab objecto non aufert, neque est purificabilis, nobis complacendo de tali objecto, de eo tanquam malitioso delectamur.

[x] quamvis ut notavimus num. 302. per accidens possit esse mala, et plerumque sit periculosa in re venerea

316. Haec tamen vera sunt, ut dixi, de delectatione rationali intellectus. Si enim loquendo de delectatione sensibili, quae scilicet in appetitu sensitivo consurgit ex immaginatione phantasiae, haec etiam licita sit sub conditio-

ne nominabile, atque istam malitiam auferente, si ea tendat in prohibitum tantum jure positivo; atti licita non est sub quacumque conditione, si sit de re ab intrinseco mala, atque saltem si sit de re venerea, sitque deliberata; adeoque si voluntas cum delectatio illa in parte sensitiva insurgit, in eam consentiat, vel velit etiam delectationem realem, atque tanquam ex causa naturali, et necessaria praevisum est, delectationem sensitivam orituram esse, vere peccat, utpote cum censeatur volita in sua causa. Ratio autem primae partis est, quia ubi sensitivae delectationis objectum est tantum jure positivo prohibitum, secundum suam substantiam malum non est, sed bonum aut saltem indifferens, ut patet in comestione carnis die veneris praecepto ecclesiastico prohibita, quae ablato praecepto aut bona, aut indifferens est; atqui delectatio sensitiva secundum se sumpta praecise tendit in substantiam actus, seu objecti absolute sumpti; ergo per intellectum ablata malitia per appositam conditionem ubi objectum est tantum jure positivo prohibitum, sensitiva delectatio tendit in objectum bonum, aut indifferens; ergo non est mala. Censura (?) ecclesiae prohibendo actum secundum substantiam suam indifferentem, v.g. esum carnium die veneris, illum non efficit intrinsece malum secundum se; ergo neque reddit malam delectationem de eorum esu cogitato secundum se; atqui ubi per intellectum apponitur conditio, si liceret: si prohibitum non esset, sensitiva delectatio tendit in esum carnium secundum se; ergo &c. Ratio vero secundae partis est, quia delectatio

317 morosa sensitiva, seu sensibilis tendit in objectum secundum se inspectum, ac independenter a quacumque apposita conditione per intellectum: Nam haec tota in appetitu sensitivo oritur ex immaginatione phantasiae, seu potentiae immaginativae, quae non alio modo tendere fit in objectum sensibile, nisi quatenus illud ei objicitur a sensibus ac praecise de se nullam valet apponere conditionem; ergo ubi objectum sensibilis delectationis est ab intrinseco sui malum, delectatio ipsa sensibilis est mala; et proinde licet conditio apposita per intellectum valeat a malitia purgare voluntatem quatenus consentit in gaudium, seu delectationem rationalem de objecto ..., non fit tamen purgare voluntatem, quatenus consentit in delectationem sensibilem tendentem in objectum ab intrinseco sui malum. Quod vel magis patet, quia raro delectationes sensibiles excitari solent aliis sine passionibus, ut irae, odii, vindictae, avaritiae &c. cum periculo proximo absoluti consensus.

318 Haec tamen intelligenda sunt, ut cum Valentia, et Sanchez monet P. Sporer, ubi objectum delectationis sensibilis nedum secundum se, sed etiam prout movet et excitat sensum, et delectat appetitum sensitivum, sensibilem habet malitiam, ut accidit in delectatione ve-

sibili de homicidio, de vindicta, de copula cum aliena &c; non autem ubi objectum prædictæ delectationis licet in se malum sit, est prout appetitum sensitivum movet, ac delectat, nullam implicat malitiam, seu deformitatem, sed bonum est, et in bonum sonat; sic v.g. si laicus imaginaretur se sacerdotem, ac jurisdictionem habentem, magnoque fervore confessiones excipientem, aut se judicem constitutum rectissime munus suum obeuntem, aut se ducem strenue exercitum ducentem, in bello pugnantem, hostem vincentem, ac debellantem &c. atque deinde de hujusmodi objectis apprehensis, ac immaginatis se delectaret, nullius inde culpæ reus adjudicari posset, utpote cum magno fervore confessiones excipere, justitiam exercere, strenue pugnare, quod unice in casu est objectum movens appetitum sensitivum, nullam habet imbibitam malitiam.

319. Dixi autem supra: Præsertim si sit de re venerea. Delectatio enim venerea morosa, nimirum cum commotione carnis, ac spirituum generationi inservientium, sub quacumque conditione actu non existente, licet caeteroquin possibili, seu purificabili, habeatur, semper est peccaminosa, quinimo si sit saltem directe voluntaria, semper est mortale peccatum, ut docet certissima apud omnes sententia. Nam praeterquamquod objectum morosæ venereæ delectationis sensibilis, quo quis sibi complacet v.g. de copula cum soluta sub conditione: si sua esset, ut paulo ante prolucimus, non sit copula cum non sua, ut substans conditioni: si sua esset: sed sit copula cum non sua, sicuti hic et nunc est a parte rei, et adeo copula absolute illicita: præfata delectatio morosa venerea hic et nunc per se et ex natura sua habet conjunctos motus inordinatos, commotionem scilicet spirituum generationi inservientium: quæ commotio in homine soluto, qualis supponitur se delectans, est semper peccaminosa, et quidem graviter, si præsertim sit directe voluntaria. Unde hinc optime ait Job 31: Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine; quam enim partem haberet in me Deus desuper? Vide quomodo Deus mihi, per gratiam justificantem adesset, si hoc facerem!

320. Cui doctrinæ non obstat, si dicas: Ut vel patet ex dictis a nobis supra de desideriis conditionatis, licet desiderare matrimonium cum soluta, et per consequens etiam ejus amplexum pro casu quo erit uxor; ergo etiam sub tali conditione licitum est oblectari, et morose delectari in copula cum ea pro eo casu habenda. Nam disparitas est, quia desiderium natura sua tendit in absens, et futurum; si ergo addatur conditio reddens actum licitum in futuro, licitum erit tale desiderium utpote tendens in objectum licitum; contra vero delectatio morosa præsertim sensibilis non solum est de re praesenti, sed etiam tendit in objectum, ut hic, et nunc est

ê parte rei, et adeò ut præsens, et ut saltem in apprehensione præsens, et proinde cum hic et nunc tale objectum prout est ê parte rei, sit illicitum, et malum, illicita, et mala est delectatio, non obstante conditione apposita, quæ hic et nunc licitum non reddit objectum, de quo est præsens delectatio. Præterquamquod delectatio morosa venerea semper conjuncta est cum carnis et spiritus generationi servientium alteratione, et hoc quidem per se, et ex naturâ suâ: secus verò desiderium conditionatum procesu, et conditione futuri matrimonij. Adde nono Decalogi præcepto. Non concupisces: non prohiberi desiderare matrimonium, et complexum fœminæ, quando erit uxor; sed solùm prohibetur, desiderare complexum cum fœmina pro eo tempore quo non esset, et non est legitima uxor, sed soluta; et adeò quando desiderium tendit in fœminam, quatenus est soluta et per consequens etiam prohibetur morosè delectari de ejus amplexu, quando non est uxor, sed est soluta.

321. Atque hinc sequitur primò, solutis graviter illicitam esse omnem delectationem morosam sensibilem veneream exortam, admissam, permissam, aut ex ipsa copula cogitata sive absolutè, sive sub conditione si esset sua, aut ex quocumque alio actu, cogitatione, imaginatione, aspectu, tactu, osculis, amplexibus, præsertim si sit directè intenta, et volita: item et graviter illicita esse desideria, et proposita absoluta, et quemcunque deliberatum consensum absolutum in opus turpe, et venereum; sicuti etiam omnem delectationem etiam rationalem sive absolutam, sive conditionatam sub conditione impossibili, et impurificabili, aut malitiam ab objecto turpi non auferente ut patet ex superius dictis: Quinimò saltem tanquam multum periculosa damnanda sunt desideria, proposita, velleitates, simplices complacentiæ atque ipsæ delectationes rationales conditionatæ verum ejusmodi sub conditione auferente malitiam actus, cum multum influant in turpes conuenientiæ motus.

322. Sequitur 2dò viduis pariter sub gravi prohibitam esse veneream morosam sensibilem delectationem de præterita copula tempore matrimonij habita cum suo conjuge sicuti et de cæteris cæteroquin licitis amplexibus, pro tunc habitis: secus verò delectationem merè rationalem, totam reterentem ex parte solius intellectus, et voluntatis, ea ubi hæc non est conjuncta cum periculo proximo consensus turpis, aut venereæ sensibilis delectationis. Quod verò in modo etiam quod et servata proportione dicendum est de sponsis respectu copulæ tempore matrimonij habendæ. Delectatio enim venerea sensibilis tendit in copulam ut præsentem, et de se et ex naturâ sua inchoat pollutionem; atqui viduis, et sponsis hic et nunc non est licita copula, neque id, quod pollutionem inchoat; ergo &c. Contrà verò delectatio merè

rationalis in praedictis viduis, et sponsis absque periculo consensus turpis, aut commotionis carnis, et spirituum vitalium generationi servientium habet pro objecto copulam licitam, nec respicit ullam circumstantiam, qua dehonestatur; ergo illicita non est. Atque hoc, quod de sponsis, et viduis diximus, et dicendum est de conjugatis pro eo tempore, quo ipsis copula est interdicta, v.g. ex impedimento superveniente, ex voto castitatis communi consensu emisso &c. Ast

323 Pro praesentis materiae complemento quaeres nonnulla, et primo, an semper, et in omni casu licita sit morosa delectatio de objecto secundum se non malo, aut etiam bono? 2do, an licita sit delectatio de objecto in se quidem malo, sed sine culpa commisso, v.g. ratione ignorantiae invincibilis, aut inculpabilis inadvertentiae, utpote quia commissum est in ebrietate, somno &c.? 3tio, an licita sit delectatio de effectu bono causato a malo proveniente? Tandem quid sentiendum sit de eo, qui negative se habet circa sensibilem delectationem, proser tim veneream, ita ut neque positive consentiat, neque positive dissentiat, sed quasi permissive se habeat?

324 Ad primum respondeo, quod quamvis delectatio de objecto secundum se non malo, quinimo bono regulariter nullam imbibitam malitiam habeat; aliquando tamen ex parte sui peccaminosa est per oppositionem cum aliqua virtute aut cum recta natura, uti patet in soluto, qui delectaretur de copula, quam duo conjuges licite exercent, aut in eo, qui delectaretur de morte naturali alicujus secundum se considerata. Quamvis enim objecta illa in ordine morali mala non sint, sed bona; attamen malitia inest morosae delectationi de illis. Delectatio siquidem morosa de praedicta copula opponitur castitati, et delectatio de morte charitati contrariatur. Quod vel etiam constat ex hoc ordine 13 ab Innocentio XI. 2da Martij 1679 damnata propositione = Si cum debita moderatione facias, potes absque mortali peccato de vita alicujus tristari, aut de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, et desiderare, non quidem ex displicentia personae, sed ob aliquod temporale emolumentum =. Ac proinde non statim ac objectum concipitur, nullam in se imbibere malitiam, statim inferendum est, delectationem de illo licitam esse, aut saltem permissam; sed attente inspiciendum est, an talis delectatio, gaudium, et complacentia procedat ex motivo rectae rationi dissono, an alicui virtuti opponatur, an charitatem Dei, aut proximi, aut sui metipsius laedat &c. Si enim vel unum ex his delectationem morosam afficiatur, hoc ipso peccaminosa est, et illicita. Si enim si quis delectaretur de morte [illegible] Apostolici cum magno fidei et hominum progressu concionantis, ad nullum recte intenti[one] relata delectatione, contra charitatem Dei, et proximi peccaret, atque mors naturaliter secuta licita, et adeo secundum se bona esset. Nunc

325. Ad 2dum respondeo cum communi sententia, delectationem morosam, sicuti et inefficax etiam desiderium de re materialiter et objectivè mala, ac solum ratione ignorantiae invincibilis v.g., inadvertentiae inculpabilis &c. à formali culpa immuni esse talem peccatum, quale est objectum, circa quod versatur, si culpabiliter à parte rei poneretur. Nam in iis, quae esto per aliquas causas excusantur à formali culpa, adhuc manent objectivè, et materialiter mala, delectatio morosa, et inefficax desiderium liberè, et cum sufficienti advertentia ad peccatum tendit in id, quod est objectivè, et materialiter malum; atqui delectatio morosa et desiderium inefficax, quod liberè, et cum sufficienti advertentia ad peccatum tendit in id, quod est objectivè, et materialiter malum est formaliter peccaminosum, cum liberè, et voluntariè velit id, quod est malum; ergo &c. Quod verè etiam suadetur ex eo, quod homicidium v.g. ab ebrio perpetratum, adulterium in somnio commissum, furtum à fatuo factum &c. non sunt peccata formalia praecisè ex eo, quod eis desit advertentia, et libertas necessaria ad formaliter peccandum; atqui haec adsunt in delectatione morosa, et desiderio inefficaci; ergo &c. Inde et hic locum habet propositio 15 inter damnatas ab Innocentio XI. quae sic sonat = Licitum est filio gaudere de parricidio parentis à se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex haereditate consecutas = Si ergo gaudium et complacentia de morte patris in ebrietate à filio commissa utpote objectivè mala cohonestari non sit à fine etiam consequendi haereditatem, qui cohaeret secundum se est licitus, à fortiori mala erit delectatio, et desiderium inefficax absolutum de re objectivè mala secundum se considerata, ac nullo fine attento; in quo casu unicè procedit nostra responsio. De casibus enim ubi finis honestus apponitur delectationi, ac desiderio inefficaci infra dicam.

326. Respondebis huic doctrinae, opponere valet cum nonnullis quod delectatio, et desiderium etc. desumat ab objecto malitiam, ut talis sit delectatio, qualis est actus quae seu ejus objectum, sicuti tenet communis sententia; sed in casu nostro objectum nonnisi materialiter malum supponitur, ergo et delectatio, et desiderium non sit nisi materialiter malum. Quod verè etiam constat ab exemplo. Si enim quis v.g. delectaretur de omissione missae, ubi ob infirmitatem missam audire non potuit, nullus formalis reus esset, ergo neque formaliter peccaret, qui delectaretur de omissione missae propter ignorantiam, et inadvertentiam inculpabilem; ergo &c.

327. Non valet, inquam, haec opponere. Principium illud Talis est delectatio, qualis est actus ejus semper intelligitur, habet hanc conditionem Quando se excusans actum à formali culpa reperitur etiam in delectatione, et desiderio illius. et hac ratione quis licitè delectatur de furto in extrema necessitate facto, de non

ado in extensionem vitae, cum modo examine inculpatae tutelae perpetrato, quia enim libertas est in facto, ac delectatione, et causa excusans a culpa actum inde currit ad excusandam delectationem; cum ergo in casu nostro causa excusans actum a culpa non terminatur in ipsa delectatione, ex principio illo nihil firmi concludi potest; neque quidquam effici potest ab exemplo adducto. Nam intimatos nedum est causa excusans ab auditione sacri die festo, sed etiam est causa extrahens a lege audiendi sacrum, adeo ut intimus sub ea lege non comprehendatur, ac proinde omissio sacri respectu infirmi neque est moraliter mala. Et nos de hujusmodi casibus non disputamus in praesenti, sed solum disputamus de iis, ubi transgressio legis manet moraliter mala, quatenus nempe dum interveniat solum causa excusans a culpa totali, non autem extrahens a legis vinculo: et proinde paritas non est ad rem.

28\. Sed numquid propterea licitum ne etiam sit delectari de objecto moraliter malo, etiam ubi apponitur aliquis finis honestus, et laudabilis?

Ad quaesitum hoc respondeo cum distinctione. Nam delectatio, et complacentia, non obstante fine honesto apposito, vel adhuc immediate tendit in rem moraliter malam, et talem cognitam secundum se sumptam tanquam in ejus objectum. Atque in hoc sensu licitam non esse delectationem illam, patet ex paulo ante dictis; vel vero delectatio, et complacentia immediate non tendit in rem moraliter malam secundum se sumptam, sed reduplicative, quatenus bona, et honesta est, vel saltem non peccaminosa: et in hoc sensu de ea delectari licitum esse nemini dubium esse potest. Et proinde si quis v.g. in ebrietate inculpata commisisset homicidium, aut in somnis pollutionem passus esset, et et deinde gauderet non jam de homicidio, aut pollutione secundum se sumptis, sed eo, quod sine peccato evenerunt, tunc nullo modo peccat. Ita enim gaudere nihil aliud est, quam sibi complacere; et delectari, quod factis illis pollutis culpa non intervenerit: quo nihil sanctius. Quod idem et dicendum est de eo, qui conditionate optaret, ut si aliquis malus effectus ipsi sit eventurus, id potius contingat cum causa excusante a toti culpa, v.g. in somnis, quam sine causa excusante a toti peccato, v.g. in vigilia, et cum rationis deliberatione, ut v.g. si quis optaret, si mihi forte obventura est pollutio, utinam ea potius contingat in somnis, quam in vigilia ob periculum in eam consentiendi. Hoc enim exoptare nihil aliud dicit, quam desiderare potius Dei offensam evitare. Quam doctrinam nonnulli extendunt etiam ad casum, ubi quis de re moraliter mala gauderet praecise, quatenus fuit causa ut occasio boni alicujus effectus. Verum talem doctrinam indiscriminatim admittere non audeo, nisi hunc sensum faciat, quod liceat

nempe gaudere de effectu bono secundo se sumpto, licet ex
peccato secutus fuerit, ob propositiones 13. et 15. ab Innocentio XI
damnatos, supra num. 329, et sequenti relatos, ex quibus patet
non licere gaudere de morte alterius ut illativa divitiarum

329 Eo minus vero admitti debet talis doctrina
loquendo de re mala etiam moraliter tali, ut sit causa effectrix
quantumcumque boni; ac proinde cum desiderium se extendat
ad futurum, dummodo aliquo modo sit efficax, ac influens in
effectum, nullo modo tanquam licitum admitti debet desiderare
rem etiam moraliter malam tanquam causam boni effectus
eventuri, ut vel patet ex propositione ordine 14 inter proscriptas
ab Innocentio XI. quae dicebat = Licitum est absoluto desiderio
cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum
cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hereditas = Et sane si liceret delectari, aut desiderare eventum
rei etiam moraliter malae, quatenus sit causa alicujus boni, liceret Virgini V.G. delectari in stupro ut per rem
absolutam iterando, quinimo et illud sibi ipsam desiderare
ut utriusque matrimonium secundo consummatur. Liceret item
nis tentationibus multum exagitato delectari, et sibi complacere, imo et desiderare ut pollutio in somnis sibi contingat, ut a praedictis tentationibus liberetur, vel saltem non
ita vehementer agitatur, &c. quod tamen nemo dicat. Cujus
ratio est, quia tunc in utroque casu moraliter malum
est objectum terminativum delectationis, et complacentiae, ac
desiderii, licet motivum honestum per finem bonum ignoratur. Quae doctrina veluti a fortiori procedit ex delectatione, et desiderio rei, tamquam male, ut sit causa
effectus boni.

330 His tamen non obstantibus gravis difficultas
est inter Doctores in utramque partem satis probabiliter
putantes circa pollutionem naturalem in somnis habitam
nullo modo scilicet procuratam, V.G. ex tactu proprio, vel alieno, aut ex aliquo turpi somno, sive cogitatione etiam non
libera, aut ex immoderato cibo, aut potu; aut ex aliquo alio
actu aliquo modo peccaminoso, non licito, aut non necessario in pollutionem ipsam influente; sed ex causis mere naturalibus provenientem, puta ex humorum abundantia, ex corporis constitutione, ex moderato cibo, aut potu, ex auditione confessionum mulierum ex honesto
et licito rerum venerearum studio &c. Disputant namque
utramque partem Doctores, an de tali naturali pollutione
secundum se spectata liceat delectari, eamque simpliciter
affectu inefficaciter desiderare ob honestum finem,
ob sanitatem, aut ad carnis tentationes sedandas &c.
ubi complacentia, et desiderium nullo modo excitat
propagatque spiritus vitales generationi servientes, neque
ullo modo influit, aut influet in futuram pollutionem

Atque ratio dissidii in eo potissimum posita est, quod Doctores stantes pro illicitate talis delectationis, et inefficacis desiderii existimant, pollutionem etiam naturalem contingentem esse in eo casu intrinsecè, et objectivè malam: quod tamen ceteri Doctores negant ex ea præcipuè ratione, quod pollutio mera naturalis nullatenus est actus hominis, nec ejus voluntati subjectus, sed est actus quidam, et evacuatio naturalis naturæ, sicuti est sudor urina, sanguis, et aliæ exonerationes naturæ, et proinde secundum se omni prorsus culpa vacat, et non præcisè defectu liberi, et voluntarii, ad discrimen homicidii, fornicationis &c., quæ per se sunt actus hominis, ac per se petunt esse liberi, et hominis subjici voluntati, ideoque manent intrinsecè mali, etsi defectu rationis advertentis nonnunquam immunes à tolli culpa. Verum quidquid sit de hac sententia, abstinendum est ab hujusmodi delectatione, et desiderio, quia vix puto, in praxi fieri absque actuali nascenti commotione venerea, et adeo absque sensibili delectatione in rem turpem. His positis

332. Ad tertium dubium propositum, facilis est responsio. Patet nempe, licitum esse delectari, ac sibi complacere de effectu bono secundum se considerato, licèt ex causa mala proveniente, sicque subditum v.g. posse gaudere de pace secuta, licèt ex injusta victoria fuerit causata, adulterum posse gaudere de filio ex adulterio nato, qui in sanctis profectus fuit, posse gaudere de passione ordo Domini &c. Tunc siquidem objectum delectationis, seu complacentiæ malum non est, neque voluntas inordinato modo in illud tendit. Unde huc facit illud ecclesiæ gaudentis de Redemptione per Christum ex peccato Adam secuta, atque canentis. O felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem.

332. Verum adhuc inquires, an, et quomodo liceat gaudere de damno proximi, ipsi etiam à causis naturalibus, aut etiam injuris seu injustè causato, jam ob finem honestum, aut bonum effectum inde ortum?

Ad hoc dubium dicendum est primò, delectationem, gaudium, ac complacentiam de malo proximi quatenus ejus malum est, nullo modo licitam esse posse, utpote cum hoc charitati, ac rectæ rationi repugnet. Sicuti neque licitum esse posse, quomodocumque delectari de malo spirituali ejusdem proximi secundum se spectato, v.g. de æterna damnatione, vel de omissione gratiæ ac supernaturalium donorum &c. lege quippe charitatis tenemur, cuilibet quantumvis peccatori efficaciter desiderare æternam beatitudinem, ac media ad ipsam conducentia: æterna autem beatitudo per damnationem amittitur, sicuti per gratiæ, et donorum supernaturalium omissionem amittuntur media ad ipsam beatitudinem consequendam; nunquam ergo licitum est quomodocumque delectari &c. Hoc tamen optimè componitur, quod licitè delectamur de divina permissione peccati, quod

ex Dei misericordia ad majus bonum peccatoris ordinatur, ut contigit in S. Petro, et Paulo. Quinimo possumus gaudere, et eo gaudio de vindicta, quam Deus de peccatoribus sumit juxta illud Psal. 57. Laetabitur justus, cum viderit vindictam. Nam in primo casu et ipsa permissio, et effectus inde orta nullam praeseferunt malitiam, sed unamquamque bonitatem sonant: in 2do autem casu gaudium est de ipso justitiae ordine optime servato, quod optimum est.

333. Loquendo autem de delectatione de damno temporali proximi, ut morte naturali, aegritudine, amissione bonorum fortunae &c, dicendum est 2do, eam licitam esse, et honestam, dummodo id fiat ob finem bonum, et sufficienter honestum, ac adeo praeponderantem malo proximi; et delectatio non sit de malo proximi, quatenus ejus malum est. Hancque veritatem suadet tum illud Joan. 11. ubi Christus ait: Lazarus mortuus est, et gaudeo propter vos, ut credatis &c; tum illud 2. Corinth. 7. ubi Apostolus ait: Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Quod et ipsa evicta ratio ostendit. Nam ex una parte malum illud temporale nullo modo ipsa est malum, et peccaminosum, ex altera vero parte est quia a Deo dispositum, et affert majorem utilitatem, et convenientiam, quam incommoditatem, et damnum illatum proximo; adeoque est bonum absolute majus; de hoc autem licite gaudemus, et delectamur, ergo &c. Et proinde pro praxi restat solum assignare, quinam sit finis bonus, et sufficienter honestus, et praeponderans malo proximi, seu quodnam sit bonum illud absolute majus, ratione cujus licite de malo proximi temporali gaudere possumus, et delectari, pro quo accipe sequentes regulas.

334. Primo itaque cum bonum spirituale proprium, vel alienum praeponderet cuilibet bono temporali sive proprio, sive alieno, hinc licite possumus complacere de morte, et damno temporali proximi, ubi talis mors vel necessaria est, vel multum conducere ad bonum spirituale sive proprium, sive alienum, praesertim ubi alia via efficacior non est. Atque hac ratione Salmanticenses Tract. 22. de Principiis Moralitatis Cap. 13. Punc. 5. §. 2. num. 43 cum pluribus aliis docent, primo quemlibet sibi complacere posse de infirmitate, et amissione bonorum delinquentis, ut a peccatis desistat, imo et de morte, si praevideatur non conversandum, ne graviores poenas luat in inferno. 2do licere delectari de morte peccatoris scandalosi, ne aliis sit ruinae spiritualis occasio, sicuti et licitum esse delectari de morte Haereticorum, praesertim dogmatizantium, et Turcarum; immo et illis etiam imprecari, ne eorum execrandae haeresis pestis aliquos inficiat, et tyrannide alii praeserventur. Unde orat Ecclesia in collecta: Ut Gentes Paganorum, quae in sua feritate confidunt, dexterae tuae potentia conterantur.

335 Sciendo parrae cum bonum publicum praeferri debeat bono privatorum, hinc quando mors temporalis, aut amissio bonorum privati cedit in maximum, ac ingens Regni bonum respublicae vel aut commodum privatorum, licite delectari possumus, et inefficaciter desiderare mortem, aut aliud temporale infortunium proximo, sicuti docet Angelicus Praeceptor in 3. dist. 30. q. 1. a. 1. ad 4. inquiens = Potest quis, salva charitate, optare malum temporale alicui, et gaudere, si contingat, non in quantum est malum illius, sed in quantum est impedimentum malorum alterius, quem plus tenemur diligere, vel communitatis, aut ecclesiae = Quapropter ex zelo justitiae et ut vita innocentium sit tutior, ob Regni pacem et tranquillitatem licite gaudemus de incarceratione, de condemnatione bonorum, quinimo et de morte perturbantium Regni, et quietem publicam, ac pacem bonorum: quinimo et licite gaudemus de morte illata iniquo aggressori ab innocente cum moderamine inculpatae tutelae, quatenus fuit unicum medium ad illius vitam tuendam.

336. Pertio contra cum vita temporalis proximi custodito charitatis ordine praeferri debeat nostrae famae, ac bonis nostris fortunae, hinc illicitum est delectari, aut inefficaciter desiderare mortem proximi, v.g. ob haereditatem quantumvis pinguem inde incurrendam, aut ob aliud temporale emolumentum, ut constat ex relatis supra propositionibus 13; 14; et 15 ab Innocentio XI proscriptis, quibus et addendae sunt sequentes, ex quibus constabit, quod sicuti in praedictis casibus non licet actu occidere, ita neque licet vel delectari, vel aliud inefficaciter mortem proximi desiderare: Prima autem est haec ordine 30. = Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter haec ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, et post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat = Altera est 31. hujus tenoris = Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei = Tertia ordine 32. est haec = Non solum licitum est defendere defensione occisiva, quae actu possidemus, sed etiam ad quae jus inchoatum habemus, et quae nos possessuros speramus = Quarta tandem est 33. nempe haec = Licitum est tam haeredi, quam legatario contra injuste impedientem, ne vel haereditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere, sicut et jus habenti in cathedram vel praebendam contra eorum possessionem injuste impedientem =. Quae tamen intellige, ubi gaudium, complacentia nempe terminatur ad effectum bonum, sed aliud ad ipsam mortem, aut aliud proximi malum, si enim gaudium, et complacentia et delectatio terminaretur ... v.g. ad haereditatem, atque de hac praeter prius gavisus erat vere reus ut hic, reus esset, ut patet ex dictis numero 331. Nunc

337. Ad ultimum quaesitum, pro cujus resolutione primo notandum est, nullo modo licere mere negative (idest nec eliciendo quidem actum positivum displicentiae) se habere ad delectationem morosam sensibilem, ac turpes concupiscentias,

motus, sive adsit, sive absit justa, et rationabilis causa se conjiciendi in occasionem, unde praedicta morosa delectatio, ac turpes motus exurgunt, sed eam mere negative, seu pure permissive se habens, eamdem participabit, et habebit malitiam, quam habet objectum in quo est ipsa morosa delectatio sensibilis. Nam praeterquam quod praedicta sensibilis delectatio, ac tales turpes motus sint deordinati contra rectam rationem, secundum quod voluntas, cui facultas tenetur appetitum sensitivum gubernare, sicuti in casu nostro possibile est, eliciendo nempe actum displicentiae et aversionis, ac improbationis, velle mere negative, seu pure permissive se habere ad motus in parte sensitiva exurgentes, est velle voluntarie immorari in periculo proximo voluntarie consentiendi in ipso malo circa quod praedicti motus versantur. Cum enim ea se valide alliciant, inclinent, et veluti trahant voluntatem, facillimum est, ut voluntas ob ipsam potentiarum sympathiam in eos cadat, et vincatur a parte inferiori, ut ipsa experientia ostendit, etiam ubi vel aliqua parva resistentia, sed non omnino fervida ab initio fuit adhibita; et ita a fortiori, ubi nullus ne tenuis quidem conatus exercetur.

338 Secundo notandum est, e contra nullius esse damnari posse, qui, elicito actu positivo displicentiae, aversionis, ac improbationis, ac facta brevi Deo commendatione, et oratione, atque habita justa, et rationabili causa se conjiciendi, aut persistendi in opere, unde delectatio sensibilis, et turpes concupiscentiae motus proveniunt, positive non reprimit tales motus vel ab opere desistendo, vel carnem macerando, vel continuo in carnem rebellem pugnando etc. Nam, ut ostendimus in Tractatu De Actib. Humanis a num. 25, licitum est, ex justa causa, et rationabili motivo ponere causam etiam efficaciter influentem in effectum malum, ubi abest intentio effectus mali, aut periculum consensus, vel complacentiae in illum: Quae omnia absunt in casu. Unde praedictus confessarius non tenetur desistere ab auditione confessionum mulierum, sicuti neque Doctor a lectione, et studio rerum turpium pro instructione, neque etiam quilibet alius ab urbana allocutione cum honesta muliere, aut ab equitatione saltem aliquo modo necessaria vel ad salutem corporis, vel ad negotia sua gerenda etc. ubi etiam ex his aliquos motus turpes experiri solet, facta ab initio protestatione non consentiendi, ac iis insurgentibus elicito displicentiae actu, nisi alias his non obstantibus plerumque experiatur se ab illis vinci, et superari, adeoque consentire. Quae doctrina etiam extendi debet ad eos casus, ubi quis juste timet, quod sine positiva resistentia, et longa pugna urgentior tentatio, aut vehementiores fiant motus, et sensitiva delectatio, ut non raro contingit: item et locum habet, ubi contra sensitiva resistere nimium molestum esset, ut eveniret, ubi tentatio diu duraret etc. Omnes siquidem istae causae

justae, et rationabiles. Et hinc tota propemodum difficultas reducitur ad hoc punctum, an nempe ubi abest justa causa, ipsa sensibilis delectatio de objecto malo, ac turpes concupiscentiae motus nedum reprimi debeant per actum positivum displicentiae, aversionis, ac improbationis voluntatis, sed et alia media adhiberi debeant ad eos compescendos, V.G. an debeat statim mens alio averti, ad alia cogitanda applicari, ad Deum per orationem recurrere, novissima meditari, se signo crucis munire, aliquam macerationem carnis suscipere &c.

339\. Atque circa hoc difficultatis punctum, licet, teste P. Sporer, fateantur omnes, saltem venialis culpae reum esse qui, nulla habita justa, et rationabili causa, solum opponitur delectationi sensibili, ac motibus turpibus concupiscentiae, per simplicem actum displicentiae, aversionis, seu improbationis voluntatis, nullum aliud opportunum medium ad compescendum adhibendo, quia videlicet turpes motus concupiscentiae et sensitivam delectationem secundum se inordinatam, ac rectae rationi oppositam, cum reprimi sit, nulla habita causa non reprimendi, aliqua saltem levis inordinatio est non reprimere: Ast nihilominus plures nesciunt, eum gravi culpa condemnare extra casum, quo turpes illi concupiscentiae motus conjuncti essent cum periculo proximo pollutionis; sed in utramque partem satis probabiliter disputant ipsi Doctores etiam primi nominis. Quo in dissidio affirmativam sententiam placet eligere utpote praxi, et caeteris communiter contingentibus, ut arbitror, conformiorem. Sit itaque

340\. Propositio. Delectationi sensitivae graviter inordinatae, et turpibus concupiscentiae motibus graviter valde inordinatis, plene et perfecte deliberatis, ac praevisis, et cognitis, nulla habita justa, ac rationabili causa, positive non resistere, ac reprimere, nonnisi per simplicem actum displicentiae, aversionis, aut improbationis voluntatis, ac nullo alio opportuno medio adhibito, est peccatum mortale. Ita Vasquez, Amicus, Arriaga, et alii apud P. La-Croix, quorum sententiam in praxi tenendam dicit, licet speculative probabiliorem fateatur oppositam. Ac proinde ille, qui perfecte advertit ad delectationem sensibilem V.G. odii, irae, vindictae gravis &c. aut ad turpes concupiscentiae motus graviter inordinatos etiam realiter excitatos, praeter conceptam in animo displicentiam, aversionem, seu improbationem tenetur aliquod aliud medium adhibere, V.G. mentem alio convertere, aut magis attendere ad id, quod agit, aut Deo se precibus commendare, aut &c., hocque ad gravem culpam vitandam, ubi nulla justa causa illud omittendi intervenerit.

Probo autem hoc pacto. Ille graviter peccat, qui voluntarie in se admittit delectationem morosam sensibilem de re graviter mala, aut motus turpes concupiscentiae valde inordinatos, praesertim si id fiat cum periculo

proximo absoluti consensus patet haec propositio: Atqui ille, qui etiam (concepto actu simplicis displicentiae, aversionis, aut improbationis per alios positivos actus non reprimit praedictam sensibilem delectationem, aut turpes concupiscentiae motus, illam, et illos voluntarie in se admittit cum periculo proximo absoluti consensus ubi nulla adest rationabilis causa non ita reprimendi; ergo &c. Minor prob. Ille voluntarie, et cum periculo proximo absoluti consensus in se admittit eam sensibilem delectationem easque turpes concupiscentiae motus etiam naturaliter exortos, qui ex una parte facile fit, et tenetur reprimere, quippe ex alia parte attenta imbecillitate nostrae voluntatis si non ut plurimum, saltem plerumque eam trahunt ad absolutum consensum: Patet etiam haec propositio: Atqui patiens delectationem sensibilem de re graviter mala, ac turpes motus concupiscentiae valde inordinatos, etiam concepto actu simplicis displicentiae, aversionis, aut improbationis, ex una parte illam, et illos facile fit, et tenetur per alios positivos actus reprimere, et ex alia parte ita non reprimere attenta imbecillitate nostrae voluntatis, si non ut plurimum, saltem plerumque voluntatem nostram trahit ad absolutum consensum, ubi jam non adest justa causa ita non reprimendi; ergo &c. Minor per singulas ejus partes declaratur: et in primis quod in casu facile reprimi possit delectatio, et motus illi turpes, patet vel ex eo quod quivis quam non sit vel alio se divertere, vel se Deo praecibus commendare, vel novissima meditari &c. praesertim cum nequam aliquod incommodum subiri non debeat, ubi alias cum justa causa non adsit ad talia se non applicandi: deinde tam, quod delectationem illam patiens etiam teneatur alia media praeter simplicem displicentiam adhibere patet ex eo, quod talis sensibilis delectatio, et turpes motus sunt inter ea, de quibus S. Aug. lib. 12. de Trinit. cap. 12 [illegible] bat: Statim ut animum attigerint, respui debuerint, praesertim cum simplex displicentiae actus non est satis [illegible] us, experientia teste, ad illam, et illos compescendos; item quod praedicta delectatio, et motus turpes per solum actum displicentiae repressi si non ut plurimum, saltem plerumque voluntatem trahant ad absolutum consensum, vel patet cuique propriam fragilitatem meditanti, vel etiam ex eo, quod saltem praxis quasi universalis sit, ut poenitentes se accusent, si taliter negligentes fuerint in turpibus motibus expellendis, merito de consensu sibi dubitantes. Et sane quisque fateri debet ita vehementes esse stimulos concupiscentiae, et ita mentem obnubilare ut nonnisi speciali Dei auxilio resisti possit; quod Deus dare non solet, ubi abest justa causa immorandi in actione ex qua exoriuntur: et proinde fuga opus est ad vincendum juxta illud: Cede, vetus cedet, si stas, vanus impetus [illegible]

Ile. Ad primum respondendum est, quod sicuti non licet concepto solo actu displicentiae, aversionis, et improbationis [redacted] veluti permissive se habere ad motus turpes ab alio in nobis excitatos, sed prorsus resistentia et conatu opus est, ita et non unico actu displicentiae, sed alio actu positivo pugnandum est in motus vel à Daemone, vel ab ipsa natura corrupta in nobis excitatos, ubi nulla justa, et rationabilis causa adest. Hujusmodi siquidem motus, et delectationes illam retributionem impendunt, quam mus in pera, serpens in gremio, ignis in sinu suis consueverunt hospitibus
Capit. [illegible] de judicijs.

Oppones cum contraria sententiae Patronis. Ubi delectatio sensibilis, ac motus turpes concupiscentiae naturaliter insurgunt, et voluntas actum simplicis displicentiae, aversionis, aut improbationis elicit, tunc neque indirecte, nempe in sua causa, neque directe, nempe in se sunt voluntarij: quod enim voluntati displicet, voluntarium non est: Ad culpam ergo saltem gravem imputari non possunt; ergo &c. .... Confirmatur. Quando abest complacentia, et periculum proximum consensus in delectationem sensibilem, et turpes concupiscentiae motus, tunc hi, si praesertim naturaliter insurgunt, ad culpam saltem gravem imputari nequeunt; atqui ubi voluntas per simplicem actum displicentiae, aversionis, aut improbationis contra illos pugnat, tunc abest et complacentia, et periculum proximum consensus in illos: Talis siquidem complacentia, et periculum abest, ubi habetur justa causa se conjiciendi, aut persistendi in actione, ex qua insurgunt, licet forte tunc motus illi sint vehementiores; ergo &c. .... Confirmatur 2do. Illud nunquam non est asserendum, quod nedum nimis arduum, ac difficile, ac moraliter impossibile est, sed etiam innumeris periculis aeternam hominibus salutem exponit. Tale est praesertim à nobis assertum: nam cum omnis naturae corruptae concupiscentiae [illegible] facilimum sit, sensibilem delectationem insurgere, ac turpes concupiscentiae motus in nobis excitari, continuo oporteret impugnare nedum per singulos actus displicentiae voluntarios, sed et per omissionem, aut desertionem plurium actionum, aut per actus contrarios, &c.; ergo &c. .... Confirmatur ulterius. Quamvis quis ex sua actione vana, inutili, curiosa, et leviter tantum mala, v.g. ex aspectu, collocutione, lectione &c. curiosa praevideat, inde turpes concupiscentiae motus excitandos, sub gravi desistere non tenetur, ubi id fiat absque intentione; quinimo cum displicentia talium effectuum; à fortiori ergo quis sub gravi non tenetur alio actu praeter simplicem voluntatis displicentiam positive reprimere dictos concupiscentiae motus naturaliter exortos. quia major siquidem est praevisis motibus dare causam, quam actu naturaliter exortos pati; ergo culpae saltem gravis redargui non fit, qui non nisi simplicem voluntatis displicentiam delectationi sensibili tantum opponit.

342. Respondeo negando assumptum. Talis siquidem delectationes turpes motus sunt saltem voluntarij in negligentia reprimendi, quod aeque falsum est, quod voluntate efficaciter displiceant, quae tamen efficax displicentia necessaria est ad eos involuntarios reddendos. Asserta displicentia, ut optime observat P. Antoine hic quaest. 9, non videtur satis sincera, cum vix discerni possit, utrum sit vera displicentia, an fallacia voluntatis sibi imponentis, ac motibus illis fui velle tis. Cum voluntas, quae vere efficax est, saltem media sibi facilia adhibeat, ad hunc finem opportuna esse dignoscuntur.

343. Ad primam confirmationem omissa majori, quia ea seclusa periculo proximo consensus, et complacentiae, tum motus illi, et sensibilis delectatio sint mere irritatio, ex supra dictis saltem sub veniali sunt positive reprimendi alio modo a simplici voluntatis displicentia distincto, ubi abest justa causa eos, et illam non ita reprimendi, et nego minorem, ad cujus probationem vel per se patet disparitas, quia nempe ubi abest justa causa eos permittendi motus, ac sensibilem delectationem primo actus voluntatis avertentis, aut improbantis, cum veritate efficax dici sit, et praeterea tunc merito sperantur divinae gratiae auxilia, quibus victoria reportatur; secus vero ubi justa causa abest, ut jam dictum est.

344. Ad secundam confirmationem omissa majori nego minorem, quia efficaciter non probatur. Nam etsi continuo pugnandum esset, inde nihil sequitur. Vita enim hominis est continua militia super terram. Caeterum jam supra num. 338. monuimus ubi tentatio diu durat, opus non esse continuo, et assidue illam positive reprimere, sed sufficere si vel cum insurgit, primo reprimatur, ita ut ... talis conatus non sit sufficiens, ... satis sit vel sola voluntatis displicentia pugnare.

345. Ad ultimam confirmationem cum P. Antoine, et alijs negandum est antecedens pro casu, quo actio leviter mala causat vel pollutionem, vel delectationem veneream vehementem, aut gravem appetitum alterius objecti graviter mali, quae in casu non sufficit ad culpam gravem vitandam, quod talis actio leviter mala ponatur absque intentione praedictorum effectuum, et cum simplici actu displicentiae, aversionis, aut improbationis, sed praeterea aliquid insurgat ipsa delectatio, vel cum insurgit, vel statim mens alio divertenda est, vel aliquo positivo conatu, et resistentia pugnandum est, quinimo juxta citatum P. Antoine talis actio leviter mala, v.g. vana locutio, lectio vana leviter deceret statim esset sub gravi obligatione dimittenda. Quod tamen alii negant, ut infra videbimus, et examinabimus, ubi speciatim de luxuria agemus. Interim consule doctrinam, quam in Tractatu de actibus humanis, de effectu malo voluntario in causa dedimus num. 3. et quae colliges, effectum graviter malum ad gravem culpam imputari, qui ponit causam illius absque justa, et rationabili causa, et cum illius praevisione, et cum illius intentione

aut periculo proximo consensus absoluti in illum; solius vero ad levem culpam, ubi ponitur absque perfecta praevisione, et absque intentione, et sine periculo proximo consensus in illud. Quod periculum non adsit in casu nostro, ubi quis elicit tantum actum simplicis displicentiae, ut constat ex probatis supra, jam constat paritatem adductam nobis potius favere. Atque haec de Peccatis internis. Modo sit

Articulus Quartus

De Peccatis ex consuetudine.

46 Peccata ex consuetudine ea sunt, quae vi habitus per frequentatos actus acquisiti, quasi naturali impetu, et omnino indeliberate, aut saltem quasi inadvertenter, et sine ulla, aut vix aliqua mentis applicatione committuntur; et hujusmodi sunt peccata blasphemandi, pejerandi, mentiendi, detrahendi, quae in toto orbe communissima videntur. Atque de hujusmodi peccatis multiplex dubium institui potest. Et primo, an ea in se spectata sint formalis culpa theologica? 2do, an scienter contrahens per frequentatos actus consuetudinem peccandi in materia secundum se mortali unius, an multiplicis peccati mortalis reus fiat? 3tio, an habens consuetudinem patrandi opera secundum se lethalia sub gravi teneatur curare, et anixam e, nam vere, ut eam extirpet? 4to, an tali consuetudine implicatus peccatorum eam debeat confessario? Tandem, an ubi tali consuetudine implicatus omnem sibi possibilem conatum adhibuit, ut eam extirparet, actus inde veluti ex naturali impetu erumpentes sint formaliter peccaminosi, seu an ad culpam formalem debeant imputari?

47 Ad primum procedendum est cum distinctione. Nam vel sub ea consuetudine adhuc relinquitur intellectui ut advertere, et voluntati, ut deliberare possit, vel non? Si primum, tales actus utpote nedum voluntarii in sua causa, sed etiam in se etiam cum contingunt, imputabiles erunt ad culpam vel gravem, vel levem pro mensura materiae, annotationis ac perfectae aut imperfectae voluntatis. Si vero 2dum, tantum in sua causa erunt imputabiles, si in ea fuerint praevisi saltem, aut se in consuetudinem conjiciens periculum idem advertit; utpote cum effectus illi mali sint solum voluntarii in sua causa.

48 Ad 2dum respondeo, scienter, et voluntarie frequentatis actibus sibi generans consuetudinem peccandi, v.g. qui deliberate frequentat blasphemias, compotationes etc. ac simul advertit, sensim sibi ingenerari consuetudinem blasphemandi, se inebriandi etc., duplicis peccati reum efficit gravis nempe, aut levis per ordinem ad malitiam objectivam actus cognitam. Nam in casu v.g. blasphemans, ebrius compotans, ibique se inebrians etc. nedum reus est actu-

alis blasphemiis ebriatatis &c., sed etiam inde secuturam blasphemiam
ebriatatem &c., cum hæ licet forte voluntariæ non fuerint, cum eas
gerit, eo quia omnino inadvertenter, et nulli quasi ingenti [illegible] ex
satis voluntariæ sunt in causa sua: Quod sufficit ad malitiam con-
trahendam: Porro malitia V.G. actualis praesentis blasphemiæ, ebrie-
tatis &c. est moraliter distincta numero à malitia secuturam blas-
phemiarum, ebriatatem, cum inter unam, et alias moralis in-
terruptio interveniat, utpote cum longa temporis mora interces-
serit &c. Atque ex his responsio patet ad 2dum, si-
349 gnificarem nempe mala consuetudine voluntaria peccandi ex-
tirpanda omni morali conatu possibile est tempore, et sub mortali
si ea consuetudo est ad lethalia peccata committenda, etsi non
ea tunc cum contingunt, defectu deliberationis, et advertentiæ, ni-
si peccata materialia sint. Quod ea potissimum ratione ev-
incitur, quod profecto mala consuetudo est occasio proxima, ac
proinde periculum proximum peccandi, immo est necessitas quæ-
dam moralis, in quam hoc se voluntarie conjecit, juxta illud
D. Aug. lib. 8 Confess. Cap. 5 Dum consuetudini non resistitur, facta
est necessitas mala quippe consuetudo vehementer pertrahit ad
similes actus. Atqui est obligatio, et quidem gravis tollendi occasi-
onem proximam peccandi, ac periculum forte peccati, etiam
tantum objectivi, et materialiter mali defectu advertentiæ ut
contingit, si in sua causa est voluntarium, et sæpius sol-
-ram proponat malitiam talis quippe actus gravitur ob-
vanit [illegible] ratione, ac [illegible], ergo &c. Quinimo in tanta
[illegible] existens toties actu peccat, vel saltem suum reatum
continuat, quoties advertens ad pravam illam consuetudinem
eam extirpare non proponit, et cum fit conatum non adhibet
ad extirpandum, ea ratione, qua concubinarius si concubinam
non ejicit, vel alienæ detentor non restituat, quoties ad
[illegible] tenetur &c., quia nempe si is non præstat propter
[illegible] peccatum Ad 3um quod attinet, tanquam certum
350 nendum est, peccantem aliqua mala consuetudine graviter peccandi
in [illegible] hanc confessario interroganti ea ex tamen [illegible]
[illegible], ut constat ex 58 propositione ab Innocentio XI reprobata quæ
[illegible]: Non tenemur confessario interroganti fateri peccati alicujus
consuetudinem: Atque hinc difficultas solum esse fit, an ipsam pec-
[illegible] integris confiteri, etiam non interrogatus consuetudinem
suam malam lethaliter peccandi patefacere debeat in confessione
Ad quod respondendum est, [illegible], ubi non adhibuit conatum
[illegible] moralem, [illegible] haud habuit [illegible]
teneri nedum patefacere numerum V.G. blasphemiarum, [illegible]
[illegible], sed etiam consuetudinem, quam sibi [illegible], et volunta-
rie ingeneravit. Nam, ut diximus num. 348, hæc consuetudo nova
numero malitiam superaddit actualibus blasphemiis V.G. ebrie-
tatibus &c. [illegible] necessarium est, ut confessarius statum [illegible]
[illegible], [illegible] suum [illegible], atque [illegible]
[illegible] tenetur in confessione sacramentali [illegible] peccan-
[illegible] proximas, in quibus versatur, [illegible]

bet manifestari etiam consuetudo libere, et voluntarie contracta peccandi, ubi haec nondum retractata. Ex quo et sequitur, plerumque non sufficere, tali consuetudine implicatum detestantem blasphemias v.g. perjuria, obtrectationes &c. dolere, et proponere se eas amplius non commissurum; sed praeterea debet concipere propositum ita efficax, quod etiam se extendat ad propinquas occasiones, et pericula pro viribus tollenda, et extirpanda, quatenus fieri sit sine magno incommodo, ut optime advertit Sporer, Lapharus cum Valentia, et aliis. Unde et Confessarius talem compellere sit, et debet ad fugiendum lusus, potationes, aliaque similia, quae vel sibi ingenerant, aut ingeneravit peccandi consuetudinem.

Cui doctrinae non obstat primo praxis poenitentium se de tali consuetudine non accusantium, licet praeterea de peccatis commissis, v.g. de blasphemiis, perjuriis, obtrectationibus &c. se accusent: 2do quod ille qui se exposuit periculo proximo peccandi, et reipsa peccavit, v.g. adiit domum, ubi impudica et sollicitans mulier habitabat, ac ibi ea peccavit, sufficienter peccatum suum in confessione patefaciat, tametsi ipsum solum peccatum manifestet. Haec, inquam, non obstant. Nam quod ad alterum praxim attinet, ea certe non viget respectu poenitentium doctiorum, quos tantum praxis regulam dimovere sit, et adeo si viget, tantum in vulgo viget, qui proinde consuetudinem una simul cum peccatis actualibus non patefaciunt, quousque a confessario interrogantur, cum ad suam obligationem non advertunt. Quod vero ad 2dum attinet, distinguendum est in primis inter periculum proximum peccandi, quod cum actuali peccato est conjunctum ac inter periculum proximum peccandi, quod tamen cum actuali peccato non conjungitur: item et inter periculum proximum peccandi et actuale peccatum, inter quae notabilis mora subintrans ad moralem interruptionem mediat; ac inter periculum proximum peccandi, et actuale peccatum, inter quae talis notabilis mora temporis non intercedit. Jam vero non dicitur confessio in sacramentali confessione sufficere manifestare actuale peccatum, ubi inter ipsum periculum proximum, et actuale peccatum nulla notabilis mora ac moralem interruptionem sufficiens intercessit, quia in casu periculum cum actuali peccato sunt unum tantum morale. Secus vero, si tamen periculum proximo peccandi se exposuit, hoc debet in confessione patefacere: sicut ubi aliud actu peccavit, et mora notabilis ad moralem interruptionem intercessit, et ipsum periculum proximum, et ipsum actuale peccatum in confessione manifestari debent; quia sunt duo numero distincta peccata.

52\. Quoad 3dam ad ultimum, facilis est responsio. Si namque quis sibi serio conatum adhibuit ad suam pravam consuetudinem extirpandam, et hoc non obstante omnino indeliberate, et inadvertenter exercet actum objective malum, v.g. profert verba blasphema, nullo modo reus est culpae theologicae; quia nempe actus in casu neque in se, neque in sua causa utpote retractata est volun-

tarius, ut mediante patet. Atque hæc de peccatis in specie vel generatim discussa sufficiant, nunc de peccatis quibusdam in particulari, scilicet de Peccatis Capitalibus.

Caput Ultimum.

Peccatorum Capitalium Brevis expositio.

Peccata capitalia, vulgò mortalia, sic dicta, non quod ea semper sint mortalia, seu gravia, sed quia sunt capita, radices, origines, et causæ omnium, aut fermè omnium aliorum peccatorum, et totius hominis perditionis, septem numerari solent à Theologis, superbia scilicet, Avaritia, Luxuria, ira, gula, invidia, et acedia: et de his modò singulatim agendum est.

Articulus primus.

De superbia, et Filiabus ejus.

353 Superbia generatim sumpta, ut S. Aug. lib. 14 de Civ. Dei. cap. 13. definiri fit, quod sit perversæ celsitudinis appetitus; seu, ut loquitur S. Thomas 2. 2. Q. 162 A. 1. et 2., superbia est inordinatus propriæ excellentiæ appetitus. superbia scilicet est inordinatum, complacentia, aut amor, et affectus immoderatus, quo quis vel appetit excellentiam suam, et honorem de eo, quod non existit, seu quod non habet, vel non est honorabile: sicuti faciunt nonnulli, qui sæpe gloriantur, et se jactant de peccatis, et vitiis, aut de bonis, quæ non habent, vel se credunt habere majora, quàm habent, interim existimationem, et plausum reportare intendentes: vel verò appetit, aut [illegible] progressu, et antecellere super alios, et super meritum proprium ire vult, et intendit, ut vel colligitur ex etymologia nomine. superbia enim idem est ac super ire. superbia una est perfecta, seu consummata, et alia est imperfecta, seu incompleta. Perfecta est, cum quis primo adeò intumescit, ut superioribus, eorumque legibus, ac præceptis subjici nolit, aut [illegible] aut etiam ad tuendam suam immaginariam excellentiam, [illegible] est transgredi præcepta etiam sub gravi obligatione: sicuti faciunt mundani homines, qui parati sunt potius leges, et ecclesiasticos ritus, quam mundi ne in [illegible] transgredi vel tanquam timidi, vel imbelles, vel ignavi, et [illegible] 2dò, cum quis bona sua à semetipso habere existimat, ità se gerit, quasi æstimaret à semetipso habere [illegible] corporis, vel animæ, quæcumque ea sint; vel verò [illegible] omnia hæc sibi desuper data, nempe a Deo, pro suis [illegible] meritis, et non a gratuitò accepisse putat: 3tiò, cum [illegible] in propria excellentia, et bonis propriis ponit suum finem, vel in rebus graviter malis suam propriam [illegible] excellentiam, aut ex aliis quærit. Imperfecta autem superbia est, cum quis sine Dei, superiorumque suorum [illegible]

neque salva ipsius subjectione, in aliis inordinate super alios ex-
tollere appetit, vel jactando se habere, quod non habet, vel alia sen-
tiendo ceteris despectis, singulariter videri habere, quod non habet
v.g. aliis praecellere scientia, virtute, aliisque corporis, vel animi
dotibus.

Porro superbiam saltem perfectam, seu com-
pletam, et consummatam esse peccatum grave, vel patet ex ejus no-
tione; quandoquidem superbia ita sumpta nedum a Deo detestatur, et aeter-
na morte damnatur juxta illud Prover 8 V.13: Arrogantiam, et su-
perbiam . detestor. et illud Rom 1, ubi superbi, et elati annumerantur
inter illos, qui digni sunt morte. verum etiam, ut dicitur Tob 4:
a superbia initium sumpsit omnis perditio. et ut legitur Eccles.
10 initium omnis peccati est superbia. qui tenuerit illam, adimple-
bitur maledictis, et subvertet eum in finem. Quod idem et testan-
tur SS. Patres, inter quos D. Aug. lib 2 de Peccat. merit. cap 17. ait:
Vitiorum namque omnium humanorum causa superbia est. Quae
de superbia consummata, et perfecta praecipue dicta esse intel-
ligi debent, ergo &c. Dixi autem. superbiam saltem perfectam,
seu completam &c. Nam licet superbia imperfecta, seu inchoata, qua
quis sine spretu Dei contemptu, aut gravi aliorum despectu, et nota-
bili damno proximi prae ceteris se jactat habere bona, v.g. divitias,
bona naturae virtutis, scientiae &c. secundum se sit peccatum
leve, utpote cum id non importet gravem inordinationem a re-
cta ratione, neque graviter charitati adversatur; attamen si ea con
juncta sit vel cum gravi aliorum contemptu, aut magno proxi
mi damno, grave peccatum erit, utpote cum graviter repu
gnet charitati ac proinde gravis evadet reus erit primo, qui
sese cum gravi proximi contemptu, vel indignatione extollit
sicuti faciebat Pharisaeus Luc. 18 dicens: Non sum sicut caeteri
hominum raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic publicanus.
vel etiam Phenenna, quae Annae Samuelis matri sterilitatem
exprobrans, eandem graviter affligebat. 2do. qui propriam glo
riam quaerit per iniquitatem, eamque gravem caeterorum depres-
sionem, detractionem, v.g. calumniam; aut qui de aliorum
excellentia, et bono notabili notabiliter tristatur: 3tio, qui
ne solito victus, et vestitus splendore quidquam detrahat, undique
pecuniam corradit, et debita vivens supra majora non sine magno
proximi detrimento contrahit. 4to, qui se quasi physicos in au-
qua scientia, vel arte exhibendo, perniciosa consilia, scripta
et praecepta, aliaque similia suggerit. 5to, ut alia omittam,
qui officiis, quos jactat, qualitatibus, officia, aut beneficia, quae
non meretur, comparat, aut qui amentius divitiis uxorem
se ipsa ditiorem duxit, et ducit; nisi forte accederet cum
eo propter aetatis imperfectionem, seu defectum advertentiae
ad mortalem sufficientis excusaretur, ut loco citato S. S.
ratio adverte S. Thomas. His autem de superbia generatim
sumpta expositis, ad filias superbiae descendo

Filiae itaque superbiae tres sunt praecipuae, Prae-
356 sumptio scilicet, Ambitio, et Vanagloria. Praesumptio, prout hic con-
sideratur, est appetitus inordinatus aggrediendi aliquid, quod vires, et
capacitatem propriam superat. Unde praesumptuosus est, qui vult
docere, aut facere aliquid sine sufficienti peritia, potentia, fa-
cultate, V.G. tentat, et quaerit, et vult exercere officium Confessarii,
Concionatoris, Superioris, Medici, Advocati, Judicis, Magistri &c.
absque sufficienti scientia, ac studio necessario ad ea munera
rite obeunda, aut non adhibendo media necessaria ad finem
consequendum. Vitium autem hoc, licet ex genere suo venia-
le peccatum, ut communiter tenent Doctores; per accidens tamen est
mortale, cum vel cedit in gravem Dei injuriam, ut factum est in
Lucifero dicente: Ascendam, et similis ero Altissimo, vel etiam
erat in eo, qui imperitus vellet concionari, et de veritatibus fidei
sibi reconditis loqui, ac inde falsa dogmata tanquam credenda pro-
ponere &c: vel etiam conjunctum est cum notabili damno pro-
prio, vel etiam proximi, vel cum ejusdem damni periculo, sive
id spirituale, sive corporale sit. Tunc enim graviter repugnat
vel charitati Dei, vel suimetipsius, vel proximi. Hinc praesump-
tuosus utique reus esset, qui carens sufficienti copia, peritia, ac necessa-
riis requisitis praesumeret dignitatem, potestatem, officium &c.
sive Ecclesiasticum, sive saeculare, in quo exponeret se manifesto pe-
riculo aliis maximum damnum causandi. Quod et dicendum esset
de eo, qui praesumeret de se ipso, licet omnino inexpertus, velle
[illegible] equum indomitum cum vitae propriae periculo, aut se
gerere in occasione proxima voluntaria graviter peccandi contra
[illegible] contendens &c.

357 Ambitio autem est inordinatus appetitus
dominandi, seu extollendi se per dignitatem, aut honorem
non [illegible]. Adeoque ambitiosus est, qui impulsu dominandi
procurat sibi dignitatem, aut officium aliquod, ut exinde honorem
et reverentiam sibi non debitam ab aliis recipiat. Itaque vi-
tium hoc ex natura sua peccatum est veniale; attamen ratione circum-
stantiarum saepe evadit mortale, et praesertim in sequentibus
casibus et primo, cum quis studio super alios dominandi, vel se
subtrahit ab obedientia Dei, divinisque legibus debita, ut fecit
primus Angelus malus, vel etiam ab observantia legitimis superio-
ribus debita, ut saepius faciunt ambitiosi: 2do cum quis prae-
minentiam super alios quaerit cum notabili dispendio [illegible]
vel utilitatis proximi, quemadmodum faciunt nonnulli qui
a consecutione Dignitatis, Beneficii, Officii &c impediunt
quandoque alios Dei gloriam, et proximi salutem, et bonum promoventes
3tio, cum quis licet dignus, amore tamen dominandi motus, per
media illicita, V.G. per simoniam, fraudem, et detractionem
de competitore Beneficium sibi procurat: 4to, cum quis ita
erga honores affectus est ut in illis suum ultimum finem
ponat, eos nempe ut ultimatum quid in [illegible] retinendo
ita [illegible], ut mallet etiam mortaliter peccare, quam eos dimittere.

Tandem missis aliis, cum quis se beneficio, officio, dignitate &c. omnino indignum agnoscit, et eo non obstante adhuc sibi dari exoptat, et curat, ut inde dominari possit. Quod praecipue meditari debent ecclesiastici viri, qui ab aliis se a dominatu omnino alienum esse dicunt, semper memores exempli Christi continuo clamantis: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde.

58 Vanagloria tandem, quae tota versatur circa famam, laudes, et plausum hominum, ad discrimen ambitionis, quae, ut ex paulo ante dictis tota est, et versatur circa honores, dignitates, et munia honorifica Reip., ut inde dominatus in alios habeatur, et reverentia recipiatur, definiri potest, quod sit appetitus, seu cupiditas inordinata manifestationis propriae excellentiae sive verae, sive imaginariae, ad plausum, et laudem ab hominibus reportandam. Unde vanagloriosus est, qui ex inordinato affectu suae excellentiae quaerit ex vera, aut simulata doctrina, scientia, virtute &c. videri hominibus singularis, ac sic eorum plausum, et laudem, et existimationem reportare, in ea sibi unice complacendo. Si quis enim appetat habere, aut manifestare propriam excellentiam in virtute, scientia, fama, dignitate, bonis moribus &c. non propter se, sed propter gloriam, et honorem Dei, proximorum bonum, et salutem, atque etiam ad propriae famae tutelam, ut inde vitam, et cum fructu sua munia exerceat, tunc nullius peccati reus est, sed virtutis actum exercet, nempe charitatis erga Deum et proximum. Hacque ratione viri etiam sanctissimi se laudaverunt, et etiam ipse Apostolus 2. Corinth. 11. suarum laudum cathalogum hoc texens exordio: Hebraei sunt? et ego. Israelitae sunt? et ego. Semen Abrahae sunt? et ego. Servi Christi sunt? (ut minus sapiens dico) plus ego. et Cor. 12. Si voluero gloriari, non ero insipiens; veritatem enim dicam; parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. et 2 Timot. 4. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Ac proinde gloriatio quae est secundum Deum peccatum non est, sed ea tandem quam quis propter suam gloriam unice quaerit. Quandonam vero vanagloria liceat secundum se levis peccatum evadat grave, vel ex dictis de ambitione patere debet, et magis patebit ex mox dicendis de ejus filiabus.

59 Quamvis ergo vanagloria sit superbiae filia, et ipsa suas filios habet, et sunt septem ex s. Thoma post D. Gregorium, nempe Inobedientia, jactantia, Hypocrisis, contentio, Pertinacia, Discordia, et novitatum inventio, seu Praesumptio. Inobedientia, solis nempe, et specialis prout contradistincta ab inobedientia generali, qua nempe quis non ex contemptu praecepti, aut legislativae potestatis, sed ex alio motivo puta ob delectationem, vel utilitatem, aut difficultatem praeceptum, aut legem violat, quaeque est peccatum mortale, aut veniale per ordinem ad obligationem legis, seu praecepti, ut su

jã diximus, inobedientia, inquã, formalis, et specialis est ea, qua violatur præceptũ aliquod ex ipsius præcepti, aut Legislatoris quà talis contemptu, seu vilipensione. Hancque inobedientiã esse peccatũ grave, ostensũ est supra, ubi de modo, quo, peccatũ ~~veniale~~ fit mortale ratione contemptus

360. Jactantia est propriæ excellentiæ, sive veræ sive apparentis prædicatio per verba facta sine necessitate, ac sine inordinate: Hæcque vel est de virtute, vel de donis natu[illegible] de re secundũ se indifferenti, vel etiã de re mala, seu pecc[illegible] vel tandem de dexteritate, qua rem malam facit. Jam vero licet secundum se sumpta sit peccatum leve; pluribus tñ in casibus est peccatum grave, et 1mò, cum graviter derogat gloriæ Dei, ut derogabat Rex Tyri, de quo Ezech. 28 dicitur: elevatũ est cor tuum, et dixisti: Deus ego sum: 2dò, cum grave inde scandalum proximo ingeneratur, vel grave damnũ alijs causatur, aut si cum contumelia, et contemptu aliorum; sicuti contingeret, si ex tua jactantia esses causa, ut ex tua extollentia alij inde caperent occasionẽ graviter peccandi, vel si te prædicans peritum in sanandis morbis, et inde electus medicus ex tua imperitia alios ad sepulcrũ detruderes, vel etiam non sanares eos morbos, quos alij citius sanarent, vel etiam si alijs exprobrares, [illegible] ut te magnũ faceres, sicuti faciebat Pharisæus Lucæ 18. de quo num. 355: 3tiò, cum jactantia est de peccato gravi, ut v.g. si quis se jactat de fornicatione, de homicid. commisso &c vel vero dicat, se repetiturum, quod hoc vel illud grave peccatum non fecerit. Imo si id fiat cum complacentia de ipso peccato, tunc duplex peccatũ mortale, alterum quidem ejusdem speciei, ac est peccatũ, de quo complacebatur, et gloriatur, ut passim docent Theologi, ideo inde necessario explicandũ erit in confessione peccatum, circa quod jactantia, et complacentia versatur, et simul ipsa jactantia, et complacentia. Quod et dicendum est de eo, qui cũ sit immeditus, non impedit, [illegible] ab alio permittit se laudari de peccato gravi commisso: sicuti et de eo, qui alium de lethali peccato commisso laudaret, vel ei exprobaret, quòd non commiserit. Si enim faceret, nihil aliud est, quàm peccatum lethale approbare; quod utique est gravis inordinatio.

361. Hypocrisis est ficta declaratio excellentiæ, seu virtutis, sanctitatis, probitatis &c per facta, et signa ficta, et falsa. Hocque explicatur, 1mò cum aliquis vult esse malus [illegible] gloria, foris vult videri bonus; 2dò cum aliquis non existens bonus, [illegible] ad gloriã, et existimationẽ hominũ captandã studet foris videri bonus. Hocque vitiũ utpote includens mendacium semper est saltem veniale peccatũ quinimmo erit peccatũ mortale, 1mò si sit conjunctum cum [illegible] virtutis et sanctitatis contemptu, et nulla ejusdem [illegible] [illegible], sicuti faciebant Pharisæi totius, et [illegible]

tio remeare: 2do, cum hypocrita ita dispositus est, ut malit quodcumque, vel aliquod praeceptum sub gravi obligans transgredi, quam excidere a bono nomine, quod sibi per fictam devotionem comparavit. Quod non raro contingit in mulieribus, praesertim puellis. 3tio, cum hypocrita sanctitatem fingit, et virtutem cum damno proximi, aut ob finem graviter repugnantem charitati Dei, et proximi, sicuti contingit in iis, qui sanctitatem simulant, aut profundum studium, et peritiam, ut inde falsam doctrinam disseminent, ut alios in re gravi decipiant, ut ad dignitates, officia, beneficia tum ecclesiastica, tum saecularia, quibus indigni sunt, promoveantur.

362 Contentio est verborum altercatio, qua quis alteri inordinate contradicit circa aliquos, vel aliquam veritatem; ad quam et reduci fit discordia, quae est inordinata voluntatis contrarietas in bono, in quo ex charitate convenire, et consentire tenemur. Atque utraque aliquando est peccatum mortale, et aliquando veniale tantum, ratione nempe ac mali, quod inde nascitur. Et ipsa quidem erit peccatum grave, si quis vel sciens, vel ex ignorantia vincibili impugnet veritatem aliquam ad fidem, bonos mores, pietatem, justitiam vel ad grave bonum religionis, aut proximi spectans, si id fiat vel ex animo, vel etsi non ex animo, attamen cum periculo gravis scandali, vel cum gravibus maledictis, conviciis, et contumeliis. Quod diligenter notandum est, quia si altercatio solum suscipiatur causa magis declarandae veritatis etiam cognitae, aut etiam si in re utraque parte vere graves militant rationes, et veritas adhuc in obscuro est, tunc seclusis conviciis, ac maledictis, atque scandalo nullum peccatum erit vel acriter disputare, vel etiam tantum leve, si vel ~~materia~~ solum sit levis, aut solum modus sit inordinatus, v.g. si solum fiat cum nimia acrimonia, clamoribus, aut ex solo studio vincendi adversarium ad gloriam vanam captandam, dummodo tamen damnum grave alterius inde non resultet.

363 Pertinacia est persistentia in propria sententia contra veritatem cognitam, ac sufficienter propositam vel per rectam rationem, vel per communem ~~Doctorum~~ in ea re peritorum sententiam, etiamsi interim nullum validum fundamentum habeatur, ut tales a viris doctis reputantur. Atque peccatum hoc mortale est si sit circa veritates ad fidem, bonos mores, pietatem, pacem, bonum grave proximi pertinentes. Materia siquidem ~~tunc~~ gravis est, et insuper ei mortale adversantia adest.

364 Tandem Novitatum inventio, seu Praesumptio est, cum quis inanis gloriae studio nova excogitat ut nomen inter homines sibi conciliat. Hocque peccatum periculosissimum, ~~novorum radix~~ haereseon, et usum liberiorem in conversando, in vestibus, aut ornamentis, quae modestiae et castitati saepe saepius graviter repugnant; ut adeo poetis

hūi generis, et sententiæ Diaboli mente vocari posset; et proinde
totis viribus fugienda ab ijs, qui in fide, et doctrina [illegible]
pietate firmi consistere exoptant. Atque hæc de superbia, ac
filiabus ejus dixisse sufficiat. Qui autem remedia contra hoc vitium
laborare vellet, legat Doctores tum Theologos, tum Asceticos, et
perfectionem, et in promptu habebit.

Articulus Secundus.

De Avaritia, ac Filiabus ejus.

305 Avaritiæ nomine non intelligitur quodlibet desiderium
et cura habendi, ac possidendi divitias, domus, agros, possessiones
jam juste comparatas, et possessas recto cum fine, et intentione
ac moderato affectu, V.G. ut honeste vita transigatur, et necessitatibus
[illegible] egentibus succurratur, proles studiose educetur, fami-
lia sustentetur, propinquis, et cognatis subveniatur &c. In
hoc enim nihil mali est juxta illud Psal. 61: Divitiæ si affluant
nolite cor apponere: quod ostendit et exemplum Abraham, ja
ac tot SS. virorum copiosas divitias, ac permulta bona habentium
ac possidentium jam ex recto fine, ac intentione; ac proinde
solum vitiosus est inordinatus affectus, ac immoderatus, atque
pravus appetitus temporalia bona habendi, possidendi, et
acquirendi: Et hinc avaritia optime definiri fit, quod sit inor-
dinatus appetitus habendi, seu immoderatus amor, cura, sol-
licitudo acquirendi, ac retinendi divitias, hoc est pecunias
et res pecunia æstimabiles, ut sunt agri, domus, pecora, gem-
mæ &c. Atque pluribus in casibus mortalis est, et perfectioni
sequentibus. Avaritia scilicet primo est peccatum grave
306 cum quis ita apponit cor suum, scilicet affectum in ipsis divitiis,
ut in eisdem veluti reponat suum ultimum finem; quod contingit
cum ob eas acquirendas, aut retinendas paratus est graviter pec-
care, V.G. pejerare, proximum in re gravi fallere, ablatum vel
injustitiam non restituere, arte magica ad inveniendos the-
sauros uti &c.... 2do, cum quis ita affectus est erga bona ter-
rena, ut propter ea vel acquirenda vel conservanda [illegible]
[illegible] in alios exerceat, et violentias, uno verbo per fas
et per nefas ditescere est paratus ..... 3tio, cum quis [illegible]
[illegible] privari recusat, cum id honor Dei, vel necessitas pro-
ximi [illegible], atque etiam graviter exigit, et adeo non vult
contribuere cum sit, quod est necessarium ad fidelium
incolumitatem contra hostes S. Fidei, et christianæ religi-
onis, aut dare non vult eleemosynam pauperibus extreme
aut graviter indigentibus, unde vitam morte amariorem
agere coguntur..... 4to, cum quis eo affectu conservandi
[illegible] divitiarum neque suis propriis necessitatibus, neque [illegible]
[illegible] familiæ ac suorum indigentijs vult succurrere, et [illegible]
impensas necessarias etiam ad familiæ necessarium [illegible]
[illegible] recusat..... 5to, cum quis ita totum se applicat

in bonis temporalibus accumulandis, ut nullum modum sibi constituat, et ordinem; adeòque tota ejus cura, et sollicitudo unicè est in ipsis divitiis, interim nec sibi relinquens tempus ad aliq negotia peragenda..... 6tò, cum quis frumenta congerit, ac horrea sua recludit, ut carior fiat annona, proindeque nolens vendere, quousque pretium ad summum pervenerit ac pertingerit..... Tandem, ut alia mittam, cum quis ex inordinato affectu ad pecunias, deficientibus aliis, proximis suam operam necessariam impendere non vult, ac proinde eum alii indigere, perquirere, ac grave damnum pati.

Contra hos omnes enim clamat Aptus 1. Timoth. 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia, et nociva, quæ mergunt homines in interitum, et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Quibus et consonat illud Ecclesiast. 10. Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam; hic enim et animam suam venalem habet: item et illud Isai. 5. Væ qui conjungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis, usque ad terminum loci: Numquid habitabitis vos soli in medio terræ? Quod et omninò rationi consonat. Avaritia siquidem, de qua in superioribus capitibus mentio facta est, vel graviter repugnat amori appretiativo erga Deum, cum avarus malit servire pecuniæ, quàm Deo: vel verò graviter repugnat charitati, aut justitiæ erga proximum debitæ, cum ita avarus vel pauperibus, vel sibi, vel domesticis suis, vel creditoribus negat id, quod ipsis debitum est ergo Dei. Ubi tamen notandum est cum S. Thomâ 2. 2 q. 118 a. 4 quòd si inordinatio amoris (erga divitias) intra hoc sistat, ut scilicet homo, quamvis superfluè divitias amet, non tamen præfert eorum amorem amori divino, ut scilicet propter divitias non velit aliquid facere contra Deum, et proximum, sic avaritia est peccatum veniale.

Filiæ verò avaritiæ ex S. Gregorio Lib. 31. Cap. 17. Moral. sunt Obduratio cordis, inquietudo mentis, violentia, fallacia, sive dolus, et fraus, proditio, et perjurium. Obduratio cordis est tenax adhæsio terrenis rebus, quæ impedit, ne cor miserijs pauperum emolliatur, et adeò efficit, ut viscera misericordiæ ad preces pauperum claudantur: Estque peccatum grave, quoties inde evenit, ut præcepta eleemosynæ, et charitatis graviter obligans violetur; sicuti contingit, cum proximus est in extrema, aut quasi extrema necessitate, aut etiam in valde gravi, unde sine negata eleemosyna, seu temporali subsidio vel vita periclitatur, aut dies valde amaros ducere, et gravissima incommoda pati cogitur.

inquietudo mentis est nimia, et anxia
369. attentio, applicatio, et cura ad acquirendas, conservandasque
divitias cum nimio timore, ne in futurum desint, contra
illud xti Matth. 6: Nolite solliciti esse dicentes: quid manduca-
bimus, aut quid bibemus? Est autem peccatum mortale, quando
retrahit à spiritualibus, vel alijs officijs, ad quae graviter tene-
mur, [redacted], aut quis eo usque pertingit, ut de Dno providentia dubitet.
Violentia est cum vis alteri infertur, rem
370. alienam usurpando, retinendo, aut rapiendo: estque mortale
cum ea ob gravitas justitia laeditur: Quod non rarò à quibusdam
divitibus fit, qui etsi sciant, lites ab ipsis intentatas
injustas esse, aut propria à se possessa sua non esse; nihilominus
vijs omnibus insistunt, ut competitor pauper impensas
necessarias expensas ad eorum violentiam ostendendam
cara tandem à justis suis petitionibus desistat.
371. Fallacia est astuta deceptio proximi
verbo, seu est dolosa verborum mendacium, aut aequivoca
ad proximum decipiendum usurpatio. Fraus verò est
proximi deceptio per facta, v.g. in contractibus tàm ratione
materiae, quàm ratione pretij: Utraque autem peccatum
grave, ubi aut habetur intentio grave damnum alteri
inferendi, aut de facto grave damnum infertur. Quin
et lethale peccatum erit, ubi tale dictum, vel factum
tantum ut tale cognitum juramento firmabitur, et tunc
etiam perjurium. Proditio tandem est illicita manifesta-
372. tio rei, vel personae in proximi detrimentum contra fidem datam
aut debitam, causa exitentiae avaritiae: Itaque proditio
triplex contingit, et primò prodendo personam, sicuti Judas
prodendo xtum Dominum. 2dò prodendo loca, sicut fecit
miles, qui arcem, vel Urbem à suo Rege legitimo possessam
hostibus tradiderat, aut modum capiendi declaraverat. 3tiò
prodendo res mobiles, v.g. indicando latroni, ubi quis pecuniam
aut vestes absconderit. 4tò prodendo alterius secretum,
vel illud sub fide data commissum fuerit, sive alio modo
debitum servari. Utraque peccatum est mortale, ubi conjun-
ctum cum gravi damno proximi, aut inde gravium dis-
sidiorum causa creatur.
373. Pro hujus rei autem majori explicatione
quaeres, an aliquando liceat manifestare secretum sub
data fide commissum, aut etiam alterius litteras aperire.
Respondeo primò, tanquam certum tenendum
esse, secretum in sacramentali confessione habitum nullo
in casu omninò licere confessario alteri indicare, etsi
ex inde vel tota Respublica periret, ut ostendimus in
Tractatu de Poenitentia. Quod tamen intelligi non debet
de casu quo quis, ut aiunt, obligat ad servandum secre-

coram confessario signo crucis se muniret, ac genua flecteret, dicens se illud secretum sub confessionis sigillo communicare, dum tamen nisi se sacramentaliter peccata sua omnia non patefaceret cum intentione se accusandi in ordine ad sacramentalem absolutionem. Cum enim tunc ea secreti manifestatio non sit sacramentalis, nec sacerdoti fiat ut Christi, et poenitentiae, ministro, sed ut homini, secretum illud non cadit sub sigillo sacramentali, sed naturali tantum; et proinde de hoc casu discurrendum erit sicuti de aliis de quibus mox dicam.

374 Respondeo 2do, secretum quodcumque sub fide datum, ac etiam sub praestito juramento de non revelando commissum, sub naturali tantum sigillo cadens, licite prodi posse, tunc quando ejus revelatio est necessaria tum bono Religionis, tum publicae paci, tranquillitati, ac incolumitati, tum etiam privatorum indemnitati, ac securitati; et adeo licebit, quin immo obligatio erit manifestandi, seu accusandi, aut denuntiandi v. g. Hapticum perversa dogmata disseminantem, Patriae excidium parantem, incendium Regni moliantem, innocentis vitae, famae, aut bonis pretiosis insidias minitantem, ac exague tentantem &c., etiamsi id sub sigillo naturali, ac etiam sub juramento fuerit commissum, ubi nulla alia opportuna, ac sufficiens via ad illa mala impediendo suppetit. Sigillum enim naturale, ac juramentum obligatorium esse non fit, ubi praeceptum aut charitatis, aut justitiae, quod exigit occultum malum alterius revelari.

375 Respondeo 3tio, nullo modo, etiam superioris praecepto accedente, licitum esse manifestare ea, quae etiam tantum sub naturali sigillo caderent, ubi ea nullo modo vergunt in damnum aut Religionis, aut Reipublicae, aut alicujus tertii innocentis, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 70. a. 1.; quia, ut ipse ibidem ait, servare fidem est de jure naturali, ubi nimirum nullum damnum Religionis, aut Reipublicae, aut &c. inde sequitur; contra jus autem naturale nullum superioris hominis praeceptum obligare fit; ergo &c. Quin immo si secretum illud momentosum erit, aut ex illius revelatione magnum damnum, aut magna confusio aut displicentia eventura erit illud committenti, peccatum grave erit revelare, cum tunc gravis alteri fiat injuria.

376 Hinc et patet quid dicendum sit de aperiente, ac legente litteras sigillo obsignatas, aut alterius scripta servata, seu, ut dicitur, sub clavi custodita: nullum scilicet peccatum esse illas aperire, et illas, et illa legere, ubi id auctoritate publica fit, ubi nempe Princeps pro sui status securitate, bono publico, ac subditorum suorum incolumitate ita fieri vult, et mandat: nullum item peccatum esse, ubi merito, et vera cum ratione timetur, et judicatur, illas conscriptas esse in aperte damnum vel proprium vel alienum, et in speciem communitatis; sicuti et ubi accedit consensus expressus, vel etiam tacitus scribentis, aut illius ad quem mittuntur: contra vero peccatum erit, ubi apertio, et lectio fit sine ullo ex-

proprietas aut altera rationabili causa; quinimo licet, ubi quis certo sciret, aut prudenter judicaret, res ibi illis contentas non esse gravi momenti, neque aegre admodum laturum vel scribentem, vel illum, ad quem mittuntur; adeoque solum ex eo gradu fore cum tota, tantum venialiter peccaret; alias regulariter saltem grave peccatum est, ubi vel certo cognoscitur res momentosas esse, et prudenter judicari nequit, eas levis momenti, aut aequo animo laturum aut scribentem, aut eum, ad quem mittuntur. Litterarum enim sigilla communi fidei sunt concredita, et sub gravi quidem obligatione, ne ea aperiantur, et legantur invitis tum mittente, tum recipiente. Hoc de Avaritia, cujus remedia, si haberi cupis, leges tum Theologos, tum Asceticos tibi facile obvios.

Articulus Sextus.

De Luxuria, ejusque Speciebus.

377 Vitium hoc, a cujus vel sola cogitatione castae, piaeque delicatae mentes abhorrere solent, libenter praeterirem, nisi frequentissimum esset, ac propterea ejus notitia prudenti, docto confessario necessaria esset. Breviter tamen calamo praecipua, quae ad illud spectant, perstringam, lectorem ampliorem notitiam habere volentem remittendo ad Doctores, ut Sanchez, Salmanticenses, Castropalaum, Lacroix, Sporer, aliosque, qui de eo fusius tractant. Luxuria itaque generatim sumpta est appetitus, vel usus inordinatus venereorum. Dicitur in primis: Appetitus, vel usus venereorum, quia nomine luxuriae nedum intelligitur ipse actus libidinosus liber, et voluntarius, ut est voluntaria copula extra legitimum matrimonium, pollutio, etc. sed etiam desiderium, amor, gaudium, complacentia, et voluntaria approbatio actus, vel objecti turpis, et sensibilis delectationis exurgentis in appetitu sensitivo ex commotione carnis, ac spirituum vitalium generationi servientium. Dicitur secundo: Appetitus, vel usus inordinatus venereorum, quia si venerea exerceantur juxta rationis ordinem, nempe in legitimo matrimonio ex recto fine, intentione, et modo, tunc sunt licita, et honesta, et adeo non sunt materia vitii luxuriae, ut docet S. Aug. lib. de Bono conjugali cap. 16. inquiens: Quod est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis: et S. Thomas 2. 2. Q. 153. A. 2 ubi asserens: = Et ideo sicut usus ciborum potest esse absque peccato, si fiat debito modo, et ordine, secundum quod competit saluti corporis, ita etiam et usus venereorum potest esse absque omni peccato, si fiat debito modo, et ordine, secundum quod est conveniens ad finem generationis humanae. = Quae diligenter notanda, quia nempe luxuriae peccatum committitur nedum, cum actus venereus habetur vel cum persona non legitima, seu quae non est legitima uxor, vel extra vas naturale, sed etiam dum exercetur cum persona legitima, et intra vas naturale, sed modo indebito, et ex intentione, et ordine non recto, ut non raro contingit in conjugatis quibusdam.

378 Variae autem sunt Luxuriae species. Alia nempe est luxuria perfecta seu consummata; et alia est Luxuria imperfecta, incompleta, seu non consummata

Luxuria perfecta, seu consummata ea est, quæ fit cum voluntaria seminis effusione: quæ duplex est, naturalis nimirum, et innaturalis. Naturalis est, in qua servantur conditiones à natura institutæ, et requisitæ ad hominis generationem, puta diversitas sexus, vas debitum, et identitas speciei, et hujusmodi sunt simplex Fornicatio, Stuprum, Adulterium, Incestus, Raptus, et Sacrilegium: Innaturalis autem, quia et vitium contra naturam dicitur, ea est, in qua effusio seminis quidem intervenit; aliæ conditiones à natura non servantur, nempe non servatur sexus, vas, et species debita, et hujusmodi est mollities, seu simplex Pollutio, Sodomia, Bestialitas, et indebitus concumbendi modus. Contra luxuria imperfecta, seu non consummata est inordinatus appetitus, aut usus venereorum absque seminis effusione, et hujusmodi sunt desideria, et morosæ delectationes venereæ, aspectus, amplexus, et tactus impudici, gestus turpes, oscula, verba obscœna, &c. sine pollutione habita. Sed jam ad singulorum explicationem.

379 Simplex Fornicatio est concubitus naturalis mutuo liber, et voluntarius soluti cum soluta. Et primo quidem naturalis, habitus nimirum nedum modo apto ad generationem, adeo, ut seminatio viri contingat intra vas muliebre ad generationem à natura institutum; sed etiam modo, et ordine debito à natura instituto; ita ut si vel concubitus ex parte solius modi sit inordinatus, vel si seminatio ante concubitum contingat, vel post concubitum extra vas, et hæc ex malitia, v.g. ad generationem impediendam, sit speciale peccatum à simplici fornicatione distinctum in Sacramentali confessione manifestandum, ut ex infra dicendis patebit; sicuti et esset speciale peccatum concubitus ab eunucho, aut ab absolute impotente seminare habitus. 2do mutuo liber, et voluntarius: si quis enim invitam violaret, non simplicem fornicationem, sed stuprum, &c. cum ea, et raptum, committeret. 3tio tandem soluti cum soluta, idest liberi, et liberæ à vinculo matrimonii, à voto, ab Ordine sacro, à Religione, et à cognatione sive consanguinitatis, sive affinitatis, adeo ut nihil obstet, quominus inter illos verum matrimonium stare possit.

380 Porro fornicationem ita explicatam esse peccatum mortale, constat ex Apostolo Ephes. 5. dicente: Omnis Fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in Regno Christi, et Dei: et 1. Corinth. 6. Neque Fornicarii ..... Regnum Dei possidebunt. et ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt Fornicatio, immunditia, luxuria &c., quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur. Quinimo fornicatio per se, et ex natura sua ita mala est, ut in ea neque ipse Deus dispensare possit, ut vel constat ex propositione ordine 48. ab Innocentio XI. die 2 Martii 1679 damnata,

quæ est ejus ratione =. Jam clarum videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, et solum esse malam, quia vetita, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur = Unde fornicator nunquam a culpa gravi immunis esse poterit, nisi tamen id ex ignorantia invincibili faciat, quam saltem in Barbaris, et in multis Gentibus, et in hominibus sylvestribus, qui vix [illegible] non sciunt, dari posse, non negatur P. Sporer cum alys tr. 3. Sect. 2. §. 1. num. 572.

381 Quæres, an si concubitus fornicarius fuerit cum Virgine, cum Filia confessionis, cum Infideli, cum sponsa alterius, specialem addat malitiam in confessione sacramentali explicandam.

Respondeo, et quod attinet ad primum, P. Sporer loco citato, cum pluribus alys, quorum sententiam dicit communiorem, [illegible] fatetur, ratione scandali multum aggravari peccatum [illegible]ducentis, et sollicitantis comparatam ad fornicandum, atque [illegible] requiri hæc de se parata esset et a fortiori, ubi hæc parata esset, et [illegible] pretiis, promissis, blanditys, donis &c. ad peccandum attraheretur, adeoque hanc circumstantiam necessario in confessione satisfaciendam, ubi eam confessarius aliunde non agnoverat, sicuti contingit pro casu, quo mulier solutus vero saltem regulariter, ubi vir promotor fuit, cum [illegible] sollicitari regulariter contingat, licet, inquam, id fateatur, [illegible] simplicem virginitatis sive viri, sive mulieris circumstantiam in sacramentali confessione satisfaciendam necessario non [illegible] doceat, tum quia ubi virgo est consentiens absque ullo dolo, [illegible] ejus violatio non continet specialem malitiam in genere [illegible] nec [illegible] virginitatis circumstantia, tum quia licet virgo [illegible] perdat virginitatis signaculum, et minus aptam se reddat ad [illegible] suo statui conquerendo [illegible] sui corporis sit domina [illegible] qua id carnali generatione utatur, vel si [illegible] inferatur etiam viro dignioris suæ conditionis, nulla tunc [illegible] injuria infertur; [illegible] quæ sequi potest ex ejus violatione [illegible] injuria [illegible] evaniat [illegible] ejus si [illegible] eam in matrimonium collocare voluerit, [illegible] accidens contingunt. Unde Card. de Lugo sententiam [illegible] et modica probabilitate [illegible] licet [illegible] esse fatetur.

382 Quod vero spectat ad concubitum cum filia confessionis tanquam [illegible] certum est, concubitum confessarii cum [illegible] sua confessionis specialem malitiam superaddere [illegible] fornicationi simplici, si confessarius in sacramento, vel ejus occasione [illegible] confessione [illegible] sollicitat, vel familiaritatis agere [illegible], aut [illegible] confessarii [illegible] enim addat speciem sacrilegii in confessione explicandam, utpote cum gravis irreverentia fiat Sacramento. De quo peccato iterum dicam in Tractatu [illegible], ubi [illegible] obligatione denuntiandi confessarium [illegible] sollicitantem [illegible]. Interim lege [illegible] Confessionem Sacramentalem [illegible] Benedicti XIV. [illegible] Bullarii [illegible]

Quoniam confessarius neque in sacramento, neque occasione
sacramenti poenitentem suam sollicitat, quidquid sit, an talis concubi-
tus specialem malitiam simplici fornicationi superaddat, de quo in
utramque partem sentiunt Doctores insistendo etiam unicae circum-
stantiae confessarii, et praescindendo a voto, quo ligatur, in hoc no-
stro casu certum est, talem circumstantiam debere patefieri in con-
fessione, ut ex XII. casu ex reservatis, qui est = Omnis actus luxu-
riae, Confessarii cum sua Poenitente, et Poenitentis cum suo confessa-
rio, sive saepius, sive semel tantum, poenitentiae sacramentum poenitens
ab eo susceperit = patet meditanti.

Circa tertium, Sanchez lib. 7. disp. 5. num. 12.
cum nonnullis aliis sentit, concubitum Fidelis cum Infideli, item
Catholicae cum Haeretica habere circumstantiam luxuriae, mutantem
speciem, et proinde necessario manifestandam in sacramentali
confessione, tum quia Ecclesia dirimit matrimonium Fidelis cum
Infideli ob religionis motivum, quia nempe cultores in diversis
Religionis et sacrum ferret periculum educationis prolis, et subver-
sionis Fidelis: haec autem et eveniunt, seu haec ratio etiam mili-
tat in praedicto concubitu; ergo &c. tum etiam quia longe aliter
per jura punitur talis concubitus, quam concubitus Fidelis cum
Fideli. Verum his non obstantibus P. Reiffenstuel tract. 9 de Praecep-
tis Decalogi q. 2 sect. 2 num. 15 cum pluribus aliis oppositum pro-
bat tum ex eo, quod id nullo jure probatur, utpote cum jus prohibi-
tivum inspiciens matrimonium non est extendendum ad simpli-
cem concubitum, de quo hic sumus in terminis; tum ex eo, quod longe
aliud est periculum subversionis Fidelis ex ipso matrimonio
cum Infideli, nempe ob continuam vitae societatem, quam ex ipso
584 solo fornicario concubitu. Unde utraque sententia est satis probabi-
lis, licet prima securior sit.

Ad ultimum tandem dubium idem P. Sanchez lib. 1.
de Sponsalibus disp. 2. relatis duabus oppositis sententiis, una affirmante
altera negante, quod circumstantia sponsalium superaddat ma-
litiam necessario in confessione sacramentali patefaciendam
tertiam superaddit, quam veriorem dicit, atque docet circum-
stantiam sponsalium necessario fatendam esse in confessione, quo-
ties ea tenet ex parte feminae, idest dum aliquis fornicatur
cum sponsa alterius de futuro, adeoque tum fornicantem cum
tali sponsa, quam ipsam sponsam in confessione sponsalium cir-
cumstantiam confessario aperire debere; secus vero quando
talis circumstantia se tenet ex parte sponsi, cum nimirum spon-
sus de futuro cum alia fornicatur. Quod probat ex eo, quod inju-
ria illata a sponsa sponso in prudentum arbitrio gravis est
et atrox, et quae nimis aegre fertur a sponso, ut ea cognita
vix casus det, quod eam amplius vellet ducere; contra vero
in isto casu injuria a sponso illata sponsae, non est tantum gra-
vis, sicuti non est itidem gravis adulterium viri, ac mulieris adul-
terium, cum non obstante tali fornicatione vix casus est,
quod sponsa vellet a factis sponsalibus resilire. Cum quidquid
sit de his sententiis, optimum erit in praxi talem circumstan-
tiam patefacere eo securius in re sacramentali providendum.

385 Sed quid dicendum est, si sponsus de futuro cognoverit carnaliter suam propriam sponsam? erit ne haec sponsalium circumstantia confessario manifestanda?

Respondeo, sponsum de futuro carnaliter per consummatum actum cognoscentem suam sponsam, etiam voluntarie consentientem, hanc circumstantiam sponsalium in confessione patefacere debere in hac nostra dioecesi, propter talis peccati reservationem, quae in casu decimo ex reservatis ita exprimitur: Qui contractis sponsalibus ante cognoverit, quam matrimonium inter eos celebratum sit. Quod a fortiori dicendum esset, si eam invitam cognovisset: tunc enim et incurrisset in nonum casum ex reservatis verbis expressum. Qui virginem, aut honestam mulierem rapuerit, aut per vim violaverit. Verum et advertendum est, me supposuisse per actum consummatum. Si enim copula non fuit perfecta, idest si semen intra mulieris vas emissum non fuit, sed extra praedictum vas, haec esset malitia speciatim explicanda, quae potest peccatum specie distinctum a simplici fornicatione, quae mollities dicitur.

386. Quaeres iterum, cum ad speciem simplicis fornicationis reducatur concubinatus, et meretricium, quid sit, et an talis circumstantia confessario sit patefacienda?

Respondeo, nomine concubinatus intelligi concubitum viri cum foemina soluta, quam quis vel in domo propria vel extra retinet, et ad quam frequenter, vel ex consuetudine accedit, sive internam retineat, ut concubinam, sive ut pedissequam, sive quocumque alio titulo. Hicque est concubinatus simplex. Si enim praedicta foemina non est soluta, sed conjugata, aut voto Deo sacrata &c., tunc erit concubinatus qualificatus, nempe vel adulterinus, vel sacrilegus &c.: Nomine vero meretricii intelligitur venalis concubitus foeminae cum pluribus viris, vel etiam concubitus viri cum pluribus foeminis suam pudicitiam venalem habentibus. Porro concubinarium, vel concubinam, si concubinatus non est simplex, sed qualificatus, talem circumstantiam in confessione sacramentali patefacere debere, certum esse debet, utpote cum id necessarium sit ad patefaciendam circumstantiam speciem mutantem. Quod et dicendum est, ubi etiam concubinatus esset simplex. Tale enim peccatum est longe, et notabiliter gravius, quam simplex fornicatio, sed etiam reddit poenitentem ineptum ad sacramentalem absolutionem, utpote versantem in occasione proxima, donec concubina dimittatur, ut constat ex dictis de occasione proxima num. 33; ubi et retulimus propositionem 41 inter damnatas ab Alexandro VII, quam relegas, ac proinde talis circumstantia necessario patefacienda erit, ut hoc ut confessarius dispositionem poenitentis agnoscat, et non erret indignis absolutionem dando. Ex quo et patet, et meretricem circumstantiam sui meretricii patefacere debere, et hoc maxime etiam eo quod cum ipsa parata sit dare usum sui corporis cujusque conditionis personis, peccatum suum malitia participat atque

libata, et statu harum personarum. Ac proinde in hujusmodi peccatis semper intervenit reatus scandali, quod utpote speciale peccatum in confessione manifestari debet. Circa poenas autem concubinariis debitas consule Trid. Sess. 24. Cap. 8. de Reformat. Matrimonii, et Sess. 25. pariter de Reformat. Cap. 14., ex quo colliges, quaenam poena sit dicta tum laicis, tum clericis concubinariis. Hæc de simplici fornicatione.

387 Stuprum generatim sumptum est illicita Virginis defloratio sub parentum cura existentis, sive interim ipsa consentiat, sive dissentiat. De stupro autem sic accepto hic non agimus. Nam si virgo suæ deflorationi consentiens, ac invita non fuit violata, tunc simplicem fornicationem intervenire, est solum valde probabile, ut diximus num. 381. Ac proinde stuprum rigorose acceptum, seu prout est speciale peccatum in genere luxuriæ, est concubitus viri cum Virgine invita, seu non consentiente. Unde stuprator est, qui concumbit cum muliere, cujus claustrum virginale nondum est reseratum; ita tamen ut ea sit invita, seu libere non consentiat. Quod contingit primo, cum vi, aut violentia physica coacta, oppressa, vel subacta est: 2do, quando metu gravi cadente in virum constantem V.G. mortis, infamiæ, atrocium verberum, vel alterius gravis mali, aut damni ad concubitum adigitur: 3tio quando impetita fuit importunis, ac saepius repetitis precibus conjunctis aut cum metu reverentiali, aut cum gravibus minis: 4to etiam, quando dolo, aut fraudibus seducta fuit, puta fictis, et fraudolentis promissionibus matrimonii, magnæ dotis, aut remunerationis promotionis ad pinque matrimonium &c. Nam cum his in casibus difficulter sit stare animum puellæ etiam constantis, praesertim ejus attenta fragilitate, hæc omnia merito violentiæ aequiparantur, ut colligitur ex Capit. Puellæ causa 20. q. 1., et ex Leg. 1. Cod. de Raptu Virginum. Quæ doctrina et extendenda est ad casus, ubi quis concubuit cum virgine fatua, ebria, semi-sopita, et dormiente sine proprio ebriæ, aut dormientis consensu.

388 Porro stuprum ita explicatum, esse intelectum a speciale peccatum a simplici fornicatione distinctum, et proinde speciatim in sacramentali confessione explicandum, etiamsi contingat, ut in actuali concubitu virgo consentiat, et delectetur, nemini dubium est. Tale siquidem peccatum non solum virtuti continentiæ, seu castitatis adversatur, sed etiam virtuti justitiæ opponitur. Cum enim integritas claustri virginalis sit res quædam summi pretii, et æstimationis non solum coram Deo, sed etiam apud homines tum in se, tum in ordine ad statum in culesia suscipiendos, matrimonii scilicet, aut Religionis, qui virginem invitam violat, ei maximam infert injuriam. Quinimmo si quis cum Virgine invita exercuisset concubitum imperfectum, idest absque seminatione intra muliebre vas, aut simplicibus tactibus libidinosis claustrum virginale reserasset, aut eam invitam sodomitice cognovisset, hæc circumstantia utpote novam speciem malitiæ in genere luxuriæ inducens speciatim in sacramentali confessione explicanda esset.

389. In adnotatis mechaniariis locutus est de stupro rigorosè sumpto. Non negaverim enim, etiam concubitum viri cum muliere non virgine invita, et non consentiente sive ea sit nupta, sive innupta, reduci ad stuprum, et adeo esse peccatum in sacramentali confessione specialiter explicandum et ita quidem, ut explicari debeat etiam status foeminae, idque non solum quia, si talis foemina est conjugata, additur species Adulterij; sed etiam quia, si talis foemina est soluta ab omni vinculo sive matrimonij, sive voti, tunc malitia hujus peccati notabiliter minor, ac sit malitia concubitus cum virgine invita, utpote cum illi non fiat injuria in virginitatis signaculo sicuti fit virgini. Nunc dicendum esset de obligationibus stupratoris. Sed hoc remitto ad tractatum de Restitutione, utpote cum ibi sit proprius locus. Interim ad Raptum.

390. Raptus bifariam sumitur a Theologis, nempe prout est impedimentum ex Trid. Sess. 24. de Reformat. Matrimonij, sive quod matrimonium dirimens, de quo in Tractatu de Matrimonio dicam, et prout est speciale peccatum in genere Luxuriae, et exprimi potest: Abductio personae de loco in locum causa explendae libidinis, ipsa invita, et reluctante, aut resistentibus, et reluctantibus ijs, sub quorum cura est ipsa persona abducta. Unde ad raptum, prout est speciale peccatum contra Virtutem castitatis in genere Luxuriae, requiritur primò, quod persona rapta extrahatur a loco, ubi est sub cura Parentum, aut Tutorum, ad locum, ubi sit sub potestate raptoris. Quare raptus non est, si in ipsa paterna domo ex uno cubiculo paterno in aliud raptus, aut de via in agrum seducatur persona invita etiam animo libidinem explendi: 2do requiritur, ut abductio personae fiat animo explendi libidinem. Si enim alio fine fiat, v.g. animo eam vexandi, aut occidendi, ad quintum Decalogi praeceptum ejusmodi raptus spectabit: 3tio requiritur ut persona abducta sit invita atque reluctans, aut saltem quod violentia fiat ijs, sub quorum cura est: et adeo raptus non erit ubi persona, quae abstrahitur, erit consentiens, atque ipsius erunt ij, sub quorum tutela est. Et proinde si filia consentiens cum Amasio suo a domo paterna discedat, Parentibus ignorantibus, et nec consequenter non contradicentibus, tunc raptus non erit, etiamsi id faciat animo libidinoso sicuti propria raptus non erit, ubi et ipsa, et Parentes consentiunt, licet fratres ejus talem discessum impedire conarentur. Ad raptum tamen non requiritur, quod copula, aut impudicus actus inde sequatur, sed sufficit, quod persona abducatur animo libidinosum consequendi.

391. Ex quibus jam habes discrimen inter stuprum et raptum. Nam, ut ex supradictis patet, stuprum proprie dictum solum committitur erga virginem, et quidem per ruptionem violentam claustri virginalis; contra verò raptus committitur etiamsi nullus actus libidinosus exerceatur erga personam abductam per vim, et violentiam, et ne fors raptus.

quæcunque sit persona abducta, nimirum sive ea sit virgo, sive vidua, sive conjugata, aut aliàs commota, sive sit vir, sive sit femina. Insuper ad stuprum non requiritur, quod persona de uno loco ad alium per violentiam abducatur, quod tamen ad raptum est necessarium.

Porrò peccatum hoc gravissimum esse, et specietenus in confessione explicandum, per se est manifestum. Tale enim peccatum non tantum est contra virtutem continentiæ, sed etiam contra virtutem justitiæ, ob injuriam illatam aut personæ per vim abductæ, aut Parentibus ejus, aut iis, sub quorum cura commissa est ipsa persona abducta, sicuti et in confessione explicandi erunt actus turpes, si qui deinde sive acciderit; quippe qui istiusmodi sola raptu, hi per se non intelliguntur.

12. Pro praxi hic quæres, quid necessarium sit ex parte feminæ, aut cujuscunque personæ raptæ, et per vim oppressæ, sicuti et stupratæ virginis, ut sit omninò immunis à culpa, et à peccato?

Respondeo, mulierem per vim, ac violentiam raptam, aut oppressam ante omnia tenere elicere firmum, et efficax, ac constans propositum voluntatis nunquam consentiendi in quæ turpia sibi intentatum, avertendo animum suum omnino à delectatione etiam sensibili rationis turpis congressus exorta, interim se Deo ex toto corde commendando, ac in ipsum Deum, ac Dominum mentem suam fixam tenendo. Cum enim voluntas suorum actuum absoluta sit domina, quamprimum non adhibebit media opportuna ad avertendum affectum, vel consenserit, statim violentia cessat, et voluntarium incipit, et peccatum, quia, ut optimè notat S. Thomas 1. 2. q. 6. A. 5. ad 2dum, licet ille, qui patitur non conferat agendo, confert tamen volendo pati.

Præterea prædicta mulier tenetur efficaciter positivè resistere, et impedire exterius motu, agitatione totoque conatu sui corporis, ac etiam elata voce clamare, ubi adest spes subsidii impetrandi, præsertim ubi nihil efficax urget in oppositum. Qui enim non adhibet omnia media sibi moraliter possibilia ad reprimendam vim alterius conantis eum trahere ad rem intrinsecè malam, tuncque eam, in eam mentò censetur consentire. Unde Deuter. 22 jubebatur stuprata in domo sua lapidari, non autem in agro violata, quia nemo in domo utiliter clamare, sequi verò in agro, merito præsumebatur. Et hinc P. Sporer de Sacramentis Part. 5. cap. 3 sect. 2. § 5. num. 605. cum de Lugo sapienter monet, in praxi difficulter credendum esse, mulierem dicentem se per vim oppressam fuisse à culpa immunem, cum vix contingere possit, ut si ipsa velit omni conatu resistere, congressum tum non impediat: Quam certè admittere non debet ac eo, quod aliàs reputabitur. Quod tamen dici non fit, ubi ipsa semen viri ... intra ... expellere conaretur, ut vel constat ex hac 34. inter damnatas ab Innocentio XI. propositione: Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur. Vel etiam patet ex eo, quod sicuti nunquam licet directè procurare pollutionem; ita à fortiori non licet receptum semen abjicere.

393. Dixi autem supra: Praeceptum ubi nihil efficax
urgeat in oppositum. Nam licet, tutius inter se conveniant Doctores
mulierem per vim oppressam, posse etiam defensione occisiva se
tueri contra iniquum aggressorem, dum nulla alia via suppetit ad
se liberandum; quinimo et quoi clamare possit, etiamsi aggressor
deinde innocens esset a Parentibus, aut aliis occidendus, utpote iure
iure suo utatur; maxima tamen difficultas est, an possit suae maa
violationem permittere potius, quam aggressorem occidere, aut ad
mortem, ubi ille a Parentibus, aut aliis occidendus foret; aut a consorte
ipsa esset ab iniquo aggressore, si clamaret, aut sui copiam
denegaret, interficienda. Ad quam difficultatem mihi satis probabile
394. videtur sententia P. Sporer, Navarri, Reginaldi, Bonacinae aliorum
dicentium, quod sicuti ubi quis merito confidit se esse in statu
liciti permittere sit, se ab iniquo aggressore occidi, etsi defensione
occisione se tueri possit; ita et praedicta mulier injustae oppressionis
sui materialem violationem, mere silendo, negative se habendo
mittere posse, ubi merito sperare possit, se non consensuram
ac a sensibili delectatione inde exurgenda ex actuali conj
bitu vincendam non esse, sed etiam ad tunc quantum sit
suram turpes motus, ac sui seminationem impedituram
merito sperare possit, ubi se nimium fragilem, atque assuetam
essentia non agnosceret, ac praecibus se Deo commendaret
mentem suam in Deum, ac Divina converteret, idque eo unico fine
praestaret, ne aggressor ad inferna descenderet, aut ipsa vi
suam servaret vel ad melius suae saluti spirituali providere
vel ad actum charitatis erga semetipsam exercendum. Nam
grassus viri ac mulierem violentus habitus mulieri non im
tur, ut constat ex illo S. Luciae ad Paschasium Praefectum
vitam passeris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam
In aliis autem casibus accessus viri ad praedictam mulierem
esset moraliter violentus, utpote cum supponitur, ipsa pa
quantum moraliter sit, ac consensum suum omnimode dene
gare, ergo &c. Haec autem tanquam probabiliter dicta pro de
to, et obligatione, licet utrumque tacendum sit, optimum esse
pro secundo casu imitari exemplum castae Susannae, quae
etiam timore mortis, et infamiae, a senibus injecto, noluit
indulgere. Quod et tanquam perfectum admitto ubi mea
solius infamia, mulieri immineret, utpote cum talis ras
tra in gloriam cederet apud cordatos viros. Haec
prout hic spectat, de usus obligationibus dicam in Tractatu
de justitia, et jure.
395. Adulterium est fidei conjugalis, seu ...
thori violatio: Quod tripliciter contingere sit, et primo cum se
sibi complacet et desiderat vel actu concumbit cum conjugata
cum conjugatus exortat, vel actu accedit ad solutam
conjugatus existit, vel actu cognoscit conjugatam. Atque
plex est, nempe aliud est pure mentale, aliud reale tan
aliud formale tantum, et aliud reale, et formale simul
tantum mentale tantum, seu pure mentale illud est, quo quis
bene voluntarius in animo sibi complacet, consentit, ...

et concupiscit ad alienam accedere; itâ ut ut effectus non sequatur, pec-
catum hoc esse graviter culpabile, et verum adulterium, ac proinde
speciatim in confessione explicandum, constat tum ex nono De-
calogi praecepto: Non concupisces uxorem proximi tui: tum ex illo
Matth. 5: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moecha-
tus est eam in corde suo. Adulterium materiale tantum est, quando quis
395 revera accedit ad alterius conjugem, altri aut invincibiliter credens
esse suam, aut si sciens non esse suam invincibiliter existimat esse
solutam. Atque haec adulterii species veram adulterii malitiam
non participat, utpote cum haec sit invincibiliter ignorata,
et proinde nullo modo volita: quinimo licet si accessus ad
alienam secundo modo contingat, simplicis fornicationis
malitiam induat, cum haec et sit cognita, et volita; altri nullo
modo culpabilis est, si primo casu contingerit, ut patet ex ex-
emplo S. Patriarchae Jacob ad Liam, quam tunc non suam accedens.
397 ...... Adulterium autem formale tantum est, cum
quis accedit quidem ad suam; altri credens, et putans non esse
suam, sed aut solutam, aut alienam, aut si sciat ipsam esse suam,
attri ad eam accedit ex affectu, complacentia, aut desiderio
alterius, v.g. imaginando esse alienam, aut solutam, ac cum
ea sic accedere tunc desideraret habere congressum.
Hocque peccatum veram Adulterii malitiam praeseferre, patet
ex dictis de actibus internis malis, et constat vel ex eo, quod
actus internus malitiam suam ab objecto sortiatur, quod cum tunc
sit in genere adulterii actus ille internus erit adulterinus, et
ideo speciatim in confessione explicandus, ut infra osten-
303 .... Adulterium tandem reale, et formale
simul est actualis congressus carnalis aut soluti cum conjuga-
ta, aut conjugati cum soluta, aut conjugati cum conjugata non
sua, ut tali cognita. Hocque peccatum tanquam gravissimum
insectantur sacrae literae, et Levitici 20, ubi legitur = si moecha-
tus fuerit cum uxore alterius, et adulterium perpetraverit cum con-
juge proximi sui, morte moriatur, et moechus, et adultera = Un-
de Apostolus 1. Corinth. 6. ait: Nolite errare, neque fornicarii, neq.
adulteri, neque molles regnum Dei possidebunt. Quinimo peccatum
hoc majorem oppositionem, quam dicit cum virtute continentiae,
etiam contrariatur virtuti justitiae, cum per traditam datam in
sacramentali contractu matrimonii uterque conjux mutuum
jus in corpus alterius conjugis acquirat, juxta illud Apostoli 1. Corinth.
7: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter
autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.
23 ... quidem ita inextricabile, ut illi renuntiare ex conjugibus
renuntiare nequit, ea ratione qua Clericus nequit renuntiare
privilegio Canonis in bonum totius status Clericalis concesso, et mon-
strante: Adulterium commissum nedum cum ... sed etiam con-
fitendum, conjuge in sacramentali confessione est notan-
dum, ut constat vel ex propositione ordine 50 inter damnatas
ab Innocentio XI, quae sic sonat = Copula cum conjugata.

consentiente Marito, non est adulterium, adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatam. Cujus et ratio est, tum quia jus conjugis in alteram conjugem est limitatum, et restrictum, nempe ad [illegible] matrimonij, adeoque licitè concedere non sit uxori, ut [illegible] communicatur; tum quia tunc fit injuria sacramento, et matrimonio, quod uxoratis praecipit servare fidem conjugalem, et solùm permittit coire ad debitam prolis generationem, et [illegible]. Quare conjux carnaliter ab alio cognita, consentiente suo marito, et hanc circumstantiam in confessione sacramentali [illegible] tacere debet, cum tunc ei peccato mariti est conjuncta.

399 Quaeres quodnam ex adulterijs realiter et formaliter simul sit gravius peccatum?

Respondeo, quod, ubi unus ex conjugibus tantum est adulteratus, gravius sit adulterium mulieris, quàm viri [illegible] licet tam Adulterium viri, quàm mulieris aequaliter sint contra bonum fidei conjugalis, et sacramenti matrimonij, ac jus [illegible] in corpus suum; attamen si damna spectantur, quae ipsum Adulterium consequuntur, gravius est mulieris, quàm viri Adulterium. Adulterium siquidem uxoris primò prolem de suo Patre incertam reddit, et sic facere sit injuriam legitimo [illegible] adducendo extraneum in portionem haereditatis: 2dò majori dedecore, et infamia afficit maritum, et filios [illegible] quàm si maritus adulteraret: 3tiò et magis repugnat rectae rationi, utpote cum magis difforme sit rectae rationi mulierem à pluribus viris agnosci quàm virum pluribus carnaliter commisceri 4tò tandem causat majores inimicitias, seditiones, jurgia &c., quàm si maritus tale crimen committeret.

Loquendo verò de Adulterio, ubi uterque

400 conjugatus foret, respondeo, hoc esse gravius duobus [illegible] [illegible]. Nam tunc nedum fit injuria sacramento, et propriae conjugi, sed etiam marito mulieris, quam carnaliter cognovit, et adeò tunc duo jura adaequatè distincta violantur et propterea duplex numero malitia incurritur, [illegible] necessariò in confessione sacramentali explicanda, ut [illegible] patet ex dictis de differentia numerica peccatorum à num. 99 et pluribus sequentibus. Quod etiam verum est [illegible] matrimonium illorum conjugatorum est tantum [illegible] [illegible], utpote cum et illud utpote [illegible] [illegible] actuale jus in corpus conjugis. [illegible]

Quaeres iterum, an conjugatus exercens impudicos tactus, et labiorum [illegible] oscula, aut sodomiticè cognoscens [illegible] aut etiam sodomiticè agens, aut se voluntarie [illegible] cum uxore propria reus sit Adulterij?

Respondeo quod ad [illegible] spectat, conjugatum [illegible] exercentem tales impudicos, aut [illegible] osculantem, tangentem aut sodomiticè cognoscentem [illegible], et à fortiori alterius uxorem reum fieri adulterij; tunc siquidem affectivè saltem [illegible] [illegible] suam cum alienae injuriam [illegible] proprij conjugis [illegible] [illegible] cum qua tales actus exercet, est conjugata, injuria

inter ejus merito: ac proinde difficultas solum est de sit circa pollutionem, et sodomiam cum propria uxore exercitam. Ad quam saltem probabilius cum Salmanticensibus hic Tract. 26. De sexto, et nono præcepto Decalogi cap. 5. Pun. 2. num. 15. plures pro sua sententia allegantibus Doctores, dicendum videtur, tales turpes actus præter propriam malitiam dicere et eam, quæ adulterio inest. Nam cum matrimonium conjugibus solum tribuat jus ad actus [illegible] ordinatos ad prolis generationem, illique actus impudici, nempe pollutionis voluntariæ, ac sodomiæ sint contra et modum, et substantiam generationis, hinc læditur fides conjugalis vetans de se, ac interdicens quemcumque actum venereum ad copulam non ordinatum, eique oppositum; et proinde prædicti turpes actus sunt adulterini; et adeo specialiter in confessione explicandi; et ita quidem, ut conjugatus nedum satisfacere debeat suum proprium statum, sed etiam dicere debet se eos actus cum propria uxore exercuisse. Quia si status propriæ uxoris non indicabitur, regulariter confessarius intelliget, talia peccata facta, vel cum soluta, aut cum aliena conjugata, et sic vel non manifestaretur adulterium ex parte complicis, vel injustitia facta alieno thoro, quod tamen esset. Hæc de Adulterio, de cujus obligationibus dicam in Tractatu de justitia, et jure.

702 Incestus est luxuriæ peccatum cum cognata, aut affine intra gradus à jure prohibitos in ordine ad matrimonium contrahendum. Dicitur primo: luxuriæ peccatum: ad indicandum, quod nedum actualis concubitus, seu copula, sed etiam tactus, oscula impudica, et alia similia incestus malitiam participant, si cum persona conjuncta, et propinqua exerceantur. Dicitur 2do: cum persona cognata, aut affine intra gradus &c, quia si inter personas peccantes nullum intercedat vinculum aut consanguinitatis, aut cognationis legalis, aut spiritualis, aut affinitatis, quod valeat matrimonium dirimere, tunc luxuriosus actus etiam consummatus malitiam incestus non habebit.

Peccatum autem incestus gravissimum esse, et adeo quam maxime execrandum, constat ex Apostolo 1. Corinth. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem Patris sui aliquis habeat. Cui consonat illud Marci 6. ubi Joannes Baptista vitium hoc in Herode increpabat dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris tui: et illud Levit. 18. Ego Dominus. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet ut revelet turpitudinem ejus: Quoniam peccatum hoc est ita grave, ut specialem malitiam in se contineat distinctam à cæteris luxuriæ speciebus, et adeo specialiter in sacramentali confessione patefaciendam; opponitur enim huic virtuti pietatis, et reverentiæ jure naturali debitæ sanguine conjunctis. Quod vel constat ex eo, quod inter Gentes

semper damnarunt carnale commercium cum consanguineis in linea recta tum ascendentium, v.g. Filij cum matre, tum descendentium, v.g. Patris cum Filia propria. Est hic non parva difficultas inquirere

403 1mo, an, et qua ratione malitia incestus cum consanguineis differat ab incestu cum affine, aut cognata cognatione legali aut spirituali? 2do, an, et quomodo varietas graduum sive consanguinitatis, sive affinitatis unum ab alio incestum discernat?

Pro quibus solvendis difficultatibus notandum est 1mo, nomine Consanguinitatis intelligi vinculum, seu conjunctionem, quam inter se habent plures personae ab eodem stipite per carnalem propagationem descendentes. Quae duplex est, alia nempe est consanguinitas in linea recta, et alia in linea collaterali, seu transversa. Consanguinitas in linea recta est quae intercedit inter unum communem plurium caput, seu Principium, ac omnes descendentes per successivas generationes, sicque Pater est consanguineus Filijs suis, Nepotibus, Pronepotibus etc. Haecque juxta satis probabilem sententiam usque ad infinitum extenditur, adeo ut v.g. Adam si nunc revivisceret saltem sine dispensatione non posset in uxorem sibi copulare ullam ex feminis nunc degentibus. Consanguinitas vero in linea collaterali, seu transversa ea est, quae intervenit inter personas ab uno capite descendentes, ut inter fratrem et sororem, inter consobrinum, et consobrinam etc. Haecque juxta dispositionem Trid. Sess. 24 Cap. 4 de Reformat. Matrim. extenditur usque ad quartum gradum inclusive, ut inter taliter sanguine junctos matrimonium consistere nequeat sine speciali Summi Pontificis dispensatione.

404 Notandum est 2do, nomine Affinitatis venire vinculum, seu conjunctionem, ac propinquitatem personarum ortam ex carnali copula completa, apta scilicet de se ad generationem. Quae si ex copula licita, matrimoniali nimirum oriatur usque ad quartum gradum inclusive extenditur; si vero ex copula illicita tantum usque ad secundum gradum inclusive ex eodem Trid. Concilio statuta dispositione; et ita quidem, ut haec intervenit solum inter virum, et mulierem, ac mulieris consanguineos, et inter mulierem, et virum ac viri consanguineos.

405 Notandum est 3tio, nomine cognationis spiritualis intelligi vinculum, seu propinquitatem personarum jure Ecclesiastico introductam in ordine ad matrimonium inter eas personas dirimendum. Haecque oritur ex Baptismo et Confirmatione, ut constat tum ex Com. ... ius De Cognat. Spirituali his expressis verbis: ex datione aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam contrahitur, quae matrimonium impediat, aut dissolvat: tum ex citato eodem Sess. 24 Cap. 2. Porro, ut patet ex eodem Trid. ... no haec intervenit solum inter ipsum sanctificantem et sanctificatum, inter baptizantem, et baptizatum, ejusque patrem, et matrem,

trem, inter Patrinos, seu susceptores et baptizatum, ejusque Patrem, et Matrem. Quod cum proportione contaminationis sacramento applicatis

406 Notandum est ultimò, cognationem legalem, de qua hic sermo est, aliam esse perfectam, et imperfectam aliam. Perfecta est qua homo liber, ac sui juris ab alio in filium assumitur auctoritate Principis, et transit in potestatem ipsius adoptantis tanquam necessarius heres ex testamento, et ab intestato. Imperfecta verò est, quia aliquis assumitur in filium; ita tamen ut non transeat in adoptantis potestatem, tanquam heres ex testamento, sed tantum ab intestato per potestatem judicis interioris ex consensu solius adoptantis. Atque de hac cognatione hic nobis non est sermo, utpote cum satis incertum sit apud Theologos, an hæc inducat impedimentum dirimens matrimonium inter personas taliter conjunctas: adeòque nos loquimur tantum de vinculo, seu propinquitate, quæ intercedit inter personas ratione cognationis legalis perfectæ, quæ juxta juris dispositionem usque ad quartum gradum inclusivè extenditur inter adoptantem, et adoptatum, ejusque posteros, seu descendentes; item inter adoptatum et adoptatam, et filios, ac filias legitimos adoptantis sub patria potestate degentes, ac non emancipatos; insuper et inter adoptatum, et uxorem adoptantis, et inter adoptantem, et uxorem adoptati. Quibus notatis

407 Dico primò cum communiori, et probabiliori ac praxi conformi sententia, incestum inter consanguineos differre ab incestu inter affines, aut spirituali, aut legali cognatione conjunctos, et vicissim, ut necesse sit in sacramentali confessione patefacere gradum sive consanguinitatis, sive affinitatis etc.; ac proptereà non sufficit in sacramentali confessione simpliciter dicere: commisi incestum: sed insuper debet dici cum qua persona, an nempe ea fuerit consanguinea, an affinis etc.? Quod vel satis evincitur ex eo, quod vincula consanguinitatis, aut affinitatis, aut etc. fundantur in diversis, ac moraliter distinctis principiis, ut patet meditanti eorum ideam, et notionem; adeòque ea vincula sunt inter se moraliter distincta, et diversa; atqui ea peccata, per quæ violantur vincula inter se moraliter distincta, et diversa moraliter distinctam, et diversam malitiam præseferunt, et proinde specialiter in confessione sacramentali declaranda, ut patet; ergo etc. 1.º sanè in æstimatione morali longè alia, et diversa esset malitia homicidii, ubi quis propriam matrem, aut proprium filium occiderat, ac esset ubi quis occiderat patrem, aut sororem uxoris suæ, aut patrem adoptivum, ejusve filium legitimum, et naturalem. cur ergo et hoc dici non debebit ubi quis carnaliter cognoverat propriam matrem; alius verò carnaliter cognoscerat matrem, aut sororem uxoris suæ, aut etc. licèt proinde utrumque peccatum opponeretur reverentiæ, pietati, et honori propinquis debito, utpote cum respectu illorum omnium licèt virtus pietatis sit una moraliter, est tamen multiplex formaliter. Quod et omninò consonat doctrinæ S. Thomæ, qui licèt

in ea lucrit sententia, quod circumstantiæ notabiliter aggravantes intra eandem speciem necessario in confessione non sint. patefaciendæ; tum opusc. 12. q. 6. aperte docet, quod ubi quis commisit incestum cum sorore, hanc circumstantiam debeat declarare in confessione expressione certam personæ, cum qua aliquis peccavit, videtur mihi, quod non sit in confessione tacienda, quando fit vitari... [illegible] ideo si sit speciem peccati confiteri, non innotescendo personam cum qua peccavit, peccat eam exprimendo. Si vero speciem peccati exprimere non possit, nisi exprimendo personam, cum qua peccavit, puta si cum sorore concubuit, necesse est, ut exprimendo peccati speciem, exprimat personam. Hæc S. Thomas, quo nihil clarius sit desiderari. Ex quo proinde etiam patere debet, quod si alicubi S. Doctor videatur loqui de incestu tanquam de una specie malitiæ, ibi loquitur de incestu, prout contradistinguitur ab aliis speciebus luxuriæ v. g. adulterio, raptu, sacrilegio &c. non vero de incestu tanquam specie infima sub se nullam speciem continente.

408. Tuo 2do pariter cum communiori, ac probabiliori, ac praxi conformi sententia, incestum cum consanguinea aut affine, et cognata cognatione legali in linea recta ita differre et incestu in linea collaterali commisso, ut hoc opus sit in sacramentali confessione patefacere. Quod et dicendum est de incestu sive cum consanguinea, sive cum affine primo gradu lineæ sive rectæ, sive collateralis respectu diversi remotiorum. Quod tamen non ita asseri posse videtur respectu secundi, tertii, et quarti gradus sive consanguinitatis sive affinitatis promiscuum in linea collaterali. Et quidem primam partem, et præsertim quoad incestum cum consanguinea in linea recta, patet vel ex eo, quod natura ita abhorret a commercio cum propria matre, vel filia, ut vel gentes ita damnaverint talem concubitum, ut semper judicaverint matrimonium inter tales personas consistere non posse. Et de facto nec Deus neque in summa necessitate propagationis generis humani unquam dispensavit ad tale matrimonium contrahendum: contra vero evenit in carnali commercio cum consanguinea in linea collaterali, cum Deus ad hujusmodi matrimonia contrahenda primis mundi saeculis dispensaverit ex quo et desumitur ratio pro incestu cum affine, et cognata cognatione legali in linea recta, in talis persona affinis, et cognata moraliter sit diversimode conjuncta ac persona in linea transversali.

Quoad 2dam vero partem, et præsertim quoad incestum cum sorore constat ex eo, quod longe alia est reverentia debita sorori, quam consobrinæ, cum in hujusmodi gradu nunquam dispensat ecclesia, et Deus ipse nunquam dispensavit nisi pro prolis in summa necessitate propagationis humani generis. Ex quo et ratio oritur pro incestu cum sorore propriæ conjugis. Turpius enim est hanc cognoscere, quam aliam consobrinam, et ita quidem ut vel ipsa natura abhorrere videatur

Jus, non ita facile dici possunt de consanguineis, ac affinibus in ceteris gradibus. Per quod constat ad 2am responsi partem: licet, proinde non desint plures magni nominis Doctores, qui et secundum gradum volunt patefaciendum in confessione. Sed de incestu jam satis.

Sacrilegium carnale, de quo in praesenti est sermo, est actus luxuriae, sive internus, sive externus sive perfectus, seu consummatus, sive imperfectus, et incompletus, quo res Deo sacrata violatur. Hocque ratione sui superaddere novam malitiae speciem actui luxurioso secundum se spectato, per se est manifestum. Nam praeter oppositionem, quam actus luxuriosus habet cum virtute continentiae, aut alia virtute, superaddit malitiam contra virtutem Religionis, cultum nempe Deo, rebusque Deo sacratis debitum. Et triplex est, nimirum personale, locale, et reale. Personale est, dum persona Deo per votum castitatis consecrata contra virtutem castitatis peccat sive per actus internos, sive externos libidinosos. Et triplici modo committi potest, sicut diximus de Adulterio, nimirum 1mo cum persona voto castitatis ligata peccat cum persona tali vinculo soluta sive per tactus simplices, sive per copulam, sive &c. 2do cum persona a vinculo voti castitatis libera peccat cum persona voto castitatis ligata: 3tio cum quis voto castitatis ligatus peccat cum persona pariter tali voto obstricta. Quibus modis et addi ne quartus et est: cum persona voto castitatis ligata in se admittit delectationes morosas, turpes tactus, pollutionem &c. absque relatione ad ullam personam. Atque alterutrum ex his modis specialiter in confessione explicandum esse, patet ex dictis in simili de Adulterio num. 400. In tertio enim casu non solum violatur votum proprium, sed et cooperatur violationi voti alterius personae; adeoque duplex peccatum sacrilegii fit, quod in tribus aliis casibus non contingit.

410 Difficultas tamen non parva est inter Doctores, an peccatum luxuriae commissum ab habente votum simplex castitatis specie differat a luxuriae peccato commisso a Persona habente votum solemne castitatis, quale est votum Subdiaconi, et Religiosi professi: similiter et an luxuriae peccatum factum ab habente plura castitatis vota, qualis est Sacerdos Religiosus professus, differat a peccato facto contra castitatem ab eo, qui unicum castitatis votum emisit. Ad quam difficultatem Salmanticenses Tract. 26. de sexto, et nono Decalogi Praecepto Cap. 6. Pun. 2. num. 7. cum Henriquez, Sanchez, Bonacina, ac pluribus aliis partem negativam sustinent contra nonnullos alios, quibus accedunt Cimbalidus, et P. Sporer aperte docentes, opus non esse in confessione patefacere an votum fuerit simplex, an solemne, an unum, an multiplex. Ex ea nempe ratione, quod votum solemne, et votum simplex castitatis identificantur, et specifice non differant inter se, sed tantum accidentaliter, cum eandem numero Religionis virtutem eodem modo appetere respiciant. Et pariter ea plura vota se habent tanquam plura praecepta tantum materialiter distincta, juxta dicta autem de differentia specifica, et numerica peccatorum sola diversitas et mul-

tiplicitas moralis praeceptorum non diversificat moraliter peccata contra ea facta, ergo dici debet quid et statui solutio ad aliam difficultatem, an nempe, qui post emissum castitatis votum, aliud emittit de non committenda V. G. pollutione, si se polluat, duo sacrilegia committat? Dicendum videtur est, tunc unum numero peccatum committi ex ratione modo adducta, quia nimirum illa duo vota sunt tantum moraliter diversa, et distincta.

411 Sed quid dicendum erit, si habens castitatis votum inducat, aut consulat alium ad carnaliter peccandum, aut vero suis tactibus personam solutam polluat absque alia sui delectatione? Ad quod dicendum est, tale peccatum in utroque casu malitiam sacrilegii participare, adeoque voti circumstantiam in sacramentali confessione patefaciendam esse, quidquid nonnulli Doctores dicant in oppositum. Et vero se patet. Nam tales actiones fieri nequeunt absque affectu, et complacentia ad res venereas, quae sunt voto castitatis opposita: et praeterea inductio, sollicitatio, et cooperatio ad alienum peccatum ab eo tamquam suo effectu speciem desumit: peccatum autem, ad quod in casibus sollicitatur, cooperatur, est in genere luxuriae ergo et inductio, sollicitatio, et cooperatio est in genere luxuriae, et adeo obligationi voti castitatis opposita; ergo Hactenus de sacrilegio personali carnali.

412 Sacrilegium carnale locale est loci sacri violatio per carnalem actum. Hocque peccatum specialem malitiam distinctam ab ipsa fornicatione V. G., adulterio, pollutione dei per sinere, certum est. Tales enim turpes actus in loco sacro exerciti quammaxime repugnant sanctitati loci ad divinum cultum consecrati, et ita quidem ut ex religionis motivo ecclesia sacra ~~eos prohibuerit~~, proindeque talis circumstantia loci sacri necessario in sacramentali confessione erit patefacienda.

413 Haec tamen quamvis tamquam certa admittantur; attamen non parva difficultas est tum in assignandis turpibus actibus, qui malitiam sacrilegii participant circumstantia loci sacri; tum in explicando, quid nomine loci sacri sit intelligendum.

Itaque quoad primum dicendum est, per ipsam copulam illicitam, et voluntariam pollutionem seu distillationem, sicuti et per conjugalem copulam licitam extra casum urgentis necessitatis in ecclesia, vel in loco sacro publicam, et notoriam habitam malitiam sacrilegii localis committi, paene omnes conveniunt, utrum vero etiam tunc polluatur dicatur, sed etiam et inficitam malitiam localis sacrilegii contrahi, si praedicta copula aut voluntaria pollutio, aut distillatio non fuerint publica, et notoria, sed occulta tantum, ut sustinet communior, et probabilior sententia. Nam licet tales turpes actus, quousque occulti manent ecclesia, locusve sacer tamquam pollutus non habeatur; attamen ubi primum tale crimen propalatur, et notorium fit, statim locus sacer tamquam pollutus habetur; repugnabat ergo tale crimen sanctitati loci etiam ubi primo commissum fuit, ergo fuit sacrilegium. Et sane si res Virtuniis panentibus

tacitè reperire sit tales turpes actus sive publicè, sive occultè exercitos repugnare sanctitati loci, adeoque sacrilegos esse, sicuti copula habita cum conjugata, sive publicè, sive occultè est semper adulterina. Quod non procedit tamen, ut superius notavi, et expressum est, de ipsa conjugali copula in casu necessitatis exercita, ubi v.g. conjuges coguntur diu morari in ecclesia, ut fieret tempore belli, et obsidionis, et conjuges pro sua securitate in ecclesiam se recepissent, ac uni periculum grande incontinentiae immineret, à quo aliter, quam actum conjugalem exercendo se liberare non possent. Cujus ratio est quia praecepta ecclesiae, qualis est prohibens exercere copulam in ecclesia, in casu moralis necessitatis desinunt obligare, et proinde talis copula non est contra reverentiam loci sacri, utpote exercita et irreverentiam nullam inducens. Major vero difficultas est circa actus turpes, in materia luxuriae imperfectos, ut sunt oscula, aspectus, verba, et tactus turpes in ecclesia, ac loco sacro habitos, an nempe et hi malitiam sacrilegii induant. Nam certum est, ut habetur in Capit. unico de Consecrat. ecclesiae in 6, et in Capit. Ecclesiis, de consecratione dist. 1. locus sacer per solam seminis effusionem, et non per alios actus turpes absque seminatione exercitos pollui videatur. Atque hinc varia doctorum placita exorta sunt. Nonnulli enim absolutè negant, tales turpes actus esse sacrilegos: alii verò nullum discrimen facientes inter libidinosos actus sive internos, sive externos, sive notabiliter, sive leviter tantum turpes, hos omnes in loco sacro habitos virtuti religionis opponi, et sacrilegos esse docent. Quamplurimi verò distinguentes tum inter actus turpes secundum se graviter peccaminosos, ut sunt tactus, et aspectus pudendorum personae diversi sexus, tum inter actus turpes secundum se leviter peccaminosos, ut sunt breves tactus manuum, aut pedum, et levis aspectus mulieris, tum inter actus libidinosos internos, et externos, primò docent, actus externos graviter turpes in loco sacro habitos praeter malitiam luxuriae, malitiam etiam sacrilegii importare, tum quia ea lex, quae tanquam sacrilegam damnat pollutionem in ecclesia habitam, et damnare debet actiones inducentes periculum proximum illius; quod jam praedicti actus turpes secum afferunt: tum quia tales actus etiam seclusa ecclesiae prohibitione, et independenter à quacumque lege ecclesiastica positiva, repugnant sanctitati loci Deo, ac divino cultui sacrati. Nam ecclesia in capitulis supra citatis ex religionis motivo copulam, et pollutionem in loco sacro fieri prohibuit, quia judicavit, esse contra reverentiam loco sacro debitam, adeoque ac se repugnare sanctitati loci sacri; ac proinde dicendum est, quod sicuti similes turpes actus cum conjugata exerciti induunt adulterii rationem, ita etsi in ecclesia exerceantur, sunt sacrilegi: ac proinde falsum est, quod sit solùm ex prohibitione ecclesiae, quod copula habita in ecclesia sit sacrilega. Quod est principium oppositae sententiae.

415. Secundò dicunt, actus externos leviter turpes, in ecclesia habitos tanquam sacrilegos habendos non esse, quia de se non videntur gravem irreverentiam contra sanctitatem importare, neque proximè influere in pollutionem, quæ tanquam sacrilega ab ecclesia expressè prohibetur, nam quis valde durum videtur esse tanquam sacrilegum damnare unicum aspectum mulieris in ecclesia habitum, vel amorosum tactum levem, ob idque quia talis circumstantia loci sacri necessariò tunc in confessione sacramentali esset patefacienda: quod certè praxi non cohæret, cum de tali circumstantia neque peritiores se accusare soleant, nec confessarii interrogare.

416. Tertiò tandem circa actus internos [illegible] existentem sive intra, sive extra ecclesiam in ea fornicari, aut se polluere, aut aliud luxuriæ peccatum externum committere desiderantem sacrilegii reum, non secus verò si talia crimina extra ecclesiam committere desideraret. Et ratio primi est, quia desideria, cogitationes et alia peccata interna sunt ejusdem speciei cum actu externo, atque peccatum externum luxuriæ in ecclesia commissum, ut supra dictum est, sacrilegii malitiam participat. Quod vel etiam patet ex eo, quod illo in casu circumstantia loci sacri se tenet per modum objecti: actus autem internus ab objecto malitiam desumit, ergo [illegible] ex quo [illegible] ratio patet quia nempe tunc circumstantia loci sacri se tenet per modum objecti, sed subjecti, utpote cum tunc fornicari desiderans nullo modo curat, sed opinione excludit locum sacrum. Hæc quoad dubium primo loco propositum, nunc

417. Quod ad secundum spectat, nempe quid nomine loci sacri intelligendum veniat, dico, nomine loci sacri hic venire locum benedictum, aut consecratum ad divina officia, vel ad sepeliendos fideles auctoritate episcopi deputatum. Unde nomine loci sacri, et ecclesiæ in primis venit spatium illud, quod est intra [illegible], et altarium chori, ecclesiæ parietem a tecto interiori usque ad pavimentum, [illegible] cœmeterium, et cavernæ sub terra constructæ ad mortuos sepeliendos. [illegible] et capellæ intra ambitum ecclesiæ [illegible] aut communicationem cum ipsa ecclesia habentes [illegible] et locus pro organis pulsandis destinatus, utpote cum [illegible] sint ejusdem ecclesiæ pars, et cum ad divina officia peragenda [illegible], atque organorum sonus sit velut quidam cantus ecclesiasticus, et quidem divini cultus pars.

418. Contra verò nomine loci sacri minimè intelligitur, primò locus supra summa ecclesiæ tectum [illegible] aut caverna, seu spelunca sub pavimento ecclesiæ constructa, minimè destinata ad recipiendas, et in [illegible] sanctorum reliquias, aut mortuos sepeliendos, sed [illegible] pro securitate ecclesiæ, v.g. pro ea [illegible] constructa: quia in rigore, ut est hic locus est extra [illegible] [illegible], in quo nulla sepultura pro mortuis sepeliendis [illegible]: item de locis, ubi campanæ pulsantur [illegible]

ecclesiae elaboratus sit; sicuti et cameras adhaerentes ecclesiae, quae etiam ab Rectore Ordinis ex adverso Arae maximae, aut alibi ad Sacrum audiendum aedificatae sunt, et vulgo Tribunae appellantur: Ista enim loca nec sunt benedicta, nec ad fidelium sepulturas destinata. Idem tandem sacristia muris distinctis a parietibus chori, aut ecclesiae extructa, nec in aliqua parte sive chori, sive ecclesiae, erecta: Haec siquidem neque ad divina officia peragenda, aut mortuos sepeliendos est destinata, sed tantum ad sacrarum vestium custodiam. Quod idem est dicendum de claustro, sive cemeterio ecclesiae minime ad mortuorum sepulturam inservienti, et deputato &c. Si vero quaeras, quid dicendum sit de copula, aut pollutione habita in privatis Oratoriis, an nimirum et haec sacrilega sit dicenda?

Pro cujus dubii solutione duplex Oratoriorum genus distinguemus. Alia siquidem sunt Oratoria auctoritate Episcopi constructa, et erecta, qualia sunt ea, in quibus divina publice celebrantur, omnibus ad ea audienda indifferenter admissis, et super tectum habent campanas ad fideles convocandos per signa ipsis data: Nam, ut jam colligitur ex capit. Later. 62, de Privilegiis, campanae pulsatio non conceditur nisi Oratoriis Episcopi auctoritate fundatis: Atque ideo, ut habetur in ... Ad haec, de Religiosis domibus, hujusmodi Oratoria ad profanos usus redire non possunt, cum semel extructa sunt Episcopi auctoritate; ipsaque Episcopi auctoritate, permissio se habeat, et suppleat benedictionis locum, sitque veluti consecratio, jam praedicta Oratoria habent omnia necessaria, ut sint loca sacra: et proinde sicuti copula, et pollutio voluntaria in ecclesia habita sacrilegii naturam induit, ita et si exercita fuerit in praedictis Oratoriis.

120 Alia vero sunt Oratoria particularium domorum in interiori domus hospitio constructa, nec januam, aut ingressum versus vias publicas habentia, nec auctoritate Episcopi constructa, licet de ejus licentia ibi missa celebratur. Atque luxuriae peccata in illis commissa speciem sacrilegii non habent. Tum quia praedicta Oratoria non veniunt nomine ecclesiae, ut late ostendit Barbosa de offic. Episc. Part. 2. Alleg. 28 num. 22, tum quia ea non gaudent immunitate ecclesiastica, qua loca sacra gaudent; tum denique quia praedicta Oratoria etiam privata auctoritate in usus profanos converti possunt: Quod tamen ut patet ex dictis num. superiori de locis sacris dici non potest. Ex quibus et facile colligere potes, Oratoria quae in interioribus conventuum partibus pro valetudinariis aut novitiatibus constructa sunt, loca sacra dicenda non esse, nisi forte ex Summi Pontificis concessione ibi habeatur asservatum SS. Eucharistiae Sacramentum: et eo minus loca sacra dicenda esse caetera Monasterii loca, ut officinas, dormitoria, cellas, et hujusmodi alia, licet ibi altare habeatur. Haec de locali sacrilegio.

121 Sacrilegium Reale tandem est rerum sacrarum, ut sacramentorum, sacerdotalium vestium, corporalium, calicis,

ratione carum benedictionum Dei per actum luxuriosum profanat. Quod contingit, cum quis rem sacram tanquam instrumentum aut usurpat ad carnale peccatum perpetrandum, aut ea tanquam medio utitur, aut in premium, et pretium luxuriosi actus committit, aut tradit. Ac proinde gravissimi sacrilegij in confessione sacramentali speciatim explicandi reus est primò, qui sacris vestibus illicita, et turpia pertractaverat, aut etiam ornatu vanè delectaretur: 2dò, qui sacra vasa, corporalia, sacra paramenta Dei polluerat humano semine, aut alio luxurioso actu: 3tiò, qui sacram eucharistiam, aut sacra vasa in quibus sunt olea sacra ab episcopo benedicta, gestans carnaliter per actum similem tamen, sive externum peccant: 4to, qui immediatè post eucharistiae sumptionem, cum adhuc species sacramentales non sunt consumptae, et destructae, carnalem actum exercet: qui sacrificium missae, sacramentalem absolutionem, aut alterius sacramenti administrationem promiserat, aut tanquam pretium actus carnalis: Quod et idem dicendum ubi quis tanquam pretium daret, aut promitteret sacras reliquias, Agnos cereos benedictos, aut alia jam benedicta: secus vero dicendum, ubi liberaliter, aut ex gratitudine, aut signum benevolentiae darentur, neque haberetur animus eo dono ad libidinem alliciendi: 6tò, qui sacra eucharistia aut alia re sacra praesertim modo magico abuteretur ad amorem venereum conciliandum. Sed jam cum animus haec referre horreat ab aliis superaddendo, quomodo sacrilegam malitiam, facile est discernere, si vel mentis oculis intuemur, monendo, primò nempe non esse damnandum sacrilegij, qui collum gestans sacras reliquias, aut Agnos cereos benedictos ... aut quodvis aliud carnale peccatum faceret, quia nimirum res illae sacrae per accidens se habent ad tale peccatum nec inde gravis irreverentia emergit quin imo id communiter ... consultum est, et quandoque necessarium ... 2dò neque damnari posse tanquam sacrilegum conjugem ... alium, qui vel nocte antecedente vel consequente ad sacram eucharistiae sumptionem copulam exercuit, nisi aliunde ... sicuti neque illum qui die festo actum luxuriosum peragit, attenta circumstantia solius temporis sacri, ut alibi suo loco dicemus, ubi de festis, et de eucharistia. Hae de ... via naturali, nunc.

Quatuor esse genera luxuriae peccati unnaturalis, seu contra naturam dicitur, supra vidimus: Mollitiem, seu pollutionem, sodomiam, bestialitatem, indebitum concumbendi modum. Haec autem specie distinctam malitiam habere, constat ex propositione damnata ab Alexandro VII, nempe haec = Mollities, sodomia, et Bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimae, ideoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem = ergo luxuriae speciatim nunc ... est.

Pollutio itaque, seu Mollities est voluntaria seminis humani effusio extra concubitum causa libidinis explendae. Esse autem gravem seu mortale peccatum ...

Apostolo 1. Corinth. 6. dicente: Molles Regnum Dei non possidebunt.
Intrinsecè esse ex nãa sua malam constat ex hoc qq. ab Inno-
centio XI. damnata propõe: Mollities jure nãe prohibita non
est. Unde si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, et
aliquando obligatoria sub mortali: Quod vel etiam patet, per
ra: Talis siquidem seminis effusio est contra primarium nãe
finem, ad quem à nãa est institutum, scilicet contra generatio-
nem, prolis procreationem, et hinc speciei conservationem, et
propagationem. Unde in nullo penitùs casu licitum est
eam intendere, et procurare etiam ad propriam vitam tuen-
dam, cùm talis sit obligão legis nãlis ex toto suo genere præcep-
tivæ, qualis est lex prohibens pollutionem. Si enim pollutio vo-
luntaria vel in aliquo casu licita ẽet, facilimè foret, ut ho-
mines ob nãlem pronitatem ad illam halucinarentur, talem
casum ẽe, ubi non est, et adeò nãe lex eam in õi penitùs casu
prohibet ad talia pericula avertenda.

Mollities autem, seu Pollutio primò divi-
ditur in perfectam, et imperfectam, et inchoatam; 2dò in directè
voluntariam, et indirectè voluntariam et omninò involuntariam
3tiò in simplicem, et qualificatam. Pollutio perfecta est, quæ
verum semen, aptum scilicet ad generationem extra debitum
vas effunditur. Imperfecta, quæ et Distillatio nuncupatur, est effu-
sio humoris quasi medij inter urinam, et verum semen. Qui hu-
mor à vero semine in eo distinguitur, quod vel hic absque ulla
sensitiva commotione, partium genitalium effluat, vel si ali-
qua alteratio in parte sensitiva generationi inserviente
contingat; ille tñ sit minus mordax, et magis aqueus et in mi-
nori quantitate, et ad instar stillarum, et minori voluptate, quã
verum semen, effluat. Inchoata verò Pollutio est ipsa vehemens
spirituum genitalium alteratio inducens proximum periculum
expulsionis seminis ad generationem à nãa instituti. Pollu-
tio verò directè voluntaria est seminis effusio in se, directè
sui intenta, et procurata. Indirectè autem voluntaria
est seminis effusio non in se, et ratione sui intenta, et pro-
curata; volita tñ in causa positione, aut non ablatione,
efficaciter in eam influentis. Involuntaria è contra est, quæ
neque in se, neque in sua causa est volita, intenta, et
procurata, qualis est quæ in somnis contingit, ubi nulla
causa in eam notabiliter influens posita fuit, aut si posi-
ta fuit, attñ nulla intentio aut advertentia habita fuit. Pollu-
tio simplex est quæ nullam habet adjunctam malitiam aut ex
parte objecti aut personæ se polluentis, aut intentionis illicitæ,
aut circumstantiarum, ut si solutus laicus se ipsum polluat sistens
in sola delectatione exurgente ex ipsa seminis effusione.
Qualificata tandem est, quæ adjunctam malitiam habet aut
ex parte objecti cogitati; aut ex parte personæ pollutæ
aut ex parte cooperantis, seu complicis, aut ex parte
instrumenti adhibiti, ut v.g. si quis se polluat cum affectu
ad solutam, aut conjugatam, aut se polluens sit clericus, aut
religiosus, aut voto castitatis obstrictus, aut tactibus alterius per-
sonæ polluatur, aut ad se polluendum instrumento aliquo sive
animato, sive inanimato utatur. Quinto notandum

424 Quomodo nihil curandum sit, adeoque nullo modo peccaminosa sit secundum se distillatio naturaliter contingens absque ulla carnis alteratione, et commotione, sicuti et ipsa pollutio naturaliter, seu ex causis pure naturalibus proveniens ac omnino involuntaria; item et ipsa pollutio tantum indirectè, seu in sua causa [struck] voluntaria, ubi ex una parte periculum proximum consensus, et complacentiae in illam, et illius intentio; et ex altera talis causa est actio secundum se licita et honesta, atque ad eam ponendam rationabilis, et justa se habetur; at vero tum ipsa distillatio cum carnis commotione et alteratione eveniens, tum ipsa perfecta pollutio tam di- quam indirectè voluntaria, nempe in causa quae sit actio la efficaciter in illam influens, aut cum periculo proximo consensus et complacentiae in illam conjuncta semper est ad culpam et quidem gravem imputabilis, praesertim ubi causa efficaciter in illam influens est graviter peccaminosa in genere luxuriae. Atque doctrina, quae et intelligenda est de pollutione inchoata partim per se patet, partim ex dictis in Tractatu de Actibus Humanis à num. 24, et pluribus sequentibus, ubi ostendimus quandonam effectus voluntarius in causa sit imputabilis et quando non sit imputabilis ad culpam Theologicam.

425 Dixi autem praesertim ubi causa efficaciter influens in illam est graviter peccaminosa in genere luxuriae. Nam gravis est inter Doctores controversia, an mortaliter, an venialiter peccat ratione pollutionis [illegible] rus, qui seclusa intentione, ac periculo proximo consensus, et perfectae in illam, poneret causam de se leviter malam aut in modo luxuriae, ac leviter tantum influentem? Item et ubi dicta causa influens est actio secundum se licita; at vero non datur [struck] motivum ad eam ponendam? Atque etiam ubi causa influens in pollutionem est quidem graviter peccaminosa; [struck] luxuriae qualis v.g. est ebrietas; aliis communiter dicta Venereis &c.? Verum cum omnium difficultatum solutio pendeat ab alia, quam infra discutiemus, an nempe in re venerea tantum indirectè voluntaria detur parvitas mat.ae ex ibidem dicendis responsio nostra constabit.

426 Atque ex his patet, quid dicendum sit de nocturna pollutione? Eam nempe ad culpam imputandam esse, et quidem gravem, ubi vel ea intenta, et procurata fuit per positionem alicujus causae in eam influentis, v.g. per [illegible] dormiendum, item et ubi etsi non intenta, et volita fuit in se, voluntarie tamen posita fuit causa in genere luxuriae graviter mala, atque efficaciter in eam influens. Quidquid, si roges an sit mortaliter culpabilis, ubi absque intentione illius posita fuit causa tantum leviter influens, aut venialis in genere etiam luxuriae, aut etiam mortalis in alio genere à luxuriae? Respondendum dicam: Contra vero nullo modo est culpabilis ubi neque fuit procurata, aut intenta, neque advertenter voli-

fuit actio aliqua, aut omissio, ex qua fuerit prævisa secutura, nisi forte postquam, aut cum contigit in vigilia, voluntas sibi complaceat, eamque approbat. Nam, ut num. 325, et pluribus sequentibus ostendimus, non licet morose delectari etiam de re objective, et materialiter mala; quinimo neque de ipsa Pollutione naturaliter contingente, ut satis probabilis fert sententia. Atque hinc solum dubium est de Pollutione, quæ capit in somno, et in vigilia perficitur, an nempe statim ac eam patiens factus est vigilans positive reprimere teneatur: an secluso consensu in illam se negative habere possit, permittendo nempe, ut semen naturaliter effluat. De quo itaque lis inter Doctores. Verum, ut testatur Sporer, tenet communis sententia, dicendum esse in casu non esse obligationem positive reprimendi, sed sufficere abicere actum displicentiæ, seu omnem complacentiam, et voluntatis consensum excludendo. Nam in primis tunc regulariter non adest sufficiens rationis deliberatio ad peccatum requisita; deinde regulariter saltem est impossibile impedire, ne talis fluxus eveniat; quinimo retentum semen extra suum sedem plurimum solet valetudini, et saluti nocere: adeoque in casu unice cavendum est, ne vel minimum seminis partem positive conatu repellat; quod certe esset peccaminosum, et quidem graviter malum.

327 Ubi loquendo de Pollutione unum restat monendum pro sacramentali confessione, si ea nempe fuit qualificata, id in confessione esse patefaciendum, cum tunc vel ratione objecti, aut circumstantiarum novam, et distinctam speciem malitiam induat. Quapropter qui se polluit, si se polluendo id fecit cum affectu ad solutam, aut conjugatam, aut voto castitatis ligatam, vel vero ad feminam ut sic, et abstractive apprehensam, id debet patefacere confessario; sicuti et debet patefacere suum statum confessario incognitum, an videlicet sit solutus, an conjugatus, an voto castitatis, seu sacris ordinibus; item et patefacere debet, an solus tale crimen commiserit, an cum socio: atque si cum socio peccaverit, indicare tenetur complicis statum, an videlicet sit vir, an femina, an consanguinea, an affinis, an libera, conjugata etc. et an utriusque pollutio contigerit, an unius tantum: et si unius tantum an fuerit agentis, an patientis: tandem et si aliquo instrumento animato, aut inanimato se polluerit, quis usus fuerit, id patefacere debet, ut vel mediocriter patet cum distincta, et diversa deformitate ratione in his omnibus, aut similibus intercurrat, seu eæ horrendiora.

328 Sodomia, nefandum peccatum divino ultrice igne in Sodomitis, finitimisque populis punitum, jure tum Canonico, tum Civili gravissimis sub pœnis prohibitum, generatim sumpta est duorum innaturalis concubitus, in vase nempe indebito, ac duplex est, perfecta nempe una, et altera imperfecta. Perfecta a D. Thoma 2. 2. Q. 154. A. 11 in C. definitur concubitus ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum, vel feminæ ad feminam: unde respective Sodomiæ crimen committit vir, qui cum

alio viro concumbit, et coit in vase praepostero, et pariter foemina cum alia foemina in eodem vase concumbit, et coit, extra vas illud semen effundendo? Quod certum est. Sed deinde non parva difficultas sit inter Doctores primo, an perfectae sodomiae crimen committat, ubi ad masculum in vase praepostero congreditur, ita tamen, ut extra illud effundatur? 2do, an foemina ad foeminam accedens in vase anteriori, cum illa tanquam vir coire tentando, et perfectam sodomiam exerceat? 3tio, an pariter masculus per masculum congrediens, sed non in vase praepostero, reus sodomiae perfectae criminis? Quamvis enim in duobus primis casibus communissime Doctores sodomiam imperfectam, et incompletam agnoscant, sicuti et in tertio, ubi taliter cupiter agens tantum non intenderet se polluere, sed coire desiderans cum affectu ad sexum indebitum, ac vas praepostorum id praestaret, sodomiam perfectam intentionalem; seu mentalem intentionaliter, fatentur in utramque partem satis probabiliter disputant de sodomia perfecta loquendo, de quo consules Doctores, ut Salmanticenses Tract. 26. de sexto, et nono Decalogi praecepto cap. 7 Pun. 5 § 1. nal To. 1. Tract. 5. Resolut. 65., et Tract. 7. Resol. 140, aliosque.

Sodomia imperfecta autem est concubitus
229 viri cum foemina in vase indebito, seu praepostero, vel saltem affectu ad praeposteras partes ac proinde sodomiticus non est actus, quo extra vas suum naturale, sive praeposterum, absque ullo affectu ad illud, mas, et foemina commisceantur ad libidinem explendam, et pollutionem procurandam; sed revocatur ad mollitiem de qua supra, reducantur. Hoc tamen sodomiae nomine imperfectae, eaque specie diversa a sodomia perfecta vel ex eo patet, quod sodomia perfecta dicit concubitum indebitum virorum ex parte sexus, sed imperfecta autem tantum dicit inordinationem ex parte vasis innaturalis, et indebiti, ac proinde explicanda persona, cum qua habitus fuit concubitus, in confessione sacramentali, sunt et explicandae circumstantiae personae, an nempe ea fuerit soluta, an conjugata, an voto castitatis adstricta, an consanguinea &c.? utrum quis fuerit agens, et quisnam patiens, et an utrisque contigerit? Si enim persona sodomiticum actum exercens, cum qua exercetur, est conjugata, aut voto castitatis &c., tunc praeter malitiam sodomiae incurrit malitiam adulterii, sacrilegii &c., ut supra jam diximus: Item aliis contrariis malitia ... sodomiticum ... semper, non ... nefandum ... quod neque inter Christianos ... nominari ...

230. Bestialitas abominandum ... gravissimumque, quod ... juxta ... 20. ... morte ... est concubitus viri aut ... cum ... non ... speciei ... Hocque crimen est ... ejusdem speciei ... qui ... cum qua coitur, cum ... sit ... cum ... moralis ... contra naturam ...

ut communiter docent Theologi, nec opus erit in confessione sacramentali patefacere, an praedictus concubitus fuerit in vase naturali generationi nempe inserviente, an in alio bestiae, posito nisi forte ob reservationem in uno casu, et non in altero. Res siquidem Bestiae pars aequaliter est instrumentum ad hominis semen recipiendum incapax, et ineptum.

Ad Bestialitatem reducitur concubitus seu congressus cum Daemone assumente formam hominis, aut foeminae, aut alicujus Bestiae. Nam Daemon semper est diversae speciei cum homine, et sic congressus cum illo jam cognito, aut suspicato erit peccatum bestialitatis, superaddens simplici bestialitati etiam speciem, et vitium irreligiositatis, et superstitionis ob societatem cum Daemone perpetuo Dei inimico. Quinimo et si talis coitus erit cum Daemone sub hac specie, poterit habere jam malitiam fornicationis, jam adulterii, [illegible], jam incestus etc., prout nempe fuerit forma foeminae, aut viri a Daemone assumpta, et affectus concumbentis cum eo, sicuti et talis congressus poterit esse sodomiticus, si nempe in vase praepostero coitus habeatur, ut meditanti patet.

Ultima tandem species luxuriae perfectae innaturalis est indebitus concumbendi modus, qui est peccatum contra naturam, per quod vir ita concumbit cum foemina, ut inde impediatur generatio, aut sit periculum non leve eam impediendi, effundendi scilicet semen extra vas muliebre a natura pro generatione institutum. Itaque esse gravissimum peccatum, et quammaxime inveniendum in omnibus, et praesertim in conjugatis facile patet ex dictis tum de Adulterio, tum de Pollutione. Ubi tamen notanda sunt verba illa: Ut inde impediatur generatio, aut sit periculum etc.: si enim tale abest periculum, gravis culpae damnandi non essent conjuges praepostere [illegible] naturali, se cum congredientes, [illegible], graviter tamen reprehendendi, ubi necessitas ita concumbendi non exigeret. In quo tamen maxima cautione opus est confessario. Haec de speciebus luxuriae perfectae. Nunc ad quasdam species imperfectae.

Nomine luxuriae imperfectae veniunt aspectus, et locutio rerum turpium, oscula, amplexus, et tactus impudici, item lectio, cantus, et auditio rerum inhonestarum, atque de his modo agendum est, quandonam, et quale sint peccatum? Pro qua difficultate notandum est, nos hic praecipue sermonem habituros, de aspectibus, et locutione rerum turpium, osculis, amplexibus etc. inter solutos, et nondum vinculo matrimonii ligatos, quales etiam sunt sponsi de futuro. Nam loquendo de conjugatis licet fatendum sit, amplexus, oscula, tactus etc. inter eos exercitos solius voluptatis gratia, ac nullo modo ordinatos ad ipsam copulam, aut ad mutuum amorem conservandum honestum [illegible] aut ad alium honestum finem, esse saltem venialia peccata, ut constat ex hac ordine 9. ab Innocentio XI damnata propositione: Opus conjugii ob solam voluptatem

exoritur, peccatis carent culpa, ac defectu veniali. quinimo et illae etiam partem graviter imputari, ubi periculum proximum pollutionis voluntariae, aut alterutro conjugi induxerint, quippe cum et ipsis extra sit graviter prohibita, utpote contra finem ipsius matrimonii; alter ubi praedicta oscula, tactus &c. ad ipsam copulam ordinantur velut praeparationes, aut ad honestum finem ordinantur neque inordinatum amorem, ac libidinem praeseferunt, nullum sunt peccatum. Cui enim licet finis, et licita sunt media ad finem ipsum conducentia.

Loquendo itaque de aspectibus, locutionibus,
434. cantilenis, et auditione turpium, item de osculis, amplexibus, tactibus inter solutos, aut etiam sponsos de futuro dicendum est, semper ad culpam mortalem esse imputabiles, ubi exercentur ad captandam delectationem veneream, et semper venialem exortam ex commotione spirituum generationi inservientium, aut etiam ubi habent inducere periculum proximum consentiendi praedictae sensibili, ac venereae delectationi inde exurgenti. Et ratio est manifesta, quia aspectus, locutiones, cantilenae, et auditio turpium, item oscula, amplexus &c. habiti causa sensibilis, et venereae delectationis de se, ac natura sua ordinantur ad copulam jam inter solutos, ac inter sponsos de futuro illicitam; adeoque eandem malitiam habent cum ipsa copula illicita; et proinde cum ipsa copula sit graviter peccaminosa; ita et graviter illiciti erunt praedicti aspectus, locutiones &c.; et etiam ubi habent se inducere periculum proximum consensus in ipsam veneream, ac sensibilem delectationem. Cum haec enim sit graviter illicita, et graviter malum est, quod illius periculum proximum induxerit juxta illud: Qui amat periculum, peribit in eo. Unde merito ab **Alexandro VII** proscripta fuit haec ordine 40. propositio. Est probabilis opinio, quae dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, et sensibilem, quae ex osculo oritur secluso periculo consensus ulterioris pollutionis.

Atque hinc etiam patet, quid dicendum
435. cum sit de delectatione sensibili tantum, et pura tali exurgente ex aspectu, tactu, osculo, et allocutione v.g. mulieris aut alterius turpis objecti, solutis namque licitum non esse aspicere mulierem, eam tangere, osculari, cum ipsa confabulari &c. ob sensitivam etiam, et naturalem, quae a quoque illo sensu omnis exurgit delectatio ex naturali proportione potentiae visivae, tactivae, &c. ad objectum tactum, visumque &c. in oculo v.g. ex pulchritudine, in manu ex mollitie rei tactae, &c. quae proinde delectatio secundum se non sit alia, et diversa ab ea, qua oculus delectatur aspiciendo amoenum pratum, manus vero lectum tangendo, auris armonicum, et suavem cantum audiendo &c. Quinimo dicendum est, tales aspectus, tactus, oscula confabulationes &c. ob puram sensitivam, et naturalem delectationem assumptos si non per se et ex natura sua, saltem per accidens esse et regulariter peccata graviora, et mortalia, si inter solutos

ac etiam sponsos de levibus excusantur. Nam ex una parte tales aspectus, tactus, oscula, confabulationes per se non parum excitant libidinosam delectationem commovendo spiritus animales generationi inservientes, si praesertim sint diuturna, et repetita; ex alia vero parte supposita nostra corruptione, et propensione innata in delectationes carnis, vero admodum contingit, experientia teste, ut non conjungantur cum ipsa venerea delectatione, adeoque habent ingenerare periculum proximum pollutionis, aut saltem motus venereae delectationis. Quod utique est grave, et mortale peccatum.

Sed quid dicendum erit si aspectus, oscula, tactus, confabulationes, cantilenae, allocutiones &c rerum turpium non aestimantur ob veneream, aut etiam pure sensibilem delectationem, sed alia de causa, et ob aliud motivum?

Responsioni praemittere juvat, inter luxuriae objecta quaedam esse ita per se, et ex natura sua turpia, ut secum trahant vel actualem consensum libidinosum, et complacentiam voluntatis, et veneream delectationem, vel saltem illius periculum proximum, si aspiciantur, si tangantur, si audiantur, si de iis sermo habeatur &c. Alia vero esse quidem turpia, et obscoena, vel etiam honesta, quae licet ad venerem aliquo modo valeant excitare, ac etiam commoveant, non tamen ita, ut secum trahant vel consensum, vel periculum proximum consentiendi. Primi generis sunt aspectus non obiter, et ex improviso, sed meditato habiti partium pudendarum personae praesertim adultae, et diversi sexus, item coitus viri, ac mulieris. 2do tactus, et oscula obscoenarum partium, aut illis vicinarum nedum personae ejusdem, sed etiam diversi sexus, aut etiam mamillarum mulieris a viro habita. 3tio allocutiones, cantiones, et repraesentationes rerum valde turpium, v.g. pudendorum viri, aut mulieris, modi congrediendi viri ad mulierem, et hujusmodi alia. Secundi generis sunt aspectus faciei, manuum, brachiorum, pedum, aut etiam mamillarum mulieris, Brutorum simul coeuntium &c: 2do, tactus, et oscula habita in facie, in manibus, ac in brachiis etiam personae diversi sexus, calcationes pedum digitorum intorsiones &c, item et [illegible] [illegible] tactus &c: 3tio, verba cantus, et repraesentationes pulchritudinis mulieris, rerum amatoriarum &c. Quibus notatis

Dico primo aspectus, et tactus objectorum primi generis esse semper peccata mortalia, et graviora quidem sunt inter personas ejusdem sexus, nisi titulus necessitatis, ut esset ad medendum, aut alius justus titulus, ut esset in aspectu hermaphroditi ad dijudicandum, quisnam sexus praevaleat, excusaret, secluso jam semper intentione libidinosa, et periculo proximo consensus in rem, et delectationem inde insurgentem. Atque primae partis ratio est, quia attenta hominis fragilitate est moraliter impossibile, quod qui talia objecta curiose videt, et tangit, non delectetur venerea de tali objecto, aut saltem se non exponat evidenti periculo se venerea, et sensibiliter oblectandi: atque etiam tales turpes actus repugnant

graviter nocent honestati, si absque justa causa fiant. Secundae vero partis ratio desumitur ex eo, quod, sicuti saepius diximus, ex justa, et rationabili causa ponere actionem etiam efficaciter influentem in effectum malum, ubi abest intentio, et periculum proximum consentiendi in illum. Quae justa causa cum militare possit in aspectibus, et tactibus, saepius vero osculis, et amplexibus, et allocutionibus, ac repraesentationibus talium objectorum; hinc licet tactus, et aspectus dictos interveniente causa sint esse licitos; nunquam tamen licebunt oscula, et amplexus

438 Dico secundo, oscula, amplexus, tactus, aspectus, locutiones, repraesentationes de objectis huiusmodi generis, minime habitas ob delectationem sensibilem veneream, sed solum ex joco, animi levitate, mera curiositate, aut hilaritatis gratia, vanitate, aut petulantia, quae non excedere venialem culpam, dummodo tamen absit omne periculum consensus, et complacentiae in rem turpem, absit animus, et intentio reprimendi motus turpes, si qui insurgant, ac etiam, si oportet, statim desistendi: Quinimo praedicta oscula, tactus, amplexus, et urbana verba habita in signum amicitiae, juxta morem patriae, gratia urbanitatis, ex alio honesto fine, puta ad contestandum coram omnibus pacem, reconciliationem, amicitiam &c seclusa omni sensibili delectatione, et periculo consensus venerei nec sunt peccatum ne veniale quidem, etiamsi inde turpes motus insurgant, si hi reprimantur, neque illis consentiatur. Quod a fortiori est verum, si id ex necessitate fiat.

Atque quoad primam partem responsio constat ex eo, quod tales actiones de se, et ex natura sua non habent valde excitare, et allicere ad veneream delectationem, et minus ad copulam, adeoque non habent inseparabilem periculum proximum peccandi: et praefata causa eas efficiens in casu nostro non nisi venialis est: unde non est, unde possit desumi malitia gravis; ergo praedicta oscula, amplexus &c non nisi veniale peccatum de se, et ex natura sua fiat, ceteroquin ratione scandali possunt esse mortale peccatum.

Quoad secundam vero partem ostenditur, et probatur ex eo, quod talia oscula, tactus, amplexus, nempe in partibus honestis, v.g. in facie, et manibus, et urbana verba secundum se non sunt intrinsece mala, sed indifferentia ad bonitatem et malitiam; adeoque bonitatem, aut malitiam contrahunt a fine operantis; atqui cum operantis finis in casu nostro sit bonus, et honestus, honesta erunt praedicta oscula, aspectus &c. Et sane talia oscula et amplexus ab ipsa scriptura commendantur, ut Gen. 27. Accede ad me, et da mihi osculum, fili mi. et Luc. 7. Osculum mihi non dedisti, haec autem &c et missis alijs 1. Thess. salutate fratres omnes in osculo sancto: Quod certe non potuisset, si vel culpa venialis esset. Ex quo a fortiori patet quoad tertiam partem, nempe necessitatem, omnino a culpa excusare praedicta oscula, tactus &c.

ut cum de re sanguinis unica ad medendum, vel medicandi ac exercendi medicinam, nullo modo peccat ubi periculum consensus abest et consensus in motus insurgentes

Atque hinc patet, secluso scandalo, venerea, ac sensibili delectatione, ac periculo consensus in illam, non esse nisi veniale peccatum ex curiositate, joco, vel levitate, ac levi petulantia 1mo aspicere, aut tangere transeuntur, ~~obiter sua~~ propria, ~~aut etiam~~ alterius personae ejusdem sexus verenda, sicuti contingere, ubi plures ejusdem sexus simul natant: 2do videre, aut tangere manus, pedes, brachia, faciem, et alias partes honestas personae sive ejusdem sive diversi sexus 3tio videre animalia simul coeuntia, aut eorum obscenas partes contrectare: 4to ut alia mittam, legere, audire, canere res non omnimodo turpes, et inhonestas. Verum cum haec plena periculis sint, ac hominem soleant exponere, ~~aut saltem~~ disponere periculo proximo venereae delectationis, ideo pro praxi mihi arridet doctrina, quam Honoratus Tournely, sive ejus continuator de peccatis Part. 1. Cap. 1a. Articulo 2. de consensu ad peccatum requisito in hunc modum tradit de actione ... in locum influente, atque ex joco, et curiositate suscepta.

Relatis itaque duabus oppositis sententiis antonyis, profundatus theologus sic prosequitur = Ego quidem in materia tam lubrica doceri malim, quam docere ut tu simpliciter dicam, quod sentio, sic distinguerem. Motus pravi corporis, 1mo vel vehementes sunt, aut orientur, vel leviores. 2do vel praesentes sunt, vel futuri: 3tio, vel sunt probabiliter futuri, vel potius incerti, et quasi mere possibiles. His positis, crederem cum Sylvio, et Haberto, eum venialis solum peccati compotem esse, qui per actionem inutilem, motibus levibus occasionem praestat, sive ii praesentes sint, sive certo futuri, modo tamen adsint restrictiones supra allatae, (modo nempe absit intentio, et periculum proximum in rem veneream consentiendi). Crederem 2do cum S. Antonino, eum peccare mortaliter, qui non dimittit actionem, etsi venialiter malam, ex qua pollutio, vel vehemens delectatio venerea sequitur, aut certo secutura est, praesertim extra somnum. Crederem 3tio cum Toleto, eum, qui ponit actum, de quo dubitat an pollutionem producturus sit, v.g. qui vescitur cibo dubitans, non autem probabiliter cognoscens, an effectum hunc habiturus sit, peccare solum venialiter; imo nec venialiter peccare, si justam habeat actionis hujus faciendae causam. Imo qui ex eo quod sic accumbit, advertit futurum ut sequatur pollutio, si aliter non possit dormire, non tenetur aliter accumbere, ut recte docet idem Toletus. Caeterum porro decisiones non tam ab ipsis rei visceribus eruere, quam ex sapientiorum judicio: si quid tamen in his vel durius sit, vel mollius, jam nunc pro revocato habeatur = Haec citatus theologus.

Patet 2do quid dicendum sit de Ornatu Mulierum, de Familiaribus colloquiis cum Mulieribus habitis, de comoediis, et de Choreis, ac de pingentibus imagines obscenas, et aliis conspicuiores proponentibus. Patet nempe 1mo, Mulieres juxta status, et conditionis suae decentiam, et fortunarum suarum possibilitatem, et vires se ornantes nullum peccatum committere, ubi id praestant absque ullo pravo affectu, et fine

sed unicè ut familiae suae splendori, ac decori consulant, et si sunt
conjugatae, ut viris suis placeant, et eorum amorem mutuum
foveant, et si sunt innuptae ut commodum sibi matrimonium
procurent, dummodo tamen ipsae vestes, et ornatus immodestiam
non praeseferant, et incitamentum viris ad libidinem;
Denempe ipsae vestes non sint nimium breviores, nudato pectore
relinquentes aut ita tenues, et subtiles, ut membra tegenda
et occultanda, veluti per velum conspicienda exhibeantur.

x nempe juxta sui status decentiam

Nimo si ita^x se ornent mulieres solum ex animi quadam
levitate, aut vanitate, aut etiam se pro, vel campo
gant, nonnisi leviter peccabunt: sin vero ex animo
dinoso id exoptant, ut scilicet viros non suos trahant
eorum turpem amorem, et ignem libidinis in illis accendant, graviter peccabunt: quod eas tenere dicendum
ubi vestibus immodestiam praeseferentibus utuntur,
nantur. Atque tota doctrina est Angelici Praeceptoris
2. 2. q. 169. A. 2. ajentis = Et ideo si mulier conjugata
se ornat: ut viro suo placeat, fit hoc facere sine peccato
illae autem mulieres, quae viros non habent, nec volunt
habere, et sunt in statu non habendi, non possunt
peccato appetere placere virorum aspectibus ad concupiscendum quia hoc est dare eis incentivum peccati. Et si quidem
hac intentione se ornant, ut alios provocent ad concupiscentiam, mortaliter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter jactantiam
quandam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale
et eadem ratio, quantum ad hoc, est de viris = Haec Angelicus Praeceptor, quae intelliguntur per se; nam ex alio fonte talis ornatus
ut supra diximus, nempe ratione scandali, aut impotentiae
ad justitiae debita solvenda &c. fit etiam peccatum grave ut
per se patet. Patet secundo, ipsa familiaria, et honesta

142 colloquia cum feminis etiam extraneis in patenti loco
...ius sunt habita, utpote cum ad summum soleant esse
... otiosis, secundum se sumpta mortalis culpae damnari
non posse, attamen ratione circumstantiarum praesertim si sint
continua, ut plurimum tanquam mortalia damnanda
sunt animae quammaxime periculosa, ut proinde Sancti
viri, et viri probi omnibus aetatibus, et saeculis talia colloquia
totis viribus fuerint insectati, et praesertim S. Hieronymus
vita Cleric. ajentis = Mihi crede, non fit toto corde cum Deo
habitare, qui feminarum accessibus copulatur. Et S. Bernardus
58. de modo bene vivendi = Soror mihi in Xto dilecta, nota
te, ut vir quantumvis sit sanctus, nullam tamen castam
... quamvis sit bonus, nullam tamen habeat ...
gitatem. Quare? ne visitandi familiaritate utriusque ...
... castitas, ne vivendi frequentatione utriusque ...
... honestas, ne vivendi jugitate utriusque religio ...
meatur; ne vivendi usu utriusque persona dehonestetur.
Hoc autem confessarius pro praxi sua attente meditetur.

Patet 3tiò, non absolutè, et indiscriminatim [...]tem gravis culpæ damnandos esse choreas, et comedias, cum in se, et ratione sui sint indifferentes ad bonum, et malum; quæ quidem cum sint signum lætitiæ, assumi etiam possunt ad animi honestam relaxationem; et proinde ad ita judicandum in praxi recurrendum erit tum ad genus saltationis, quæ instituitur, et repræsentationis, quæ fit, tum ad animum saltantium, et spectatorum, ad gestus saltantium, et repræsentantium, et hujusmodi alia; et omnibus pensatis judicium erit proferendum. Quamvis rem periculi plenam esse fatendum sit, et adeo rarum fieri fit, curandum erit, ut extirpentur, atque omnino eliminentur de populo christiano, et præsertim à clero, cui à Trid. Sess. 24. Cap. 12. de Reformat. in hunc modum præcipitur = Ab illicitis venationibus, aucupiis, choreis, tabernis, lusibusque abstineant (nempe Clerici) = Atque in nostra Diœcesana Synodo Cap. 16. De vita, et honestate Clericorum sic mandatur = Saltationes, et choreas privatas, sive publicas ne agant, neque invisant: ne larvas gerant: ne lascivas promant cantilenas, neque cantantibus faveant, aut adsint: ne in scenam prodeant: ne comedias, aut tragedias agant neque privatim, neque publicè. Tragediis, Comediis, aliisque profanis, et vanis spectaculis ne intersint = Hæc Synodus nostra, quæ utinam tandem clerici intelligant, et exequantur.

Patet tandem ad ultimum de picturis, et sculpturis, eas scilicet facientes culpæ gravissimæ reos esse, si obscæna, et turpia repræsentant, et exhibeant aspicientibus, quales sunt effigies virum, aut feminarum omninò nudorum, aut virum, et mulierem amatoriè sese tractantes, aut obscænas, et occultandas partes, aut hujusmodi alia repræsentantes. Sunt enim ruinæ spiritualis eas intuentibus. Secus tamen dicendum non est de illis, quæ virum pulchrum, aut venustam mulierem bene ornatam, gressu elato procedentem, et hujusmodi repræsentant. Hæc siquidem ad libidinem de se non valent saltem proximè excitare. Atque hæc circa species luxuriæ imperfectæ dixisse sufficiat. Qui plura cupit habere, legat Doctores de his ex professo tractantes, inter quos Salmanticenses, Sporer, Sanchez, et alios poterit consulere. Est pro coronide præsentis materiæ

Quæres, an in materia Luxuriæ possit dari parvitas materiæ; et adeo an actus luxuriosus ratione objecti, circa quod versatur, possit esse peccatum leve?

Quæstio hæc, ut optimè distinguit P. Sporer cum aliis hic Tract. 1. Proœm. Cap. 5. Sect. 2., bifariam institui fit; primò nempe quærendo, an in materia venerea directè voluntaria possit dari levitas materiæ. 2dò, an in materia venerea indirectè tantum voluntaria pariter dari possit materiæ levitas. Quæstio in primo casu sensum reddit an sit semper, et actu grave, an quandoque saltem sit solum veniale, quærere, intendere, ac sibi complacere de delectatione sensibili, et venerea, quæ consurgit etiam ex levi osculo, tactu, amplexu, turpiloquio, aspectu, aut etiam cogitatione rei turpis, etc. Quæstio verò secundo modo

impudica sensu habet, an semper sit peccatum grave, et nulla sive leve ponere actionem aliquam propriam influere in seminalem commotionem spirituum vitalium generationi inservientium minime in se intentam, et volitam, quinimo cum intentione reprimendi, aut saltem ei non consentiendi, neque de ea se complacendi, si inde insurgat? Quare quaestio in primo sensu est, an in re venerea in se, et ratione sui spectata detur parvitas materiae, ratione cujus delectatio de ea capta, et intenta sit tantum venialis culpa? Quaestio vero in secundo sensu inquirit, an non veneream, sed ea, quae ad veneream excitant, et mo[illegible] detur actio, quae non sit materia secundum se gravis. His no[illegible]

440 Dico primo, in re venerea directe volunta[illegible]ria, et deliberate intenta, quaesita, et acceptata non da[illegible] parvitas materiae, et adeo non solum ipsa copula, pollutio, libidinosa stillatio, aut quaecumque alia illicita seminis effusio, sed etiam oscula, amplexus, tactus, turpia verba, cantus obscoeni habiti ex intentione, cum complacentia, et consensu in sensibilem, et veneream delectationem inde insurgentem, etiam absque periculo proximo pollutionis, semper sunt peccata gravia. Ita communissima, et in praxi sequenda sententia, quae jam satis constat ex dictis num. 434. et 43[illegible] et accedit praeceptum Clementis VIII., et Pauli V. mandantium denuntiari Inquisitoribus eos, qui docere auderent, oscula, amplexus, et aspectus habitos ob solam veneream delectationem quae ex illis capitur, absque ulteriori ordine ad copulam vel pollutionem, esse tantum venialia peccata. Et sane, ex Galeno, ac Medicis peritissimis, ipsa alteratio membri genitalium est quaedam inchoata pollutio; et proinde mortale est sibi complacere de actu inchoatae pollutionis, et graviter illicitum est delectari, et complacere de osculis amplexibus etc. ob veneream delectationem inde consurg[illegible]

441 Dico 2do, in re venerea indirecte voluntaria, nempe in sua causa, dari parvitatem materiae [illegible] Aspectus, tactus, oscula, amplexus etc. in se, et ex natura sua non nimium turpes, habiti ex joco, et levitate, aut curiositate quadam non possunt ad gravem culpam imputari, etsi inde quidam venerei motus, et affectus leves insurgant, ubi nulla adsit intentio, complacentia, aut periculum proximum consensus, aut complacentiae in veneream, et carnalem delectationem inde insurgentem. Atque hoc etiam constat ex dictis num. 438. et videtur valde rationabilis, et pia, [illegible] valde consonum videtur esse, quod homo non teneatur sub mortali vitare omnem causam, ex qua carnales motus [illegible] sit eos insurgere, alias proinde vita hominis semper esset exposita periculo proximo graviter peccandi: quod adversatur divinae bonitati. [illegible] si [illegible] esset [illegible] graviter condemnare [illegible]. Alloquium cum mulieribus [illegible] aspectus personae diversi sexus omnem vix levem [illegible] mulieris etc.* quod certe non est peccandum, ubi animo libidinoso non fit. Atque hoc pacto duas oppositas sententias an in re venerea dari possit levitas materiae conciliari posse existimo, concedendo nimirum in re venerea [illegible] materiae dari non posse, negando vero circa veneream [illegible] sub [illegible] satis.

* ut ex his, tantummodo motus carnales excitantur.

Articulus Quartus

De ira, atque ejus Filiabus

Ira generatim sumpta definiri fit: vindictæ appetitus. Atque sic sumpta in vitio non est reponenda. Nam Superiores in suos subditos suos, justis præceptis obtemperare renuentes, Reipublicæ tranquillitatem perturbantes, innocentes vexantes, vel recta rationis, ac legum præscriptum animadvertentes, atque debitis pœnis mulctantes, nullo modo peccant juxta illud Psal. 4. Irascimini, et nolite peccare: Quinimo actum debitum virtutis exercent, uti rectus ordo, et munus id exigit. Quod et dicendum de subditis non ex livore, aut odio, sed tantum ex amore justitiæ, aut alterius virtutis exoptantibus, ut per debitam auctoritatem delinquentes puniantur. Unde ira, prout est vitium capitale, definiri debet: inordinatus vindictæ appetitus. Quæ inordinatio duplex est, alia nimirum ex parte objecti, et altera ex parte modi irascendi. Tunc autem ira est inordinata ex parte objecti 1mo cum innocentem pœna aliqua mulctari exoptas: 2do, cum et reum plus æquo cupis ultra meritum sui delicti: 3tio, cum reum, præter ordinem castigari desideras, privata nempe, et illegitima auctoritate, ut si appetas ulcisci inimicum privata tua auctoritate: 4to tandem si vindictam quæris, et cupis ob finem non debitum, v.g. non quatenus est justa, ex zelo justitiæ, et odio iniquitatis, sed ut meræ satiationem animi tui malevoli, ex odio personæ, amore proprio, vindicandi libidine. Atque ira hoc modo sumpta per se est mortale peccatum; Hæc enim est, quam Apostolus ad Gal. 5: inter opera carnis a Regno cælorum excludentia enumerat: et de qua Xtus Matth. 5: ait: Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio. Quamvis et hanc vel ex defectu advertentiæ plenæ, vel ob levitatem materiæ, posse tantum leviter culpabilem fatendum sit.

Ira vero est inordinata ex parte modi tantum, cum quis irascendo modum, et præscriptum rationis non servat, nimirum interius nimis excandescit, vel exterius nimis manifestat signis suam indignationem, et iram. Hic irascendi modus, ut expresse docet S. Thomas 2.2. q. 158 A. 3. secundum venialem culpam per se non excedit. Excessus siquidem, et inordinatio in re secundum se indifferenti, qualis est ira, venialem culpam per se non excedit, ut optime hic advertit S. Doctor. Potest tamen esse mortalis ratione scandali, blasphemiarum, injuriarum, convitiorum, quæ ex nimio excandescentia oriri solent.

Filiæ iræ, sic explicatæ, seu prout est unum ex peccatis capitalibus, sex assignantur, nempe Indignatio, Tumor mentis, Clamor, contumelia, Blasphemia, et Rixa. Indignatio autem est animi commotio contra alium ex eo quod quis reputat, se indigne, et male ab eo tractari. Ubi hæc si crescat usque ad deliberatum odium grave, et gravem contemptum, tunc sit peccatum mortale; alias non est regulariter per se nisi peccatum leve: Quinimo si ex judicio rationis procedat, ut cum fit, ut alteri ostendatur ejus malus procedendi modus, nullum est peccatum, et culpa-

451. Tumor mentis est animi perturbatio, qua memor morosè excogitat diversas vias vindictæ sumendæ, ipsque cogitationibus animum tumefacit. Atque ad genus peccati hujus dignoscendum oportet attendere tum ad genus vindictæ excogitatæ, tum ad rationis deliberationem, et advertentiam.

452. Clamor est, cum iratus extollit vocem, modo inordinato, et confusè effutiens. Et regulariter est tantum peccatum veniale, nisi aliud addatur, utpote blasphemia, aut contumelia, et hujusmodi alia.

453. Contumelia est dictum, vel factum injuriosum, quo quis proximo præsente palam dejicit maledictionem, aut ejus honorem, atque existimationem palam violat. Et est peccatum ex genere suo mortale, nisi levitas materiæ, aut imperfectus actus excuset. Et de hoc alibi redibit sermo.

454. Blasphemia est verbum contumeliosum in Deum, aut B. Virginem, aut Sanctos, et Beatos in cœlo regnantes prolatum: estque peccatum mortale, nisi inadvertentia, et rationis indeliberatio excuset, ut alibi expresso dicemus.

456. Rixa tandem est duorum, aut plurium inter se irato animo facta altercatio, et pugna: semper gravis, ubi deliberata fit, et progreditur ad seditiones, vulnera, cædes etc. Levis autem ubi offensiones inter sunt leves. Hæc de Ira, prout est unum ex vitiis capitalibus.

Articulus Quintus

De Gula, ac Filiabus ejus.

457 Gula, vitium, et peccatum abstinentiæ oppositum est inordinatus, seu immoderatus appetitus cibi, et potus. Dicitur inordinatus, seu immoderatus, sumere enim cibum, et potum juxta rationis præscriptum, v.g. ad vitæ sustentationem, aut ex alio honesto fine, ut ad hospitem, vel ægrotum recreandum, ad cibum, et potum sibi licitum sumendum, nullum est animæ peccatum. Additur: appetitus cibi, et potus: vitium enim potius reperitur in inordinata sumptione cibi, quam etiam potus. Unde Gula generatim sumpta in comessationem, et ebrietatem dividitur tanquam in duas species.

458 Gulæ autem peccatum, prout est comessatio, sicut post S. Gregorium explicat S. Thomas 2.2. q.148 a.4, quinque præsertim modis committitur, contentis hoc versiculo: Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose. Primo est peccatum gulæ, ubi quis præveniat tempus debitum comedendi, vel plures, quam deceat, et opus est, cibum sumendo ut accederet, si quis die jejunii ante meridianam horam prandeat, aut plures tali die comederet: 2do, si quis quærat fastidiosè cibos statui, ac conditioni suæ convenientes, exquisitos, et raros, ac pretiosiores, quam statui suo conveniat, exquirere, ut v.g. Religiosus (ubi inquit P. Gossius de justitia tract. 3. dub. 1 num. 2) contemptis aliis cibis nollet comedere nisi perdices, phasianos, hædulos: 3tio, si plus sumeret quam sibi, ac sustentationi suæ est necessarium

et utile, seu videlicet ingurgitando; 3.tiô, si quis quærit cibos nimis
accuratè, et insolita industria præparatos, ut V.G. si nolit comedere
cibos nisi multo sacharo, aut succis varijs conditos: 4.tô tandem,
si quis voraciter comedat per modum canis. Hæc autem intel-
ligere, ubi nullus honestus, et rationabilis finis apponitur. Si quis
enim V.G. parumper excederet in sumendo cibo sibi neque ne-
cessario, vel utili, unicè ad inducendum amicum ad comeden-
dum, aut patrono suo exquisitis cibis abunde lautum prandium
pararet ejus statui congruum, nullius utique culpæ damnan-
dus esset, ut per se patet. Cavendum tamen semper, ne unicè ob
voluptatem, quæ ex cibo sumitur, comedatur, ut patet ex pro-
pôe 8. inter damnatas ab Innocentio XI. Comedere, et bibere us-
que ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo
non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis acti-
bus frui. Unde Aug. Lib. 10 Confess. Cap. 31. optime ajebat: Hoc me
docuisti, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sump-
turus accedam. ac proinde sicut medicina non ob volupta-
tem, sed ob sanitatem recuperandam, aut conservandam, aut mor-
bis habendam est sumenda; ita et solum tantus cibus capi-
endus est, quantus est utilis, et necessarius vitæ ducendæ, hocque
ex honesto fine, ut V.G. vita sustentetur ad Dei gloriam,
et servitium juxta illud Apostoli 1 Corint. 10. Sive manducatis,
sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei faci-
tis. Qui finis rectus si præfigatur, inde non interest, te etiam
moveri, applicari, et quasi impelli etiam ex delectatione, et
suavitate cibi, ad illum sumendum. Nam licèt non sit licitum
dari voluptate cibi, in eo scilicet collocare finem actus comedendi
ea tamen licet uti tanquam medio alliciente, ut docet S. Aug. lib. 1.
contra Julianum Cap. 19. inquiens Non solum cibo, sed etiam cibo
sapore indiget infirmitas nostri corporis, non propter exaturan-
dam libidinem, sed propter tuendam salutem.

[5] Hoc autem Gulæ vitium, ut nempe est
comessatio, juxta communiorem cum D. Thoma Q. citatâ A. 2. ex
genere suo est peccatum veniale tantum. Nam præsumere come-
dere ante tempus, nimis exquisitè, cum aliqua voracitate et
excessu, et nimio studio præparata solùm importat aliquam
deordinationem, et excessum in re secundum se indifferen-
ti, ac etiam licita, quæ recta ratione, et morum regulis valdè repu-
gnare non videtur. Quamvis tamen per accidens multoties
sit peccatum grave, et præsertim in sequentibus casibus.
1.mo quidem, cum quis ita studet ventri, ut in ciborum
delectatione suum ultimum finem constituat juxta illud ad Phi-
lip. 3. Quorum Deus venter est: Quod contingit nedum cum quis totum
suum studium, curam, et sollicitudinem ponit in cibis sibi gratis
præparandis, et propterea continuò iis studeat; sed etiam
qui ut suæ gulæ satisfaciat paratus est præcepta sub gravi
obligantia transgredi; sicuti faciunt qui ut cupidini suæ
indulgeant, furantur, contractus iniquos celebrant, præcepta
ecclesiastica jejunij violant etc. Secundò, qui delectu ciborum
eximinet, etiamsi sciant, ac prævideant, se deinde valdè im-
potentes ad justitiæ debita solvenda, ad familiam alendam,

ad filios dotandos &c. Sexto, qui ex sumptione immoderata cibi se impotentes reddunt ad munia sui status exequenda, et inde notabiliter deficiunt. Quarto, qui cibos in tanta quantitate aut tali qualitate sumunt, ut inde sciant, grave nocumentum valetudini corporis afferendum, et a fortiori qui ob ingluviem sumunt cibos, quos animæ mortem spiritualem allaturos præsciunt, ut v. g. qui sciunt, graves concupiscentiæ motus excitandos esse, quibus solent consentire. Quinto qui cibos sibi permissos v. g. carnes quadragesimali tempore sumserant sed cum gravi proximi scandalo, contra illud Apostoli 1. Corinth. 8 si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Sexto, ut mittam alia, juxta communiorem, ac probabiliorem saltem sententiam, qui se ingurgitant usque ad vomitum aut post eum ad vomitum se excitant, ut iterum comedere possint, etiam in casu, quo graviter valetudini id non noceret. Hoc enim plusquam bestiale est, atque naturam rationalem præsertim elevatam graviter dehonestat, ut proinde merito conqueratur de his hominibus Isaias Cap. 28. inquiens: Omnes mensæ repletæ sunt vomitu, sordibusque. Quibus nonnulli addunt casum, ubi quis ex ingluvie, et extra casum necessitatis urgentis carnes crudas, et pisces crudos comederet, aut alios cibos valetudini graviter nocivos, ut sal, terram, cineres, carbones, lutum, gypsum et alia similia sumeret; et a fortiori si carnes humanas hominis etiam naturaliter mortui ederet. Quidquid porro sit, an hæ in casu necessitatis extremæ liceat manducare, de quo in utramque partem disputant Doctores, licet ceterum omnes concedant, licere hominis carne, et adipe uti in medicamentis conficiendis, utpote cum tunc sit ita alterata, ut hominis caro dici nequeat. Hæc de comessationibus, quæ servata proportione applicabis et ebrietati, de qua nunc dicemus.

960. Ebrietas generatim sumpta est excessus in potu usque ad violentam rationis privationem. Hæc duplex est perfecta una, imperfecta altera. Perfecta est, qua totaliter, et omnino homo usu rationis per vini haustum privatur: imperfecta vero est, qua rationis usus alteratur, sed non omnino tollitur, hæcque crapula vocatur. Ad discernendum vero, an ebrietas fuerit perfecta, an imperfecta solum, a Doctoribus hæc signa traduntur. Docent itaque, ebrietatem tunc fuisse solum imperfectam, ubi quis adhuc valebat discernere inter bonum, et malum, inter honestum, et turpe; et adhuc negotia sua dirigere sciebat, ne ab aliis deciperetur contrahendo, aut cum aliis tractando, licet nonnihil phantasia turbata fuisset, lingua titubaret, pedes vacillarent, oculi duplicia cernerent, fenestræ, et domus in gyrum agi viderentur, ac etiam vomitus secutus fuisset, et hujusmodi alia: contra vero docent, ebrietatem tunc fuisse perfectam, cum quis vel per longum, vel ad breve etiam sed moraliter notabile tempus non valebat discernere inter licitum, ac illicitum, honestum, ac turpe, et actiones suas, et negotia dirigere nesciebat: item cum vigilare contigit, non recordabatur, quid dixerit, et fecerit, ac quomodo domum red-

erit. vel etiam si facit ea, quæ cum est integræ mentis, facere non solet, ut si verba turpia, et obscæna protulerit, cum alioquin sit prudens, pudens, et cautus; si juraverit, blasphemaverit, familiam perturbaverit, uxorem verberaverit, cum alias sit modestus, pius, benignus &c: si secretum manifestaverit, quod alias nunquam indicasset &c. Quorum signorum si vel unum intervenerit, homo ebrietate perfecta est judicandum, et proinde audiendus non sit nonnullos excusans a peccato mortali ebrietatis, quantum in platea vel ex eo quod se movere possit, ne superandum currus transeat, vel dare possit signum, ut currus alio divertatur. Hæc enim signa rationis usum in eo non arguunt, cum et bruta id præstare soleant.

461\. Porrò ebrietatem perfectam per se, et ex natura sua esse peccatum grave constat tum ex illo Isajæ 5: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam: tum ex illo Apostoli 1. Corinth. 6. Neque fornicarii, neque ebriosi Regnum Dei possidebunt. Unde S. Basilius Hom. 14 ajebat. Ebrietas dæmon est voluntarius.... Ebrietas malitiæ mater est, virtutis inimica. et S. Hieronymus Epist. 83. Qui inebriatur, et mortuus, et sepultus est. Et sane si privare alium usu rationis nedum sed etiam potestate proxima illo utendi, item et sibi sine justa et rationabili causa amputare brachium, pedem, aut aliquod aliud membrum est grave peccatum, quomodo gravi culpa vacabit actio voluntaria (qualis est perfecta voluntaria ebrietas) qua quis se privat usu rationis, et potestate proxima eo utendi, cum ille sit unum ex præcipuis donis naturalibus a Deo naturæ auctore nobis donatis. Quinimò et ipsa perfecta ebrietas solet esse conjuncta cum variis aliis criminibus, quæ ad ipsam ebrietatem sequuntur, ut cum blasphemiis, cum rixis, cum luxuria, cum omissione culpabili eorum, quæ fieri debebant &c, si nempe ex ebrietate secutura prævisa fuerint, ut puta si se inebrians alias expertus est se talia mala facere, aut se cognovit ad illa ita inclinatum ut ea facile sit facturus, si se inebriabit. Nam, ut alibi ostendimus, ponenti causam efficaciter influentem in effectum malum prævisum sequuturum, talis effectus in culpam theologicam imputatur; adeoque ebrietas perfecta et per accidens esse solet graviter peccaminosa.

462\. Contra verò ebrietatem imperfectam per se, et ex natura sua non esse nisi peccatum leve, seu veniale, licet in ordine venialium gravius, communissima est Doctorum sententia, et quidem vera, quia non est graviter naturæ rationali disconveniens, ponere causam, ex qua tantisper rationis usus alteratur, ut jam patet ex dictis de consensione; ex quibus facile colliges, et hanc variis in casibus per accidens evadere posse mortale peccatum, et proinde ibidem dicta relegas, et ad propositam materiam applicabis.

463\. Ubi tamen advertendum est, me hactenus locutum esse de ebrietate voluntaria sive in se, sive in sua causa. Quod fit, cum nedum bibit ea intentione, ut

se inebriat, sed etiam cum vult pergere bibendo, non attendens, neque examinans, an tale vinum sit aptum inebriare: item ubi vult adhuc bibere, cum cepit vim ipsius vini sentire; sicuti et ubi ad cauponam pergit cum socio, cum quo solet se inebriare. Quod si ebrietas ipsa nullo modo fuerit praevisa, sicuti contingit, ubi quis moderate bibit, credens vinum non esse generosum, sed sequitur; tunc ebrietas utpote pure materialis nullum erit peccatum, utpote involuntaria. Hocque patet ex exemplo Noe.

Hisce tamen non obstantibus, hic multiplex a Doctoribus instituitur solet quaestio, et primo, an ex praescripto Medicorum medicinae causa liceat sumere potationem inebriantem, ubi necessario nullum aliud medium suppetit pro salute recuperanda? 2do an ubi Tyrannus, aut alius malus homo stricto ense mortem, aut gravia vulnera intentaret, nisi quis vero se usque ad ebrietatem perfectam ingurgitaret, ei liceat se inebriare, ne occideretur, aut graviter vulneraretur? 3tio, an liceat alium cogere, atque etiam inducere ad se inebriandum [illegible] paratum grave aliquod malum innocenti inferre, atque unice ad illud vitandum, illum inducere ad bibendum usque ad ebrietatem? 4to, an liceat homini proprio, aut parato se inebriare subministrare vinum? Ultimo, missis alijs, an licitum sit alicui nimis vino dedito ac se inebriare solito, per pharmacum tollere appetentiam vini.

405 Primae difficultati affirmative respondent Salmanticenses hic Tract. 25. de quinto Decalogi Praecepto Cap. 2. Punct. 3 num. 35: cum Cajetano, Navarro, Sylvestro, Azorio, Toleto, Lessio, Laymann, Bonac. alijsque. Cujus sententiae ea praecipua ratio est, quia per citatos Doctores, ut ebrietas sit formalis, debet esse sumptio potus causa voluptatis in tanta quantitate, quae non congruit dispositioni corporis, usque dum usus rationis omnino adimatur. In casu autem proposito in primis potus non sumitur causa voluptatis. 2do non sumitur in majori quantitate, quam congruat corporis dispositioni, cum ad conservandum tanta sumptio, prudenter existimatur necessaria, et adeo licita dicenda est licet contingat ad tempus etiam rationis usum, sicuti licitum est tabacum sumere, odorare fumum herbae, aut caseum, aut rei alterius, licet inde eveniat deliquium pati, atque ad tempus usu rationis privari, si id saluti sit necessarium; ea sane ratione, qua licet brachium, aut manum abscindere pro totius corporis conservatione.

406 Contrariam vero sententiam tenentur [illegible] Roselle, S. Antoninus, Tabiena, Alvarez, [illegible] apud citatos Salmanticenses num. 39: quibus consentit Mendo, P. Antoine [illegible] A. 3 Q. 3, et alij quamplures. Hocque est sententia S. Thomae teste S. Antonino Part. 2. Tit. 6 Cap. 3. dicente: Non excusatur, inquit, quis ab ebrietate secundum Thomam, quamvis faceret causa medicinae: et per consequens peccat mortaliter et sumens, nisi crederet se illo potu non posse inebriari, et medicus, vel alius, qui hoc sibi scienter consuluerit, et ministraret hoc existimans. Atque fundamentum desumitur ex eo, quod ebrietas, per se et ex natura sua est ita disconveniens naturae rationali, ut in nullo unquam casu sit licita etiam pro vita conservanda, sicuti licita non est

pollutio, vel fornicatio. Ex una enim parte scripturæ sanctæ indiscrimina-
tim, et absque ulla exceptione tanquam res, per se, et ex sua natura mala
abominantur et detestantur ebrietatem, ut patet legenti dicta num. 461:
et ex alia ebrietas per se non est medium a natura ordinatum ad
avertendam mortem, ac salutem recuperandam; imo neque, per accidens
in medicamentum nonnisi rarissime, et forsan nunquam esse
sit, cum, teste Hippocrate, et cum eo peritissimis Medicis, ebrietas sit
valde periculosa corporis sanitati, atque adeo sicut pollutio li-
cet in aliquo rarissimo casu per accidens esse posset medium ad sa-
lutem recuperandam, attamen neque medium est licitum ita et neque ebrietas,
praesertim cum neque sit talis semper, et in omni casu disconve-
nire videatur perturbare rationem, adimere potestatem pro vo-
se utendi, ac gubernandi necessitatibus animæ et corporis, fœdare
Dei imaginem; atque eam ad statum bruti redigere. Quod tamen dici non
sit de somno, aut medicina illum excitante, ac consopiente; cum
somnus a natura auctore sit institutus in ipsius naturæ levamen, et
commodum; atque ab eo homo quocumque momento expergisci
sit huma arte, et expergefactus ratione uti valet. Hæcque sententia
mihi probabilior videtur, licet opposita sua probabilitate, et
quidem practica gaudere fatear, nedum ob rationes, quibus ea ful-
citur, quam eo maxime nonnullorum etiam timoratorum Medicorum,
qui ægrotis aliquando præbent medicinas, phantasiam ita alteran-
tes, ut ægroti in phrenesim usque agantur. Quod tamen argumentum
nimium non facit, utpote cum et praxis opposita vigeat in nonnullis
aliis Medicis ab his medicinis abhorrentibus, ubi præsertim phre-
nesis ad longum, et notabile morale tempus est duratura.

427. Atque hinc a momento oppositæ sen-
tentiæ, quod scilicet dici sit, ad ebrietatem fortem non requiri, ut
potatio fiat voluptatis causa, et contra quamcumque etiam acciden-
talem exigentiam, ac dispositionem corporis. Nam si ad fortem
ebrietatem requireretur quod potatio fiat voluptatis causa, ullo
modo non peccarent, qui proposito proprio, instar se contem-
dentes, ultra illorum plus biberent, et usque ad rationis privationem
biberent absque ulla voluntate, imo cum molestia maxima: quod
tamen non est dicendum. Item si liceret bibere juxta quamcumque
exigentiam, ac dispositionem corporis etiam accidentalem, magna
siti oppressus licite bibere posset, usque dum sitis sedaretur,
etsi inde ebrietas sequeretur, ubi præsertim haustus aquæ mo-
lestus est, ac saluti perniciosus: quod pariter non est dicen-
dum.

428. Neque etiam quidquam urget ex ampli-
ori sumptione tabachi, et odore fumi herbæ, cortæ, thee; sicuti
neque quidquam urgeat, saltem efficaciter, exemplum de ebrie-
tate minus notabili. Nam quod ad primum spectat, idem dicen-
dum est in sumptione tabachi, et odore fumi herbæ, et ad
sat... ac potatione vini, ubi ita ratio alteraretur, ut ea uti non pos-
set. Quod vero ad secundum spectat, disparitas per se est mani-
festa, nam partes corporis sunt propter totum, cujus conser-
vationi inservire debent, atque sic cum damno notabili ejus, seu
rationis non est necesse pars corporis, ad notabile spirituale pari
spiritualis seu minima a natura destinatus ad conservationem moralem

corpore quem notus corpus ordinatur, et conservet, ut sanō bene; et perfectis suis actiō utatur, ergo licet possit quis abstinere propriā morte pedem &c ad conservandū totius vitā; unde

Atque ex his patet quid dicendū sit ad

469. secundā difficultatem, circa quam et Doctores variant, saltem probabilius nempe tenendum esse eo in casu non licere se prodesse inebriare, quod praeter superius dicta confirmat D. Aug. serm. 232 de vitanda ebrietate inquiens: Charissimi ad hoc veniatur ut tibi dicatur: aut bibas, aut moriaris, melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Ex quibus à fortiori patet, multò probabilius esse, licere à pocu inebriante se abstinere, quaecumque immineant necessitate, adeo etiam ubi mors tibi subeunda esset, ac vita tua esset necessaria Reip. incolumitati, aut tu esses in peccato mortali etiam cognito; tum quia saltem practicè probabile est ebrietatem esse jure naturali ex toto genere prohibitivo vetitam; tum quia verus actum virtutis sobrietatis tunc exerceres; imo ut tamquamplures Doctores, Aug. d. Aug. loco paulo ante citato, veri martyr occumberes. Nam verbis supra relatis subjungit S. Doctor Qui ebrietati resistit, si cum Dei adjutorio perseverare voluerit, et pro ipso ille aliquos pertulerit persecutiones, omnia ei Dominus Martyrii gloriam reputabit.

Hinc ad 3tiam difficultatem, quidquid dicat

470 Lessius cum nonnullis aliis, tanquam probabilius saltem tenendū est non licere inducere alium, et eò minus cogere ad potationem statim, eò se namque praevisam, et cognitam. Nam, ut diximus, totalis ebrietas est res ab intrinseco sui in omni perfectis casu mala. Non licet autem quempiam inducere, et eò minus cogere ad faciendū rem ab intrinseco sua in omnibus casu malam, ob quodcumque malū vitandū: non enim faciendo sunt mala, ut inde eveniant bona; ergo &c. Quod tanquam certum habendū est, ubi nulla justa, et rationabilis causa subest inducendi, et cogendi; cum ex charitate teneamur, et quidem sub gravi, impedire malum praesertim spirituale proximi, ubi absque ullo nostro incommodo id praestare possumus: ut proinde S. Aug. d. serm. 231 meritò dixerit: Qui alterum cogit, ut plusquam opus est bibendo se inebriet, minus malum ei erat, si carnem ejus vulneraret gladio quā animam ejus per ebrietatem necare. Et paucis interjectis redarguens eos, qui causa invitandi amicū mutuis calicibus quasi inducunt ad plus debito bibendū, subjungit: Non sit tibi amicus, qui te Deo vult facere inimicum, quia et tuus, et suus est inimicus. Si et tu, et alium inebriare vis, habebis hominem amicum, habebis Deum inimicū. Hic proinde non solū graviter peccat, qui mutuis calicibus alium propriū se inebriandi bibendū incitavit, sed etiam qui sine rationabili causa eum ad convivium, quem bene communitas se inebriare cognovit, cui tunc ei subministrat occasionē, et parum proximam ebrietatis. Dicendū ebrietatem, me loquor esse ...

471 ... propria namque, et cognita ab uno, atque ... per se influente ad ebrietatem ... parte ...

submininistrantis vinum. Nam ut docent Salmanticenses loco supracitato Lun. 4 num. 5. cum Bonacina, Laloo, et Laymann, licet ex justa et rationabili causa, ut in casu quaestionis ad vitandum grava malum innocentis, et Patris invitare alium ad convivium, ac in eo propinare vinum fortissimum, cujus virtutem ille ignorat, aut etiam vinum in magna quantitate apponere, ut ipse ex illo bibat, quidquid libuerit, etsi cognoscatur, aut praevideatur, quod se inebriabit. Tunc siquidem ille non inducitur ad potum simpliciter illicitum, sed secundum se licitum; quinimo in casu non est proprie inducere, sed veluti permittere malum minus ad formale evadendum; quod justa, et rationabili causa interveniente licet. Ex quo nonnulli inferunt, non esse peccatum mortale inebriare puerum necdum ratione utentem, et omnino amentem, et stultum, quia nempe cum hi rationis usu non polleant, eorum ebrietas est materialis, sed non formalis. Verum quidquid sit de hoc, res semper est plena periculi, cum saltem talis ebrietas graviter nocere soleat sanitati corporis, et hominem reddit semper magis indispositum ad rationis usum comparandum. Nunc

472 Ad 2am difficultatem his temporibus valde obviam respondeo, ubi justa, rationabilis, et gravis non subest causa, id nullo modo licere. Nam ubi legitima causa non excusat quisque tenetur eo modo, quo sit, peccatum proximi impedire, cum Deus cuique mandaverit de proximo suo. Et proinde Cauponea, et tabernarii vinum ebriaturis vendentes propter rationem lucri, quod ex tali venditione capiunt, mortaliter peccant, ut docet Sanchez in praecepta Decalogi, Lib. 1. Cap. 7. num. 33. et cum eo communiter Doctores, cum talis lucri cessatio non sit tanta causa, quae talem valeat cohonestare cooperationem. Si tamen justa, et gravis causa habetur, id omnino licet, utpote cum liceat facere actionem secundum se indifferentem, qua bene et male quis uti potest, ex justa, et gravi causa; qualis esset, cum Caupo sibi timeret grave detrimentum, v. g. gravia vulnera, et percussiones, gravem calumniam, aut multum diminuendos emptores cum jactura notabili. Quod et dicendum, ubi ex denegatione subministrationis vini ille, cui denegatur, prorumperet in verba blasphema, rixas, aut alia hujusmodi gravia mala.

473 Ad ultimam tandem difficultatem dicendum est id regulariter non licere. Ex eo enim non raro sequi solent gravia incomoda, quinimo et periculum mortis imminere solet. Quod si prudenti medicorum judicio talia non imminerent incomoda, non videtur, unde damnari possit, cum inde majora bona obveniant abstinenti, quam ....anti. Et haec de ebrietate: Nunc de Gulae Filiabus

474 Gulae filiae a S. Gregorio Lib. 31. Moral. quinque enumerantur, scilicet Hebetudo mentis, inepta laetitia, Multiloquium, scurrilitas, et immunditia. Hebetudo mentis est stupiditas orta ex nimio cibo, et inepto potu, per quam ingenium redditur, et fit hebes ad vitam percipiendam, et

judicandum. Estque peccatum lethale, ubi quis comedendo, et biben-
do fit incapax ad intelligendum, et præstandum ea, quæ ad salutem
sunt necessaria, ut fidei rudimenta, obligationes sui status,
familiam alendam &c.; aut etiam ubi gravia corporalia præ-
videntur incommoda, aut alia mala timentur. Atque dici-
tur potantibus ac comedentibus apud Luc. 21. Attendite vo-
bis, ne forte graventur corda vestra in crapula, et ebrietate
et curis hujus vitæ, et superveniat in vos repentina dies il-
la &c. Inepta lætitia est, quæ movet ad oblectamen-
475. ta non licita, aut periculosa, ut ad cantiones obscænas, aut
non satis castigatas, verba impura, actus turpes, choreas pe-
riculosas &c. Semper autem est mortalis, ubi gravia scan-
dala prævidentur, aut periculum consensus in res turpes
inducitur, aut aliud grave malum imminet &c., ut per se con-
sideranti patet. Ceterum ubi gravis mali non adest casus, ve-
nialem culpam non excedit.
476. Multiloquium est loquendi nimia [illegible]
[illegible] in eo consistens, quod modum rationis, ac ordinis
non servat. Est vero de se peccatum veniale, nisi sit con-
juncta contumeliis, infamiis, ac detractionibus, et oblocutio-
nibus contra proximum, Blasphemiis, perjuriis &c., quo casu
erit peccatum grave, si namque contumeliæ, infamiæ, de-
tractiones, et oblocutiones sint per se gravia crimina.
Scurrilitas consistit in verbis, aut gesti-
477. bus ad risum provocantibus cum eo, quod important quandam
inhonestatem, et turpitudinem. Peccatum jam mortale est
animo, et affectu venereo, aut animo alios ad turpia inci-
tandi, ac provocandi, atque cum gravi scandalo id fit, ut pa-
tet ex dictis de delectatione morosa, ac de scandalo. Ve-
niale vero, ubi id præstatur ex joco, ac animo risum
solummodo movendi, ut pariter constat ex iis [illegible]
quæ valeas. Immunditia tandem, quæ et spurcitia di-
478. citur, est inordinata emissio quorumcumque superfluitatum
ut seminis, ipsius potus et cibi cum. Mortalis quidem
tam ubi tum semen voluntarie effunditur, quam ubi ci-
bus, et potus voluntarie sumitur, se ingurgitando usque
ad vomitum, aut in se vomitum excitando, ut iterum bibatur
aut comedatur, ut jam supra probavimus. Venialis vero
per excessum levem in bibendo, ac manducando vomitus
sequitur. Sed jam satis de Gula, et filiabus ejus. . . .

Articulus Sextus

De Invidia, ejusque Filiabus.

479. Ad Invidiam [illegible] est contraria neces-
[illegible] est multis, cui [illegible]
[illegible] modo [illegible], ut tristari posse de bono
proximi ut docet S. Thom. 2. 2. q. 36. a. 2. [illegible]

statur de alterius bono, v.g. de officio, et dignitate obtenta, de divitiis acquisitis, quibus injustè abusurus praevidetur in ejus damnum et ruinam; adeoque exoptet si justè possit, eum privare, aut ab habenda potestatem legitimam privari et tunc propriè invidia non est; sed est actus licitus, nisi alia inordinatio se immisceat. Justè enim tristamur de damno nobis injustè allato, et adversamur et de iniquitate alterius, atque potius his eadem bonis justè privetur, quam Deum iis abutendo offendat. Quod in eo casu unicè praestatur. Secundò, cum quis tristatur, et dolet de alterius bono, non jam quod alter illud habeat, sed quatenus ipse simile non habet. Atque hoc in casu neque est propriè invidia, sed aemulatio, et zelus, honestus quidem, et laudabilis, si sit circa bona spiritualia juxta illud 1. Corinth. 12. Aemulamini charismata meliora: si verò sit circa bona temporalia, et caduca hujus terrae, tunc tristitia poterit esse sine peccato, et cum peccato. Sine peccato quidem, si bonum de quo non habere dolemus, sit nobis proportionatum, et necessarium ad honestè vivendum: Cum peccato verò, si bonum illud est nobis improportionatum, non necessarium, neque utile ad honestè vivendum ut si Rusticus exoptaret de divitias regias habere. Sed regulariter erit veniale peccatum nisi finis graviter malus ordinaretur.

480 Tertiò, cum quis dolet et tristatur de bono alterius, non jam quod illud obtineat, neque sit commodum, sed quia eo bono indignus est. Atque neque tunc propriè erit invidia, sed indignatio. Quae tristitia, et dolor si sit de bonis supernaturalibus, ut de donis divinae gratiae, de sanctitate, de peccatorum remissione etc. semper erit peccatum mortale, cum ita sit conqueri de divina misericordia, et providentia. Sin verò tristitia, et dolor sit de bonis temporalibus, ut de officiis, dignitatibus etc. tunc nullum erit peccatum, si recto fine fiat, putà quia dignus talia bona sortitus non est cum Reip. magno emolumento: Quod tamen et erit peccatum etiam grave, si inde veluti redarguatur divina providentia, quod malis bona concedat, et bonos affligat: quinimò tunc erit blasphemum; sicuti et gravis culpa erit, quando tales dolores, et tristitia aliis erit gravis scandali, eos inducendo ad gravia mala.

481 Quartò, cum quis tristatur et dolet de bono alterius in quantum judicatur ut malum proprium et diminutivum proprii boni seu propriae gloriae, et excellentiae; Atque haec tristitia, et dolor propriè est invidia, de qua in praesenti agimus, et inter vitia capitalia numerata. Unde invidia rigorosè sumpta in hoc consistit, quod quis ita inordinatè amet, et appetat sibi propriam excellentiam in bonis veris, vel fictis, ut velit ipse solus, aut similia, aut majora bona inesse proximo, indeque si videat, ea proximo inesse, invidet, tristatur, ac veluti amaro affectu angitur, et excruciatur optans non inesse. De quo vitio ad rem D. Aug. Lib. 11. De Genesi ad Literam Cap. 14. ait: Amando quisque excellentiam suam, vel paribus invidet, quod se

coaequentur: vel inferioribus, ne sibi coaequentur: vel superioribus, quod
non coaequentur

482 Porro invidiam esse acceptam inter peccata morta-
lia numerandam esse, cuique manifestum est; Per se enim op-
ponitur charitati erga proximum, cujus est gaudere de bono pro-
ximi, ac de illius malo tristari, juxta illud Apostoli 1. Corinth. 13.
Charitas patiens est, benigna est. Charitas non aemulatur, non agit
perperam, non inflatur. Non est ambitiosa, non quaerit, quae sua
sunt, non irritatur, non cogitat malum. Non gaudet super ini-
quitate: congaudet autem veritati. Quinimo invidia videtur
ti Dei contradicere, et contrariari plane committitur, cum bo-
num, ac donorum omnium immediatus distributor sit Deus: Qua
ratione de se gravem importat malitiam. Quamvis ex parte
vel ratione imperfectionis actus, defectu scilicet plenae adver-
tentiae, ac perfecti consensus, ac materiae gravis quandoque ex-
tantum peccatum veniale, sicuti contingere solet in aliis
peccatis contra proximum, quae licet ex se sint gravia, ratione
levitatem materiae admittunt, vel etiam defectum advertentiae plenae
et consensus perfecti. Quare in particularibus casibus ad dignoscen-
dum, an invidia sit peccatum grave, aut leve, recurrendum
erit tum ad qualitatem mali, quod invidetur, tum ad qualitatem
actus invidentis.

Hoc autem peccatum esse plurium
483. aliorum fontem, et radicem constat ex illo Sap. 2. Invidia autem dia-
boli mors introivit in orbem terrarum. Imitantur autem
illum, qui sunt ex parte illius. Inter quae peccata, quae sunt
partus, et filiae invidiae, apposite a D. Gregorio loco supra cita-
to numerantur Odium proximi, susurratio, detractio, exulta-
tio in adversis, et afflictio in rebus prosperis proximi: de qui-
bus agendi locus erit in tractatu de Charitate.

Articulus Ultimus
De Acedia, ac Filiabus ejus.

484. Acedia, seu ut alii volunt, Accidia generatim sump-
ta sonat incuriam, negligentiam, pigritiam, et teporem in
rebus agendis: et est praesertim triplex, alia nempe est na-
turalis, alia moralis, et capitalis alia. Naturalis vero con-
sistit in tepore, et hebetudine virium naturalium defi-
cientium respectu laboris suscipiendi, orta ex intempe-
ries complexione male affecta: et haec dicitur Acedia
corporalis, vel vero consistit in passione, seu tristi-
tia appetitus sensitivi refugientis laborem, seu difficul-
tatem operis sibi contrarii, et vocatur Acedia sensualis. Haec
utraque haec acedia secundum se considerata, et usque dum
manet in suo esse puro naturali, peccaminosa non est, utpote
ex naturae conditione nascens, ac proveniens: quinimo po-
test esse materia meriti, et causa, ubi nempe pars
superior ei resistit, et se adhuc reclamante actiones suas
[illegible] ratione [illegible] dirigit etsi ea res per se satis
manifesta. Unde ut culpabilis sit debet esse voluntaria

ei sibi et conjungi debet consensus voluntatis, illi taedio nempe, et horrori obsecundantis, et tunc Moralis evadit.

185. Haec autem acedia moralis alia est generalis, et alia specialis. Generalis est quodvis taedium, et languor remissi animi ad bene operandum in rebus aeternae salutis, seu in exercitio virtutum, ob laborem, seu molestiam et difficultatem adjunctam; adeoque versari potest circa quodcunque praeceptum, et virtutem; et sic non est speciale peccatum; sed eam participat malitiam, quae inest transgressioni legis, cujus actus omittitur, vel negligenter exercetur: V.G. Petrus ex desidia, et pigritia, et ne subeat laborem, qui subeundus est in auditione sacri praecepti, horarum canonicarum &c. consentit in omissionem, et de facto omittit sacrum praeceptum, et horas canonicas recitare &c., aut vero eo tempore, et negligentia sacrum audit, et horas canonicas recitat &c., acedia in eorum est tale peccatum, qualis est omissio sacri praecepti, et horarum canonicarum, aut auditio, et recitatio negligenter facta. Et de hoc acediae genere hic sermo non est.

186. Acedia specialis autem, quae inter capitalia peccata enumeratur, et de qua nunc loquimur, est tristitia, molestia, et taedium de bonis supernaturalibus, et divinis ad nos pertinentibus; ut si quis tristatur, et dolet quod Deus sit noster ultimus finis, et salus nostra, eo quod hic finis, et salus obtineri non possit sine fuga voluptatis rerum terrenarum, sine exercitio virtutum, sine abstinentiis, vigiliis &c., et adeo hac tristitia, et dolore victus ob difficultatem, et laborem subeundum omittit media ad salutem aeternam necessaria, sic nihil curando divinam amicitiam, ac aeternam Beatitudinem. Unde inter reos hujus desidiae, seu Acediae recte ab Honorato Tournely, sive ejus continuatore hic A. 5. ex apostolico Cathechismo enumerantur, primo qui nolunt adhibere ea, quae sunt media, et conditio ad aeternam salutem consequendam necessaria: 2do qui ob laborem subeundum detractant ea officia, ad quae a superioribus suis legitimis vocantur: 3tio qui manent ignavia, torpent otio, et tempus, quod in rebus salutis impendere debebant, in ludis, visitationibus, inanibus colloquijs, aliisque id generis nugis, et ineptijs terunt: 4to qui ad orationem, et ad alia pietatis opera sunt segnes, et repetendo ita tardi, ut eam procrastinant: Denique qui in virtute nolunt proficere, adeoque et deficere volunt.

187. Atque peccatum hoc esse de se et ex genere suo mortale, constat vel ex eo, quod graviter Charitati Dei adversatur, utpote cum per illud parvi penderentur divina amicitia, et aeterna Beatitudo, atque indignae reputantur, quae sane, et magno labore comparentur. Quamvis negandum non sit, talem acediam esse posse veniale peccatum ex actus imperfectione, vel etiamsi ubi quis totaliter a Deo non avertitur, sed stante efficaci voluntate servandi

in Deum tanquam ultimum finem per media congrua, et opera salutis; sed inefficaciter ab eo abhorrent ob difficultatem operis, atque ea opera negligentius exequuntur. Talis enim tristitia non pugnat contra substantiam, sed tantum contra modum Charitatis.

488. Filiae vero Acediae Capitalis ex S. Gregorio lib. 31 **Moral.** Cap. 31. sunt sex, nimirum Malitia, Rancor, Pusillanimitas, Desperatio, Torpor, et mentis Evagatio. Malitia prout non est genus vitiorum omnium, sed prout est speciale peccatum, et hic consideratur, est voluntaria impugnatio, derisio, et contemptus bonorum spiritualium, et hominum, qui nos exemplis, Doctrina, et consiliis ad pietatem excitare conantur; et proinde ea est, qua quis bona spiritualia aversatur, odio habet, ac vellet ea non esse; aut ipsum poenitet bona fecisse, implevisse mandata, vellet se natum non esse, non cognovisse Deum, ac catholicam Religionem, non fuisse ad finem supernaturalem creatum, sicut bestias mori &c. Hæcque est grande peccatum, ut videre est Sap. 5.

489. Rancor est indignatio adversus Superiores, ac Pastores, et alios, qui acidiosos ad meliora compellunt; eaque esse solet peccatum grave juxta illud Proverb. 29: Viro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus. Pusillanimitas est vitiosa animi diffidentia, qua quis nempe Dei consilia aut praecepta etiam ex viribus divinae gratiae putans non posse exequi ex animi timiditate omittit. **Atque haec** ubi conjunctum habet errorem ex parte intellectus, quod Deus nempe non elargiatur petentibus eam gratiam necessariam ad bene operandum, est peccatum grave; si vero errorem ex parte intellectus non praecontinet, si pusillanimitas sit circa opera meri consilii, erit peccatum veniale; si circa opera de praecepto, aut voti erit peccatum grave, aut leve pro ordine ad praecepti obligationem. Quod per se patet.

490. Desperatio est cum quis diffidit de mediis sibi a Deo dandis ad aeternam beatitudinem consequendam. Et est semper peccatum grave, nisi imperfectio actus excuset, ut supra ostendimus num. 206, et 207. Torpor est languor animi, quo quis suam salutem negligit, aut opera praecepta omittendo, aut negligenter ea faciendo: estque semper peccatum grave ubi res graviter praecepta omittuntur, regulariter autem leve, ubi fit negligenter; semper tamen periculosum. Tandem mentis evagatio est defectus attentionis, quae in rebus spiritualibus peragendis, ut in oratione, aliisque piis exercitiis, requiritur. Et erit peccatum leve in opere non praecepto, nisi divagatio sit ad res graviter illicitas: mortale vero si versabitur circa opera praecepta sub gravi; nisi divagatio fuerit circa materiam levem. Atque ex his finem pono Tractatui pernecessario et perutili de Peccatis; cui Utinam quisque studeat eo fine tantum, ut sciat discernere lepram a lepra, ne erret, cum munus confessarii assumet, et ut foeditate peccati cognita ab eo tanquam a facie colubri fugiat, ut tandem regnet cum eo, qui vivit, et regnat in saecula saeculorum.
Amen.

Monitum

Ad Appendicem Tractatus de Conscientia circa licitum, et illicitum usum opinionum probabilium sub num. 298 traditam.

Errata vel invincibiliter, ubi error deprehenditur, corrigere, atque in veritate semper novis, ac clavis momentis magis declarata confirmari, omnis ratio exigit, ac lumen ipsum naturale nobis inditum ubique clamat. Hinc non obstantibus iis, quae in praedicta appendice adduxi pro ratione dubitandi de authenticia Decreti, cui titulus: Decretum S. Rom. et Univ. Inquisitionis a SS. D. N. Clemente Papa XIII. confirmatum, quo prohibentur Theses circa Probabilismum exposita, publicae disputationi anno vertente 1760 Avinione in Regali Seminario; item non obstante Decreto (cum ad notitiam) Urbani VIII. sub die 2 Augusti 1631, in quo Summus Pontifex in hunc modum decernit = Cum ad notitiam hujus sacrae Congregationis pervenerit quamplures Declarationes, Decreta, seu decisiones sub nomine ejusdem sacrae Congregationis absque illius auctoritate impressas in libris, seu aliis operibus circumferri, et allegari, multasque ex Declarationibus, Decretis, seu Decisionibus juxta contingentiam casuum, illorumque qualitates, et circumstantias a diversis temporibus factas, secundum ea, quae proponebantur, prius alteratas, immutatas, diminutas, et forsan alias mentito sacrae Congregationis nomine confictas, nulloque propterea authentico sigillo munitas, illasque per tribunalia tam in Urbe, quam per Orbem circumferri, et allegari: Considerans eadem sacra Congregatio quantum detrimenti recipi possit, si aliqua fides illis adhibeatur, ex speciali S. D. N. Urbani VIII. jussu mandat et praecipit, hujusmodi declarationibus, Decretis, seu decisionibus tam impressis, quam imprimendis, ac etiam manuscriptis, nullam fidem in judicio, vel extra judicium esse adhibendam, sed tantum illis quae in authentica forma, sub ipso sigillo, et subscriptione Emi Card. Praefecti, ac Secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium munitae fuerint in omnibus fidem (?) propria manu subscriptae, et signis munitae [illegible] = Non obstante, inquam, hoc Decreto, quatenus nihil innovante, quod in prelaudato Decreto, prout hic circumferebatur, habeatur sola subscriptio Assessoris, qui, ut constat ex Bulla Solicita Benedicti XIV. non est ille minister, ad quem Decreta sacrae Congregationis subscribere pertineat, minime vero habeatur subscriptio Notarii sacrae Congregationis, qui est, qui talia Decreta subscribit, ut patet ex [illegible] exemplaria talium Decretorum, his, inquam, et aliis non obstantibus, x nunc vero ... Data ex certis fontibus, ultra fateor praedicti Decreti existentiam, et authenticam dubium meum sincere retractando.

x (quae ut ad ... ... Commentarium memorare nobis venit)

Contra vero non possum non magis, et me
confirmari in eo, quod secundo loco in citata edit. Appendix
ex citato scilicet Decreto nihil contra probabilisticum system.
prout a suis accuratis assertoribus nunc in scholis traditur,
legi posse, adeoque falsum est, quod nimia confidentia asseru
vit Modernus Theologus, eo nempe in Decreto probabilismum dam
natum. Ibidem enim dictis accedit, quod sacra Congregatio neu
non damnavit omnes, et singulas propositiones, earumque ma
bre in proscripto folio contentas (ut perperam, ne aliud dicam
ostendere conatur citatus Modernus Theologus, seu Auctor libri
cui titulus La causa del Probabilismo Richiamata all'esame
da Monsig.r D. Alfonso de Liguori, e novellamente convin
di falsità da Ausito Teoforo &c.) sed tantum aliquas, ut
vel videre est ex eo, quod sacra Congregatio mandans im
nationem praedicti folii inseri libro Indicis Librorum pro
bitorum, non voluit inseri (ut videre est in Appendice
noviter apposita Indici) sub titulo: Folium, et Theses in
illo expositae, sed simpliciter hoc modo: Regula vindex
Thesium, cui titulus Probabilismus Disputationi &c., nec
inquam, non damnavit omnes, et singulas propositiones in
scripto folio contentas, sed tantum aliquas; verum etiam
nullo modo mens fuit sacrae Congregationis vel ad mi
mum probabilismum in scholis catholicis traditum da
tare, vel tangere, ut inter alia constat ex tribus Episto
lis perhumaniter conscriptis Illmo, et Rmo D. Alfonso de
Liguori Episcopo Sanctae Agathae Gothorum a RR. PP. Thoma Augu
stino Ricchini sacri Palatii Magistro, et Pio Thoma Schiara
Congregationis Indicis Secretario, nec non ab Emo Galli Poe
nitentiario. Quas quique legere datur in Opera, cui titulus
Apologia dell'Illmo, e Rmo D. Alfonso de Liguori Vescovo di
Santagata de' Goti, in cui si difende la Dissertazione del
medesimo prima data in luce circa l'uso moderato dell'
Opinione Probabile &c. Easque ad communem omnium
intelligentiam hic fideliter transcribo. Epistola itaque P.
P. Ricchini est sequens

Illustriss. e Reverendiss. Sig.r Sig.r e Pad.ne Col.mo

Per ubbidire a' venerati comandi di V. S. Illustriss. e Rev.
vamente rispondo al dubbio proposto, che la condanna, e pro
ibizione, ch'è da del S. Officio cade sopra il foglio intero delle pro
posizioni, non sopra ciascuna di esse in singolare, impe
ruso che, quando viene proibito un libro contenente pro
posizioni qualificabili da' proibizioni, la proibizione cade
bensì in tutto il libro, ma non sopra tutte le proposizioni in
esso contenute. E perciò si è posta con la proibizione nell'
ultima Appendice dell'Indice, che è venuto più anche in luce
come ella potrà osservare alla lettera P, sotto l'aquila
ne siegue, che la prima proposizione non è altrimenti

condannata; ne potava riprovarsi senza adottare il Rigorismo, e condannare il comune de' Teologi, che la sostengono. Ciò credo, che basterà à V. S. Illustriss. per acquietare la sua, ed altrui coscienza, e potrà fare di questa mia notizia quell'uso, che stimerà più convenevole. Desideroso altri motivi di mostrarle la mia venerazione &c. = Hactenus Rmus P. Ricchini respondens propositato Illmo, ac Rmo Dn. Signori ab eo quaesiti: an etiam prima tolij damnati propoño, fuerit damnata. Epistola autem Rmi P. Schiara longior est, et expressior: at est sequens

Illustriss. e Reverendiss. Sig. Sig. e Padr Colendiss.

Per meglio ubbidire ai comandi di V. S. Illustriss., e più pienamente renderla informata intorno alla dimanda fattami le mando copia del Foglio contenente le Tesi, pubblicato in Trento appresso alla sua condanna dal fu Monsig. De Albertis Vescovo di quella città, e di poi proibito dal Papa nella Congregazione del S. Officio à 26. di Febrajo 1761. Monsig.ra di Albertis, come vedrà dal suo Decreto proibì le Istesse accuratim sumptas, ed il Papa proibì il Foglio, tanquam continens propositiones, quarum aliquae sunt respective falsae, temerariae, &c. Perciò nell'Indice de' Libri proibiti non si è posto, se non il titolo del Foglio. Veda l'ultima Appendice stampata in Gennajo dell'anno scorso 1763 alla parola Regula; dove sta inserito il Foglio ne' suoi precisi termini così: Probabilismus disputationi Ven. Clero Tridentini exenitij gratia exhibitus contra Probabiliorismum strictè talem, utpote negotium perambulans in tenebris, pro die 10. junij 1760. in aedibus Canonicalibus. Dal solo titolo del Foglio condannato ognuno facilmente conosce non essersi fatta condanna contro il Probabilismo, e per conseguenza non essere stata condannata la proposizione: licet sequi probabiliorem pro libertate, relicta minus probabili pro lege, la quale è sentenza comune de' Probabilioristi moderati. Bensì è vero, che sebbene la condanna non favorisca il Probabilismo, non però può dirsi da essa proibito il Probabilismo, nè dell'equè probabile, nè tampoco del meno probabile favorevole alla libertà. E questo è qui sentimento comune, e certo. Ne credo, che qui i Probabilisti lasciano per ciò di seguitare il loro sistema. Questo è quanto posso, e debbo dire in risposta &c. = Hae magni nominis, et doctrinae viri, mentis ac sacrae Congregationis, et Pontificis maxima conscij, utpote S. Officij consultores, quibus à nemine fidem arbitror denegandam, quam si quis denegare auderet, audiat, et legat epistolam Illmi Italiae profunditate Illmo, et Rmo D. Signori rogati, ut summum Pontificem consuleret, ejus mentem ipsi deinde significaret, et quaestionem circa unam thesim folij, in qua usus probabilismi continebatur [illegible] [illegible]

Illustriss. e Reverendiss. Sign. Sign.

Più che à me è noto alla profonda dottrina di V.S. Illustriss. e Reverendiss., che nelle condanne, o proibizioni de' libri non s'intendono mai condannate tutte le proposizioni, che in essi si contengono; essendovene molte delle verissime anco in Lutero, Calvino &c. Ma perchè altre ve ne s'incontrano cattive, e perniciose, perciò colla condanna, o proibizione avvisa la Chiesa i suoi figli, che debbano astenersi dalla lettura de' medesimi, acciò insieme col vero non s'imbevano ancora del falso. Posso assicurare V.S. Illustriss. e Reverendiss. che nella condanna del cennato foglio, di cui mi scrive non si è inteso di condannare veruna delle proposizioni, che si controvertono nelle scuole Cattoliche, e da molti cattolicamente si difendono; ma si è avuto il motivo di proibirlo, per quelle proposizioni, che alla medesima conobbe meritevoli di censura. Ed in tanto osservandomi &c. = Haec ille, quibus et addere possem Epistolam a me acceptam Romae à Prefato ibidem morante, qui testatur se quosdam Emos Cardinales de hac causa interrogasse, respondisse nunquam fuisse mentem Sacrae Congregationis Probabilismum damnandi. Item et addere possem testimonium P. Jo: Baptae Faure S. Theol. Professoris testantis per suas literas à me acceptas, se anno 1763. Probabilismum nemine contradicente docuisse in Classe Theologiae Scholasticae Romani Collegij Societatis Jesu. Quas tamen hic transcribere non placet, quia tres relatas epistolas ad veritatem declarandam satis esse cuique veritatis meridiana luce clarioris non refractario arbitror, sicuti et ad ostendendum, me non amisisse omne lumen rectae cognitionis, et ratiocinij, dum ex tali decreto nihil contra probabilismum colligi posse dixi, ut me notavit Auctor libri citati, cui titulus: La causa del Probabilismo &c. Quem proinde cuperem attente legere, et meditari decretum Innocentij XI. die 2 Martij 1679. emanatum, item Constitutionem Benedicti XIV. quae incipit Sollicita, et in ea praesertim Regulam tertiam in eadem constitutione sub § 17. positam, ubi sic decernitur: De variis opinionibus &c. [illegible] sub § 22. posita nempe: Haec sunt [illegible] caritatis &c. [illegible] ubi in hunc modum statuitur [illegible], [illegible] sic omnino [illegible] et tandem missis alijs, § 24., in quo [illegible] discipulos S. Thomae in quorum numero profunditatis Auctor esse gloriatur, sed et [illegible] alios ita monet = Angelicus Scholarum Princeps de [illegible] omnia si ipse meditatus esset, salva obedientia Pontificijs decretis, ac [illegible] tot contumelijs, convicijs, dicteriis notis, censuris, et derisionibus sibi contrarios in causa, quae adhuc sub judice est, afficere non potuisse, omnibus [illegible] notum est. Sed jam pro causae meae justitia satis dixisse existimo.

Sr. V.S. Ill[illegible]
dei libri
ni, che in
ime anv-
econtrar
roibigion
rezz [illegible]
on s'intr
e Revere
mi scr
propong
, é da me
motivo d
Persona
Parendo
lam a n
pui tatta
rrogatte
rogation
n testim
S per su
S ram
ropica [illegible]
fara non
Declara
attario
issa onv
tali [illegible]
ut mero-
Probabilism
Ditan
m, itur-
itar, at vio
sub S.C
Sei [illegible]
. Pro S[illegible]
mmuti[illegible]
o D. chore
sao et fro
ea, che
ilius fr
is actor
arza s
[illegible]
Frisiza

sura [illegible]
vel s[illegible]
in s[illegible]
rib, [illegible]
per [illegible]
thod [illegible]
per [illegible]
ratis [illegible]
ac s[illegible]
si n[illegible]
Dino [illegible]
cam [illegible]
cum [illegible]
ren [illegible]
si p[illegible]
ba [illegible]
da [illegible]
non [illegible]
re [illegible]
su [illegible]
ra, [illegible]
ta [illegible]
in [illegible]
rá [illegible]

a [illegible]
Da [illegible]
D[illegible]
q [illegible]
ha [illegible]
g[illegible]
b[illegible]
a[illegible]
ra [illegible]
h[illegible]
e[illegible]
a[illegible]
h[illegible]
r[illegible]
i[illegible]
s[illegible]

Tractatus Quintus
De Poenis ecclesiasticis

Peccatum poena sequitur juxta illud Deuter. 25. Pro mensura delicti erit, et plagarum modus: et Apocalyps. 18. quantum glorificavit se, et in delicijs fuit, date illi tormentum, et luctum: explicata itaque in superiori Tractatu nostro, multiplicitate, seu varijs peccatorum generibus, eorumque requisitis, discrimine, pravis effectis, et aliis poenis, quae per se, et ex natura sua ipsis sunt annexae, nunc recto postulante methodo, quoniam, ut patet ex illo Christi Matth. 16 Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis et Matth. 18 Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelis, ecclesia quoque proprijs ac specialibus poenis filiorum suorum crimina punire sit, ut tandem si non amore virtutis, et horrore culpae, saltem timore, ac formidine poenae et ab ipsis patrandis abhorreant, et a patratis resipiscant, subnectimus Tractatum de poenis ecclesiasticis, inter quas cum primum locum teneant censurae excommunicatio scilicet, suspensio, et interdictum, de his primo loco dicemus, et alio loco, si per tempus licebit, et de caeteris, quae sunt minus proprie verba faciemus, de irregularitate nimirum, depositione, et degradatione. Modo igitur Tractatum de censuris dabo, perutilem non solum, sed et necessarium nedum Confessarijs, et Parochis pro recta sacramentorum administratione, verum etiam ecclesiae Praelatis qui talibus poenis errantium subditorum mores corrigere, emendare, et coercere debent. Utque id recto ordine fiat, atque omni ablata confusione praestemus, primo de censuris in genere, deinde in particulari tractabimus. Deus autem det incipere, et perficere magno cum nostro emolumento, et aliorum.

Caput primum
De natura, et divisione censurae

Censurae nomen varias obtinuit significationes. Aliquando enim sumitur pro judicio de re aliqua, quo notantur ea, quae laudari, vel vituperari possunt, merentur, et debent, et sic librorum Revisores, et Correctores appellari solent censores, eorumque judicium, quod de illis fertur, dici solet censura. Aliquando vero accipitur pro Officio, munere, et dignitate personae constitutae ad indagandum de moribus Populi, ut ejus delicta emendare, et punire debeat, sicut mos erat apud Romanos: Unde de Censura hoc modo accepta agebat Livius lib. 19 Cap. 4. Catonem triumpho, et censura insignem fuisse. Quandoque autem, et magis proprie usurpatur pro sententia, et poena ab ipso censore inflicta ad reos coercendos; et in hoc sensu Juvenalis satyra 2 dicebat: Dat veniam corvis, vexat censura Columbas. Atque censurae nomen hoc modo sumptum, seu prout significat punitionem ad mores corrigendos adhibitam, apud Romanos usitatissimum, in ecclesiasticam disciplinam invectum est, et locum obtinet, atque significat poenam spiritualem, ceteraquin medicinalem.

quam Ecclesia in peccatores contumaces, et pervicaces jaculatur, ut eos ad bonam frugem reducat, atque ad salutis semitam.

2. Censura itaque ecclesiastica more accepta definiri, ut cum Benedicto XIV. de Synodo Diœcesana lib. 10 cap. 1 num. 1 Pœna spiritualis, et medicinalis, qua homini baptizato, delinquenti ac contumaci, quorumdam spiritualium bonorum usus aufertur ab Ecclesia, donec a contumacia recedat. Quæ omnia claritatis gratia explicamus. Dicitur itaque primo Pœna, quia in punitionem delicti infligitur: 2do Spiritualis, quia licet per ecclesiasticam censuram delinquens de secundario, et per accidens privetur etiam bonis temporalibus, ut quando per excommunicationem privatur politica, et civili communione cum fidelibus, aut fructibus beneficii obtenti; primario tamen, et principaliter privatur bonis spiritualibus ad salutem animæ pertinentibus, et nonnisi per ordinem ad hæc bonis temporalibus. 3tio medicinalis. Nam, ut habetur in Capit. Cum medicinalis, de Sent. excom. in 6. per censuram delinquens medicinaliter puniri debet, non vindictam, sed emendationem rei principaliter, et per se intendendo; ideoque non debet esse perpetua de se, sed ablata contumacia, et reo emendato oportet tolli, ut, et debet ex Capit. Ex litteris vestræ devotionis, de Constitut. 4to qua homini baptizato. Infideles enim, et quotquot baptizati non sunt, utpote non subditi Ecclesiæ, ejus judicio, ac legibus non subsunt, ut docet Apostolus 1. Corinth. 5. inquiens: Quid mihi de iis, qui foris sunt judicare? Nam eos, qui foris sunt, Deus judicabit. et Innocentius III. in Capit. Gaudemus, de Divortiis loquens de Paganis, et infidelibus ait: Constitutionibus Canonicis non artantur.

Quinto delinquenti, ac contumaci, quia cen-
3 sura ecclesiastica nonnisi propter delicta, et hæc cum pertinacia patrata, et contumacia persistente, infligitur, ut ex canonibus paulo ante citatis colligitur. 6to quorumdam spiritualium bonorum usus aufertur. Ecclesia siquidem per suas pœnas numquam intellexit, neque intendit privare filios suos bonis spiritualibus habitualibus, seu permanentibus, ut charactere, potestate Ordinis, fide, spe, et charitate theologica, gratia sanctificante, ac fructu bonorum operum personalium, neque etiam bonis communibus internis, quæ resultant ex interna illa cognatione, quæ reperitur inter homines eadem fide, Religione, et charitatis vinculo conjunctos; sed tantum bonis quibusdam spiritualibus suæ administrationi a Xto Dno commissis, qualia sunt sacrificium, administratio, et susceptio sacramentorum, Indulgentiarum, publicæ preces et suffragia, spiritualis jurisdictio &c.; quamvis ut et supra notavi, per accidens, semper tamen per respectum ad spiritualia, et quibusdam bonis temporalibus privet. Dicitur septimo Ab Ecclesia, quia soli Ecclesiæ, et cui illa commiserit, nequaquam vero sæculari potestati inest auctoritas ecclesiasticas pœnas infligendi, ut certum est apud Catholicos omnes tum ex sacris Canonibus, tum ex Scripturis, et præsertim ex Matth. 16, et 18 supra citatis. Dicitur ultimo Donec a contumacia recedat

Ubi enim censuris innodatus a suis sceleribus resipuit, hocque resipiscentia, atque emendatio intervenit, statim a censuris absolvi debet, ut ex supradictis patet.

4 Neque bonitati praedictae definitionis obest, quod ecclesia non sit domina bonorum spiritualium: aut quod illa aliquando censuras etiam infligat in eos, de quorum salute, et emendatione omnino desperatur; aut etiam quod omnino alienum sit a corde matris amantissimae salutis filiorum eos privare iis bonis, quibus deperdita salus facilius recuperari potest, sicuti sunt suffragia ecclesiae. Nam licet ecclesia non sit propria domina bonorum spiritualium etiam externorum, de quibus superiori loco diximus; est tamen illorum dispensatrix a Christo Domino constituta. Unde sicuti licet curator non sit proprie dominus bonorum pupilli; attamen ea secundum aequum, et justum administrare potest, et debet, idem et de ecclesia dicendum est loquendo de iis bonis, quorum administratrix est a Christo Domino constituta; adeoque primum non urget, sicuti neque etiam secundum. Quamvis enim censurae sint medicinae spirituales, non ad punitionem per se, sed ad emendationem delinquentis ordinatae, ut scilicet emendetur, habent tamen etiam aliquo modo rationem poenae, et proinde per accidens ordinari possunt ad punitionem, et publicam vindictam, ut nempe alii terreantur, et a censuratis tam facile infici non possint, et tali exemplo in officio contineantur; in quo et ratio medicinae apparet. Sicuti enim non est exemplum in medicina temporali nunquam danda aegrotis, de quorum salute desperatur. Et ex his est tertium, quod neque urget. Nam et pia mater ad terrendum filium relictis illi necessariis ad sibi procurandam salutem, ad justam correctionem potest denegare, et quidem juste, ea, quibus filius suus commodius saluti suae prospicere potest, ut nempe filius sic agnoscens matrem juste contra se indignatam a suis resipiscat erroribus. Haec de natura censurae.

5 Circa numerum autem, et multiplicitatem censurarum, quidquid sit de sententia nonnullorum contendentium, plures, quam tres admittendas esse censurarum species, illud tamen certum tenendum est, tres saltem esse ecclesiasticas censuras, excommunicationem scilicet, suspensionem, et interdictum, atque in has tanquam tria membra essentialia dividi censuram generatim sumptam, ut respondit Innocentius III in Capit. Quaerenti 20, de Verb. signif. inquiens: Quaerenti, quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum hujusmodi clausulam in litteris nostris apponimus, respondemus, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis, et excommunicationis sententia valeat intelligi. Atque de his tribus censuris suo loco dicam.

5. Utraque autem ex relatis censuris vel spectatur ex parte causae efficientis, vel ex parte subjecti, vel tandem ex parte formae. Si consideratur ex parte causae efficientis, accidentaliter dividitur in eam, quae est a jure, et in eam, quae est ab homine. Censura, quae est a jure, ea dicitur, quae per sacros canones, constitutiones, et statuta, seu decreta, atque ecclesiasticas leges de se stabiles, et negativas personas infligitur, cujusmodi sunt censurae in corpore juris contentae, vel in aliis summorum Pontificum

et Conciliorum, aut episcoporum, aut aliorum in foro externo contentioso jurisdictionem spiritualem habentium Decretis, Canonibus, seu statutis, ac legibus comprehenduntur. Censura vero, quae est ab homine, illa est, quae ab ecclesiastico superiore jurisdictionem sive ordinariam, sive delegatam contentiosam habente fertur per judiciariam sententiam, aut per mandatum, seu praeceptum transitorium, et temporaneum. Atque utraque haec censura licet in eo conveniat, quod semel contracta tamdiu durat, quamdiu per absolutionem ab habente potestatem relaxatur, in eo tamen discriminatur primo, quod lata a jure, utpote cum lex futura respiciat, tantum propter delicta futura, patrata scilicet post legem conditam incurratur, lata vero ab homine propter peccata praeterita, aut praesentia, seu jam commissa, saltem pendentia in futurum contrahitur: 2do quod censura lata a jure est perpetua, durat scilicet etiam mortuo Legislatore, qui legem tulit, quousque lex illa legitima potestate abrogatur; contra lata ab homine, eo mortuo superiore, aut officio dimisso, si nondum est contracta, cum suo auctore expirat. Unde si Petrus V.G. excommunicatus sit ab episcopo suo per judiciariam sententiam sub conditione V.G. nisi intra mensem restituerit, parti laesae satisfaciendo, episcopo mortuo, aut ea sede relicta, atque ad aliam translato, antequam mensis finiat, excommunicationem non contrahet, etiamsi non restituat, aut parti laesae non satisfaciat &.

7. Si vero censura consideratur ex parte subjecti, in quod fertur, alia est generalis, et specialis altera. Generalis est, quae generatim fertur in omnes, qui legi, seu decreto contravenire ausi fuerint, ut si episcopus excommunicet omnes, quotquot furtum in ecclesia commiserint. Specialis autem est, quae in singularem, aut singulares personas determinatas infligitur, ut si episcopus excommunicet, aut suspendat hunc clericum ob furtum, aut adulterium, aut aliud grave delictum commissum.

8. Tandem si censura spectatur ex parte formae, alia est latae et alia est ferendae sententiae. Censura latae sententiae ea est, quae incurritur, statim ac commissum est delictum, eo quod fertur, adeo ut opus non sit alia sententia declaratoria, aut condemnatoria judicis: Censura autem ferendae sententiae ea est, quae nonnisi post sententiam aut condemnatoriam aut declaratoriam judicis incurritur, ut diximus in Tractatu de Legibus, de Obligatione Legis Poenalis ad subeundam poenam § 3. num. 459, ubi et leges, quaenam sint censurae latae, et quaenam ferendae sententiae.

Caput secundum.

De causa efficiente censurarum.

Per causam efficientem censurarum intelligitur is, qui censuram fert, aut ferre potest. Modo itaque dicemus, et ostendemus, quinam ii sint, qui censuras infligere possunt, ut et addamus requisita necessaria tum ad licite, tum ad valide censurandum. Atque id totum per duos distinctos articulos praestabimus.

Articulus primus

De eo, qui censuras ferre potest.

9 Quamvis cum communi sententia tenendum sit, institutionem censurarum quoad numerum, ritum, ordinem, et modum eas ferendi, aut applicationem huic vel illi personarum peccantium generi non esse de jure divino, sed ab ecclesia; altum tamquam omnino certum de fide tenendum est, sicuti definitum legitur in concilio Constantiensi sess. 8. et 9. et in Bulla Martini V. et novissime a Leone X. contra Lutherum, ejusque asseclas blaterantes, ecclesiam posse quidem excommunicare suis legibus rebelles, non tamen privare bonis spiritualibus, et communicatione interna suffragiorum ecclesiæ, sed tantum politicis exterioribus, et temporalibus bonis, tamquam certum, inquam, tenendum est, ecclesiam Catholico-Romanam a Christo Domino suo sponso quoad substantiam accepisse potestatem ad puniendos suos subditos poenis a se statutis, nempe excommunicatione, aliisque censuris, illos publicis spiritualibus bonis, suæ scilicet administrationi ab ipso Christo Domino commissis privando, ut declaravit Bonifacius VIII. in Extravag. Unam sanctam, de Majorit. et Obed., et satis expressum est in illo Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, et Publicanus. et in illo Corinth. 5. judicavi tradere hujusmodi hominem (incestuosum) Satanæ, ut spiritus salvus fiat. Quibus et consonat illud Timot. 3. Hæreticum post primam, et secundam admonitionem devita. et tandem illud 2. Joan. Si quis venit ad vos, et doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec Ave ei dixeritis. Unde S. Joannes Chrisostomus Hom. 4 in epist. ad Hebræos ait: Nemo contemnat ecclesiastica vincula: non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui nobis hanc potestatem dedit. Quapropter solum restat videre, quibus insit hæc potestas. Pro quo

10 Annotandum est potestatem ecclesiasticas censuras ferendi aliam esse ordinariam, et aliam delegatam. Ordinaria ea est, quæ personæ in dignitate, et officio constitutæ competit jure proprio, seu ratione sui muneris, officii, et dignitatis, ex lege, aut consuetudine legitime præscripta. Delegata vero est, quam quis habet non ratione muneris, officii, et dignitatis, neque ex lege, aut consuetudine, sed ex commissione ejus, qui habet ordinariam, cujus vices pro tunc gerit. Atque inter utramque illud discrimen est, quod habens ordinariam eam subdelegare seu alteri committere possit; secus vero habens delegatam, uno vel altero casu excepto, de quo dixi in Tractatu de Legibus in indice De potestate delegata dispensandi a num. 628, quæ attente relegas ad præsentis materiæ plenam intelligentiam. Atque ex his

11 Dico primo, omnem, et quemlibet ecclesiasticum superiorem ex suo munere, officio, et dignitate habentem potestatem ferendi ecclesiasticas leges censuras quoque

in suos respectivè subditos ferre posse: Nam de omnibus, et singulis ecclesiasticis Legislatoribus intelligitur illud Matth. 18 Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in cœlo. Quibus satis expressum est, Xtum Dominum Prælatis ecclesiæ suæ dedisse eam omnem potestatem, quæ est expediens ad rectum ecclesiæ regimen et dirigendos Xti fideles in vitam æternam: Porrò ad hunc finem obtinendum necessaria est ipsis Prælatis potestas per ecclesiasticas pœnas, seu censuras subditos suos contumaces coercendi ut à criminibus resipiscant; ergo &c; maximè cum potestati legislativæ, et coercitivæ correspondere debeat, cum aliàs superflua foret, et inutilis. Hinc cum, ut ostendimus in tractatu

12 de Legibus §. 2. de Legis ecclesiasticæ conditore à num. 165 et pluribus sequentibus, Summus Pontifex, et Generale Concilium legitimè congregatum, ac Summi Pontificis auctoritate confirmatum ecclesiasticas leges pro toto Xtiano orbe condere possit: item et Episcopi, Archiepiscopi, Primates, et Patriarchæ pro suis respectivis Diœcesibus, sicuti et Abbates quasi episcopali jurisdictione gaudentes, item et Cardinales pro ecclesiis sui tituli pariter et Legati à latere tempore suæ Legationis pro tota provincia ipsis demandata, tandem et Capitulum Cathedrale sede vacante, jam et Summus Pontifex, et prædictum Generale Concilium pro toto orbe Xtiano in universos ecclesiæ subditos peccatores, et contumaces censuras, aliasque ecclesiasticas pœnas suo muneri congruas infligere poterit, sicuti et Episcopi, Archiepiscopi &c pro suis locis, et terris sibi subjectis, et hoc quidem potestate ordinaria ipsis competente. Quod idem dicendum est cum communiter recepta sententia de Prælatis Regularibus respectu suorum subditorum Regularium, de Generalibus scilicet, Provincialibus, Rectoribus, Prioribus, et Guardianis [illegible] Regularium, ut clarè colligitur ex Capit. Cum in ecclesiis, de Majorit. et Obed. Quamvis quoad hoc, ut optimè advertunt Salmanticenses hic Tract. 10. in 1. Pun. 4. num. 31, attendenda sit consuetudo Religionum, et quid sit in illis per speciales leges determinatum. Quæ doctrina et extendi debet [illegible] satis recepta sententia ad Vicarium Generalem Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, et Primatis, cum ipse nedum gaudeat jurisdictione ordinaria in foro externo contentioso, sed etiam unum tribunal faciat cum Episcopo, Archiepiscopo &c; adeò ut ab ejus sententia non detur appellatio ad Episcopum, Archiepiscopum &c, ut decernitur in Capit. 2. de Consuetudine in 6. Quamvis quoad causas majores requiratur speciale mandatum Episcopi, Archiepiscopi &c, ut decisum est in cap. Licet, de Offic. Vicarij in 6. Atque hæc de potestate ordinaria censurandi, ad quam etiam [illegible] acquisita per consuetudinem legitimè præscriptam. Hinc

13 Dico secundò, potestatem ferendi censuras acquiri etiam posse per consuetudinem legitimè introductam, ut manifestè colligitur ex Capit. [illegible] 2. de Elect. et ex Capit. Romana, de Sent. excom. in 6. Atque etiam ratione suadetur. Sicuti enim per consuetudinem obligatio inducitur, cum vim legis habeat, si quidem legitimè introducta; ita et

jurisdictio, ita volente summo Pontifice ex justa, et rationabili causa; ne videlicet in hac Republica perturbationes, et scandala oriantur. Quae tamen ita intelligenda sunt, ut potestas ferendi unum censurarum genus per consuetudinem legitime praescriptam acquisita non extendatur ad alia censurarum genera, cum quibus necessariam connexionem non habet, quia nempe complectendo faciendi unum non dat facultatem faciendi alterum ab eo distinctum, et cum eo inconnexum, ut Salmanticenses loco supra citato probant cum Suarez, Sayro, Bonacina, et aliis. Quod idem et valet, et dici debet de legitima praescriptione, ac privilegio non amisso, neque revocato, sed in suo robore persistente, per haec scilicet conferri potestatem censurandi, ut patet ex Capit. Cum Olim, et Capit. Auditis, de praescriptionibus.

14 Dico tertio, potestatem censurandi a superiore loci jurisdictionem spiritualem pro foro externo habente acquiri etiam in personam sibi realiter non subditam ratione delicti in suo territorio ab ea commissi, ut V.G. si subditus Dioecesis Goritiensis committat delictum grave in hac Utinensi Dioecesi, Archiepiscopus Utinensis statim acquirit in taliter delinquentem jurisdictionem, et adeo facultatem censurandi, si delictum sit inter ea, quae censura mulctari merentur. Nam alias non subditus fit subditus ratione delicti, ut ostendi in Tractatu de Legibus a num. 338. et decisum est in Capit. Placuit causa 6. q. 3. atque ratione delicti sortitur forum illius, in cujus territorio tale peccatum commisit, ut habetur in Capit. ultimo de Foro competenti. Hoc tamen intelligendum est, ubi delinquens non exivit e territorio antequam episcopus illius loci causam cognoscat, et contra illum sententiam protulerit, aut saltem citari fecerit. Si enim ante haec fugerit, amplius censurari non poterit, ut communissima tenet sententia. Quae doctrina etiam limitanda est, pro casu, quo in alieno territorio delinquens esset superior illius, in cujus territorio delinquit, ut V.G. si Archiepiscopus in Dioecesi episcopi sui suffraganei delictum grave faceret, cum inferior in superiorem non habeat jurisdictionem, ut supra ostendimus. Quod et dici debet pro casu, quo persona delinquens esset omnino exempta a jurisdictione superioris loci, ut sunt Regulares per privilegia specialia exempti, Reges, Reginae, eorumque filii, ut habetur in Capit. Ne aliqui, de Privilegiis in 6.

15 Dico quarto, facultatem ferendi censuras acquiri etiam per titulum coloratum, seu praesumptum, juncto errore communi, seu publica aestimatione, quod nempe habeatur verus titulus. Unde si quis in episcopum simoniace electus fuisset, hicque defectus publice ignoraretur, sed publice tanquam verus episcopus haberetur, censuras valide infligeret. Ecclesia enim in casu vult supplere, et de facto supplet defectum jurisdictionis verae, et legitimae, ad evitanda scilicet omnia incommoda, quae sequerentur, si detecto errore omnia acta talis judicis esset rescindenda. Summus Pontifex vult, ob publicam subditorum utilitatem illi concedere facultatem excommunicationem, aliasque censuras infligendi, ut clare colligitur ex Capit. Infamis, causa 3. q. 7.

16. ... Dico tandem, potestatem ferendi censuras per delegationem acquiri posse, unde tali potestate gaudentes dicuntur Judices Delegati: Quae Delegatio tunc contingit, cum habens ordinariam facultatem censurandi eam personae idoneae committit, ut eius vices gerat. Et hoc per se, et ab ipsa experientia, et ipso jure patet. Haec tamen potestas tota pendet a voluntate Delegantis; et ideo propter eam quoties vult, revocare potest; quinimmo eius morte expirat, si res sit adhuc integra, causa scilicet nondum sit inchoata, ut patet ex Capit. Gratum, et ex Capit. Licet, de Officio Delegati. Nam juxta praedicta capitula si causa sit inchoata non expirat morte Delegantis, quin non expirat per mortem Pontificis Consilium Sanctae Inquisitionis, ut habetur in Capit. Ne aliqui, de Haereticis in 6., sive illud fuerit, sive non fuerit inceptum ante Pontificis mortem. Hoc vero omnia intellige de censurandi potestate, ubi ad censuras ferendas essent requisita, de quibus mox dicam.

Articulus Secundus.

De requisitis necessariis in ferente censuras.

17 Designatis iis personis, quibus potestas ferendi censuras ecclesiasticas competit, modo restat videre, an ad censurandi valorem necessaria sint in praedictis personis aliquae conditiones. Pro quo difficultatis puncto advertendum est, et tanquam certum tenendum, et primo quidem, quod censuram ferens debeat esse homo viator; quia sicut enim est gladius ecclesiae militantis, qui nonnisi per militantis ecclesiae ministros adhiberi fit; ac proinde neque Angeli neque Beati in caelo degentes, neque animae in Purgatorio existentes, et eo minus Daemones, et damnati censurandi ministri esse possunt, ut communissime tenent Doctores cum S. Thoma 3. p. q. 64. A. 7.

18. Secundo qui censuram infligit, debet esse usu rationis praeditus, ac sui compos. Quare nec amentes, nec stulti, nec perfecte ebrii, nec pueri ante rationis usum, nec insani, nec furiosi, neque extra se omnimode rapti censuras ferre possunt. Nam, ut communiter tenent Theologi, actiones, quae humanae non sunt, quales sunt, quae ab enumeratis exeunt, homines ligare non possunt. Quidquid interim sit de difficultate an Summus Pontifex de suae potestatis plenitudine possit pueris nondum usum rationis habentibus eandem potestatem committere, ut postea factus adultus, et usum rationis adeptus eam exerceat? De quo probabiliter in utramque partem disputant Theologi.

19 Tertio requiritur, ut censuram ferens sit baptizatus. Cum enim nondum baptizatus ecclesiae membrum non sit, nec munera, nec opera, neque jurisdictionem ecclesiasticam exercere fit. Qua ratione plurimi Salmanticenses tr. 10. Cap. 1. Pun. 5. num. 51, cum Suarez et aliis tanquam verius existimant, Summum Pontificem, neque de suae potestatis plenitudine praedictam facultatem committere non posse. Infideli ac needum baptizato. Quod tamen alii probabiliter negant, quia tantum jure ecclesiastico vetitum existimant; non autem jure Divino; quod inquiunt, ex eo constare videtur, quod jure Divino spectato etiam ipsi infideles valide baptizare possunt.

20 Quartò etiam necesse est, ut censuram infligens habeat veram, et seriam censurandi intentionem, et ut decernitur in Capit. Cum voluntate, De Sent. excom., hinc actiones à voluntate, et intentione operantis præcipuè suam desumunt efficaciam. Quare si Prælatus solùm ad terrorem incutiendum aliquid sub excommunicationis, aut alterius censuræ pœna præcipiat absque animo, et intentione censurandi, tunc subditus mandatum violans coram Deo censuram non contrahet, minimè nec in foro ecclesiæ si de voluntate Prælati ex sufficientibus conjecturis sit manifestum. Quod et dicendum est pro eo casu, ubi superior vellet, et intenderet aliquam particularem personam eximere, hanc nempe præceptum superioris violantem censuram non contrahere.

21 Quintò, quidquid sit de sententia, an videlicet Summus Pontifex viro Laico, et fœminæ de suæ potestatis plenitudine possit delegare facultatem spiritualis jurisdictionis, et adeò ferendi ecclesiasticas leges, et censurandi? De quo lis est apud Doctores, et satis mentem meam aperui in Tractatu de Legib. Cap. 4. § 2. De Legis ecclesiasticæ conditore, num. 185, de jure ordinario loquendo requiritur, ut censurans sit Clericus saltem clericali tonsura insignitus, ut habetur in Canon. Decernimus, De judiciis, et in Canon. Ecclesia Sanctæ Mariæ, De constitut., ubi laicis prohibetur tractare negotia ecclesiastica, et omnimodè denegatur facultas super ecclesiis, ecclesiasticisque personis. Quod idem et decernitur in Capit. Indicatum, Dist. 89, ubi prohibetur episcopis committere laicis curam sui ecclesiastici Patrimonii. Quod valet à fortiori dicendum est de exercitio spiritualis potestatis, qualis est censurandi facultas.

22 Dixi autem, saltem clericali tonsura insignitus. Nam necesse non est, ut clericus censuram ferens sit in sacris ordinibus constitutus, aut minores ordines habeat, cum, ut statuitur in Capit. Cum contingat, De ætate, et Qualitate Ordinandorum, quis per primam tonsuram in Clericali Ordine constituatur, et adeò sit Ecclesiasticæ jurisdictionis capax efficiatur, dummodò tamen non sit conjugatus. Quo in casu neque minoribus ordinibus initiatus, utpote incapax omnis ecclesiasticæ jurisdictionis, poterit censurare, ut expressè habetur Canit. 1, et 2. De Clericis conjugatis: quamvis si sit servitio alicujus ecclesiæ addictus, et habitum Clericalem gestat, privilegio Fori, et Canonis gaudeat, ut habetur in Capit. Unico De Clericis conjugatis in 6.

23 Sextò necessarium est, ut usus jurisdictionis non sit impeditus, ut per se patet. Unde iji quibus à legitimo superiore, aut à jure interdictum est, censuras infligere non possunt, licèt cæteroquin talis jurisdictio etiam ratione sui officii, et muneris ipsis competeret. Atque hinc prout in Capit. Inquisitores, De Hæreticis in 6. inhibitum semper prohibitum sit, Inquisitoribus Hæreticæ pravitatis inquirere contra Episcopos, ac contra eos procedere, nisi ab Apostolica Sede id ipsis fuerit specialiter commissum, invalida, et nulla est censura, siquidem Inquisitores contra episcopos infligere auderent, sicuti è contra et nulla erit eâ, quam forte Episcopus

contra Inquisitorem ferre attentaverit, cum in extravag. Cum Matthæus, de Hæreticis Joannes XXII prohibeat tam Ordinarijs, quam Delegatis judicibus procedere contra ministros, et officiales Apostolicæ Sedis, quales etiam sunt Inquisitores, per censuras ecclesiasticas.

24. Secundò est invalida erit censura lata in eum, qui à sententia legitimè appellavit, antequam in eum censura ferretur. Tunc enim per appellationem ejus jurisdictionis suspensus fuit, ut statutum est in Capit. Si à judice, De Appellat. in 6.

25. Sextò itam Vicarius Generalis episcopi nedum mortui, sed etiam capti, et ab hostibus detenti censuras ferre non poterit, cum episcopalis jurisdictio tunc tota ad Capitulum cathedrale devolvatur, quousque libertati restituatur, ut clarè definitum est in Capit. Si episcopus, De supplenda negligentia Prælati in 6. Quod verum est, etiamsi causa fuerit incepta ante mortem ipsius episcopi, aut ejusdem captivitatem, tunc siquidem amplius non durat episcopi jurisdictio, et per consequens nec Vicarij, cum unum sit utriusque tribunal.

26. Quartò denique etiam nullius roboris est censura lata ab excommunicato non tolerato, seu vitando, qualis est Hæreticus denuntiatus, aut publicus, seu notorius Clerici percussor, item et à notoriè, seu publicè suspenso ab jurisdictione sua, ut habetur in Capit. Exceptionem, De exceptionibus, publicè excommunicatus, vel denuntiatus, atque notoriè suspensus jurisdictione privatus manet. Quare et Vicarius, aut Delegatum habens ab episcopo censurandi facultatem, si episcopus publicè excommunicatur, sitque denuntiatus, aut notoriè suspenditur, amplius censurare nequibunt, ut habetur in Capit. Romana ecclesia, De Offic. Vicarij in 6.

27. Notandum tamen me dixisse: Ab excommunicato non tolerato, seu vitando &c. Siquidem, ut probant Salmanticenses hic Tract. 10. Cap. 1. Punct. 5. num. 58. cum Suarez, Sayro, Diana, alijsque, si judex ecclesiasticus sit solùm occultè excommunicatus, aut suspensus, tunc censuræ ab eo latæ validæ erunt, licèt ille illicitè tunc se gerat. Ecclesia enim ad vitanda gravia incommoda, et perturbationes, quæ inde in christiana Rep. orirentur, si rescindérentur, et nulla essent acta, quæ peregit judex, qui v.g. est Hæreticus occultus, noluit ejus potestatem ligare, donec de delicto publicè constiterit. Quinimmo præfati Doctores, loquendo de excommunicatione distincta ab ea, quæ contrahitur ob publicam, et notoriam Clerici percussionem, requirunt, quod excommunicatus non solùm sit publicus, sed etiam denuntiatus, et per sententiam judicis ut talis declaratus. Quod probant ex Constitutione Martini V. Ad evitanda scandala, ubi decernitur, excommunicatum toleratum in his, quæ ad publicum officium spectant, vitandum non esse etiam ab illis, qui tale sciunt; et per consequens ejus acta valida censeri debent; quia socius in illis vitandus foret. Sed in viam redeamus.

28. Septimò requiritur, ut censura in causa propria non feratur, ut constat ex Capit. Inter querelas

cān 23. q. 4. Rōō est, tū quia nemo fit sīu Actor, et judex in eadem cau-
sa; tū quia quis quo parte est Actor, subditus est; quā vērō parte
est judex, superior est: nullus autem fit ac subditus, et superior
in eadem causa; ergo &c. Quod tū exceptionem admittit, ut notat
Bonacina hic Disput. 1. q. 1. Pun. 2. num. 4. cū Suarez, et alijs, primō
ubi causa est tam publica, et manifesta, ut nec posse negari,
nec ullo indigeat examine: 2dō ubi id fieret in justam, et
necessariā sui defensionem, ut expresse fiter in Capit. Dilecto,
de Sent. excom. in 6

29\. Tertiō ad censuræ valorem requiri-
tur Personarū distinctio; et adeō nec Summus Pontifex, nec Epis-
copus, nec Capitulū quā tale se ipsū censurare pōt. Et rāō per
se est manifesta. Potestas enim censurandi ad vim coactivā
pertinet: nemo autem in seipsū vim, et potestatem co-
activam habet, ut pluribz ostendimus in Tract. de Legibus
à num. 290, et sequentibz; ergo &c.

30\. Cui certæ doctrinæ non officit primō
quod Episcopus, et eō magis Summus Pontifex possit sibi ap-
plicare indulgentias alijs xtifidelibz per jurisdictionis po-
testatem concessas: 2dō, quod licet actus dispensandi sit actus
jurisdictionis, qualis est et actus sibi eligendi in confessariū
sacerdotē ei conferendo potestatē absolvendi à peccatis;
attñ Summus Pontifex, et Episcopus utrumque præstare potest:
3tiō, quod Prælatus communicans cū subdito à se excom-
municato, minorem contrahat excommunicationem.

31\. Quod enim spectat ad 1um, Summus
Pontifex, aut Episcopus indulgentias sibi non applicat per
modum sententiæ, ut docet S. Thōas in 4tū Dist. 2. q. 1. A. 4. ad
3tium, sēd per modum dispensationis cujusdam, quam hōō
fit sacerdos ad seipsum; et adeō ad id non requiritur jurisdi-
ctio contentiosa; quæ tñ ad censurandū requiritur. Nisi etiā
dicere velis, Summū Pontificem indulgentias sibi concedere
posse per modū suffragij, sicuti et eas applicat fidelibz defun-
ctis, licet ejus subditi non sint. Vel etiam Deus ipsi eas con-
cedat immediata applicatione, cum præstat ea, quæ ad illas
lucrandas cæteri fideles præstare debent

32\. Secundum pariter non urget. Siqui-
dem, quod ad actum dispensandi attinet, ut dixi in Tractatu
de Legibz à num. 622, neque ad dispensandū requiritur juris-
dictio contentiosa, sed sufficit voluntaria, quā certe superi-
or in seipsum habere pōt. Quoad actum vērō eligendi sacer-
dotem ut confessariū sui, aut ad audiendas confessiones ap-
probando disparitatem assignat, Angelicus Præceptor in [illegible]
q. 2. A. 4. ad 3tium inquiens = Absolutio, et ligatio in foro confessio-
nis est quoad Deum tantum, apud quem aliquis alio superior red-
ditur, et inferior per peccatum. Sed excommunicatio est in judicio
exteriori, in quo aliquis non amittit superioritatem ex-
tra, quod peccat; unde non est ratio similis de utroque
Foro =.

33 Octavum denique quicquam non probat. Sicut enim Episcopus utpote subditus juri communi mandanti, ne in loco sacro interdicto divina celebrentur mysteria, irregularitatem incurreret, si in eo ante reconciliationem sacrum celebraret, ita etiam minorem excommunicationem contraheret, si cum a se excommunicato excommunicatione majori ante absolutionem in rebus excommunicato vetitis communicaret, cum quia nempe jure communi, cui et ipse subditus manet, id vetitum sit omnibus indistincte; ac proinde in casu episcopus seipsum non excommunicaret, sed a superiore suo excommunicaretur. Unde certum manet, quod superior V.E. Summus Pontifex aut episcopus de propriis legibus violantes non incurrant sententias excommunicationis V.E. latas in transgressores.

34 Nono ad censurarum validitatem necesse est, ut in subditum feratur. Nam actus ferendi censuras est actus jurisdictionis contentiosae, quae non nisi in subditos exerceri sit, ut constat ex Capit. *A nobis, de Sent. excom.* Quare Summus Pontifex utpote in terris superiorem non agnoscens a nemine, et ne a Concilio quidem Generali censurari potest, ut constat ex vita S. Marcellini ad diem 26. Aprilis in Romano Breviario apposita: Qui cum perpetrati sceleris Sinuessam ad Concilium plurimorum episcoporum venisset ac cilicio indutus, profusis lacrymis palam suum fateretur errorem, a nemine condemnatus fuit, sed omnes Patres una voce clamarunt: *Tuo te ore, non nostro judicio judica: Nam prima sedes a nemine judicatur.*

35 Decimo ad hoc ut valide censura feratur, requiritur, ut censurans ferens existat in proprio territorio, ubi censura per modum sententiae cum strepitu judiciali fertur; et adeo episcopus V.E. extra proprium territorium existens cum causae cognitione, ac forensi strepitu censurasque in suum subditum actum invalidum facit, nisi accedat licentia, ac permissio Praefati talis loci, aut alia specialis ratio interveniat, ut decisum est in Clementina unica de Foro competenti, et in Capit. *Novit, de Officio Legati*, juncta Glossa, et aliis juris textibus. Atque ratio per se est manifesta. Ita enim censurare, seu cum strepitu fori, cum causae cognitione, et pro tribunali sedendo est actus jurisdictionis contentiosae, quae in alieno territorio sine consensu, et licentia talis Ordinarii exerceri non sit, cum id fieri non possit sine maxima perturbatione, et injuria Praefati talis loci. Quapropter licet episcopus extra dioecesim suam existens possit suorum subditorum confessiones excipere, item et eos extrajudicialiter, idest sine strepitu fori a censuris absolvere, cum hi sint actus jurisdictionis voluntariae et nulla fiat injuria Ordinario loci; non sit tamen pro tribunali sedendo, processando de censuris ferre, aut judicialiter absolvere a contractis censuris.

36 Dixi autem primo: *Ubi censura per modum sententiae cum strepitu judiciali fertur*, quia quando censura fertur sine judiciali strepitu, nempe sine processu, ac cogni

judiciali causæ, aut alia juris formalitate in foro judiciali conten-
tioso necessaria, tunc valida erit, etsi in alieno territorio feratur,
utpote cum in tali casu non requiratur jurisdictio contentiosa,
sed sufficiat voluntaria, cujus exercitio alienum territorium non
invaditur, nec aliena jurisdictio læditur. Quod unica imperativa
jus intendit. Atque hinc censura lata per modum statuti, seu
legis territorialis pro futuris delictis perpetrandis valida erit,
etsi feratur ab Ordinario, dum in alieno territorio moratur, aut
etiam in loco exempto; sicuti et ea, quæ fertur in alieno territorio,
dum tamen in proprio territorio præmissus fuit processus, et adæqua-
ta causæ cognitio, ut docent Salmanticenses hic Tract. 10. cap. 1 Pun-
3 num. 109 cum Bonacina, Palao, Avila, et alijs quamplurimis. Item
et ea, quæ etiam a proprio Ordinario in alieno territorio fertur, ubi
notoria, et manifesta est contumacia, præmissa trina monitione,
ut habetur in Capit. Evidentia, De Accusat.

37\. Dixi 2do: nisi accedat licentia, ac permissio
Praefati Dei. Accedente enim, atque habita, seu obtenta permissio-
ne ab Ordinario loci tunc censurare valebit. Nam si, ut habetur
in Capit. Nullus Primas, cao 9 q. 2., tunc poterit alienum sub-
ditum judicare, multo magis poterit suum punire. Sed tunc, ut
citato loco probant Salmanticenses, necessarius etiam erit con-
sensus partium, scilicet ut et ipse subditus consentiat fieri pro-
cessum, et causam juris ordine cognosci extra proprium ter-
ritorium, ibique conveniri, ut notat Glossa in Clementi-
na unica De foro competenti. Cujus et ratio est, quia nullus
invitus trahi potest extra suum proprium territorium, et adhuc jus
habet, ut causa sua juridica nonnisi in proprio territorio
cognoscatur.

38\. Dixi 3tio: Aut alia specialis ratio inter-
veniat. Nam, ut decisum est in citata Clementina De foro com-
petenti, episcopus expulsus a proprio territorio, petita licet
non obtenta licentia ab Ordinario loci, in quo exul est, pote-
rit via juris etiam procedendo censurare expulsores, eorumque
fautores, et consiliarios: item ubi per aliquem jurisdictionem
suam non poterit in propria diœcesi exercere, eoquod et
dominus temporalis loci hoc impediat, petita, licet non obten-
ta licentia ab Ordinario loci, in quo existit, poterit et ceteros
suos subditos, licet invitos, qui etiam non sunt ex fautoribus,
et consiliariis expulsoris, punire, seu censurare, aut alias pœ-
nas, dummodo non conveniat eos ad locum distantem a pro-
pria diœcesi ultra duas dietas.

39\. Undecimo saltem ad liceitatem censu-
ræ, quæ per modum sententiæ cum cognitione causæ, et judiciali
strepitu fertur, requiritur, ut feratur die non feriato, itaut
ea die, qui ex institutione Ecclesiæ, non est specialiter dicatus
honori Dei, et cultui divino. Id enim pluribus in juribus est prohibi-
tum, et præsertim per Capit. Conquestus, De Ferijs, in quo prohi-
betur, diebus feriatis judiciales strepitus conquiescere.

40\. Dixi autem primo: saltem ad liceitatem
censuræ. Nam dissensio non parva est inter Doctores an etiam
invalida sit ea censura, quæ per modum sententiæ cum strepitu ju-

rensi die feriato ferretur? Cujus difficultatis solutio tota pendet ex eo, an videlicet praedicta formalitas, nempe videlicet die feriato feratur censura, sit substantialis, an accidentalis sententiae sicuti est trina monitio, de qua ipsemet dixi sup. per modum sententiae cum causae cognitione, et judiciali strepitu, quia satis communis sententia docet, censuram, quae fertur etiam die feriato per modum statuti, legis, et praecepti, aut etiam sententiae, quando adaequata causae cognitio praecessit, aut contumacia rei est ita notoria, et manifesta, ut causae cognitionem non exigat, talem, inquam, censuram nedum validam, sed etiam licitam esse, cum id nullibi prohibitum inveniatur. Quod veluti a fortiori dicendum est de censurae denuntiatione, [redacted] ubi causae cognitio die non feriato praecessit; quia eo tempore facto in pluriam notitiam facile devenire potest, quod est denuntiationis finis. Vere et addendum est, censuram inter

41. diem ferendam esse, ut constat ex capit. Consuluit, de Officio et Potestate [redacted] judicis Delegati, ubi Innocentius III. expresse prohibet, ne judicium ecclesiasticum in tenebris exerceatur, quia juxta testimonium Christi, qui male agit, odit lucem. Hoc tamen intelligendum est quoad liceitatem. Valide enim erit, etsi nocturno tempore ad candelae lumen feratur. Nam per dictum capitulum Consuluit, atque per aliud juris textum censura etiam nocturno tempore lata non irritatur, ut expresse docet Glossa in eo citato verbo tenebras.

42. Ultimo tandem a nonnullis ad censurae valorem exigitur, ut censura feratur a superiore gaudente nedum libertate Physica, ut colligitur ex capit. Cum voluntate, de Sent. excom.; sed etiam libertate morali, adeo ut censura lata ab ecclesiastico judice per vim, et metum coacto nulla sit, et invalida. Quod probare conantur ex capit. unico de his quae vi, et metus causa fiunt, in 6. ubi decernitur, quod absolutio a censuris per vim, et per metum extorta nulla sit, et invalida. Quod veluti a fortiori dicendum videtur de illorum fulminatione, tum quia jus ligandi, et solvendi sunt paria; tum quia jura sunt promptiora ad solvendum, quam ad ligandum.

Verum his non obstantibus tanquam verior, aut saltem probabilior tenenda est opposita sententia stans

43. pro censurarum valore etiam pro casu, quo per metum gravem essent fulminatae. Nam, ut ostendi in Tract. de Actibus Humanis a num. 95. et sequentibus, Actus humanus etiam metu gravi ab extrinseco injuste incusso factus est jure naturae liber, utpote simpliciter voluntarius; ac proinde nisi jure aliquo positivo irritus declaretur, tanquam omnino validus est censendus. In casu autem nostro nullum tale jus positivum extat ... Quod enim afferatur ex cit. capit. de his, quae vi, et metus causa fiunt, hoc probat nullam, et irritam esse absolutionem a censuris per vim, et metum extortam; non inde evincitur ... quod et irrita debeat esse, et sit censurarum fulminatio ... inter utramque ratio. Nam sine ...

absolutionis per metum extortæ cedit in favorem ipsius ecclesiæ, cujus vis enervantur, si nempe per metum cogi possent ecclesiastici judices auferre pœnas à se semel latas: quod non evenit, ubi judex ecclesiasticus, supposita justa causa, cogeretur reum censuris punire; sicuti non enervatur potestas judicis sæcularis, ex quo cogeretur per metum justam ferre sententiam, licet interim ipsi aliqua fieret injuria, et irreverentia. Præterea magis obvium est, quod ecclesiasticus judex cogatur auferre, quam infligere censuras; et hinc ecclesia voluit pro pœna casui utpote frequentiori mederi, altero juri naturali relicto

Caput tertium.

De Subjecto, ac requisitis, quæ exiguntur in illo ad contrahendas censuras.

44 Censuras nonnisi in subditos, et hos delinquentes, et contumaces ferri posse supra probatum est. Omnes autem, et singulos homines nondum baptizatos, quales sunt ethnici, Mahometani, judæi, et cathecumeni, huius legibus, ac jurisdictioni ecclesiæ non subjici, in Tract. de Legibus Cap. 5. § 4 num. 335 ostendimus. Quod idem et quoad subjectionem legibus diximus eodem Cap. § 8 à num. 326, et sequentibus nedum de pueris nondum septennio, ac rationis usum habentibus, sed etiam de perpetuo amentibus delirantibus, et furiosis, et § 2 num. 318 loquendo de Personis exemptis, quales sunt Regulares respectu Ordinariorum locorum particularium, probavimus, illorum legibus, ac præceptis non teneri in iis, in quibus per privilegia à S. Sede obtenta, nec ab eadem revocata sunt exempti: et tandem § 5 loquendo de Peregrinis à num. 359 quamvis contrahere possimus cum communi, et certa sententia eos teneri observare leges juris communis vigentes in loco moræ, tam et particulares, quæ concernunt contractus, aut quasi contractus, aut etiam eas, quæ tam in Patria, quam in loco moræ obligant, sicuti et illas, quæ particulare bonum loci concernunt ita ut si à peregrinis violarentur, cederent in damnum, et detrimentum loci, in quo degunt; attamen cum probabiliori nobis sententia secluso scandalo, aut alia speciali ratione statuimus eos non teneri adimplere leges mere directivas, et speciales locorum, per quæ transeunt, præsertim si iis in locis brevi, et per modicum hospitii sive transitus commorantur.

45 Hinc ex eisdem dictis supponendum est primò, nondum baptizatum non esse subjectum censuræ, et adeo à nullo ecclesiastico superiore, et ne à Romano ipso Pontifice censurari posse: 2do nec pueros nondum septennes, ac rationis usu carentes, sicuti neque perpetuo amentes, delirantes, atque furiosos: 3tio neque Regulares, aut alias personas exemptos, quales ex supradictis num. 49 sunt Reges, Reginæ, eorumque filii, ac similes respectu Ordinariorum particularium locorum: 4to denique Peregrinos, et viatores posse quidem censurari post transgressionem legis communis, ubique nempe vigentis, tam et particularis concernentis contractus, aut quasi contractus, pariter et earum

tam in Patria, quam in loco morae, aut etiam consuetudinis bonum particulare loci in sensu supra explicato, non autem et easdem non servaverint leges mere directivas, et speciales locorum per quae transeunt, praesertim si ibi brevi, et per modum transitus commorantur, et id absque ullo scandalo factum fuerit. Quod est omnino conforme bonis dicendis a nobis, de sent. excom., ubi Clemens III decernit, sententiam excommunicationis ab Episcopo generaliter latam in eos, qui furtum commiserint, solos illius subditos, non vero extraneos comprehendere.

Ubi notandum est, me dixisse: Peregrinos

40 et viatores posse quidem censurari post transgressionem legis communis etc. Nam ubi lex, seu jus commune, aut particulare proprii territorii simpliciter prohibet actionem aliquam, sed non fuit censura, et adeo poena censurae addita fuit per particularem sententiam, sive statutum ab Ordinario loci, in quo Peregrinus, et viator transeuntes degit, tunc vi illius particularis sententiae, aut statuti viator, et Peregrinus delinquens non incurrit in censuram, etsi sit lata sententia, ut hic Tract. 4 Cap. 1 Sub. 11 num. 19 post Bonacinam probat Suarez cum Sylvestro, Medina, et aliis; sed oportet esse novam judicis sententiam condemnatoriam. Cujus ratio est, quia ante transgressionem talis legis viator, et Peregrinus nequaquam non erat subditus Ordinario loci, in quo delinquit, sed solum ratione delicti tunc commissi subditus evadit; ergo non potuit censurari; et adeo ut censuram incurrat, per novum judicis actum censurari debet. Quod praesertim verum est de censura lata per modum sententiae, et etiam probabiliter de ea, quae lata fuit per modum statuti, ut sentit Bonacina loco citato cum Sanchez.

His positis, ex quibus jam constat, eum in

41 quem censura fertur, debere esse primo baptizatum, 2do ratione compotem, et doli capacem, 3tio subditum, et quidem non exemptum a jurisdictione ferentis censuram, multiplex inter auctores agit difficultas circa subjectum censurarum, et primo an censurae subditus debeat esse viator. 2do an pueri ante adeptam pubertatem censuris ligentur, aut ligari valeant ab Ecclesia, sicuti et amentes tum ad tempus furiosi, et delirantes. 3tio an qui censuratur debeat esse persona determinata. 4to an communitas subjaceat censuris latis generali jure Pontificii Constitutione. 5to an eadem numero persona pluribus censuris muniri valeat. 6to an subditus existens extra proprium territorium, aut in loco exempto ab Ordinario suo valeat censurari, praesertim in casu, quo delictum in proprio territorio inchoavit. 7 Tandem an censura lata contra facientes actionem aliquam malam comprehendat etiam mandantes, et consulentes. Unde quaerenda prima difficultatis solutionem sic

Propositio. Ecclesiasticis censuris

42 nonnisi homo viator subjici potest. Ita communior et multum probabilior sententia, quae suadetur hoc pacto. Ecclesia suis ministris poenis nonnisi suos subditos punire potest, utpote cum actus punitionis sit actus jurisdictionis aut superioritatis, quae nonnisi in subditos exerceri potest; atqui Ecclesia a Xto Dno suo,

non accepit potestatem, seu jurisdictionem nonnisi in sua membra, seu homines viatores. nam xrus Dominus S. Matth. 18, ut expresse observat Gratianus can. 24. q. 2. Apostolis suis non dixit: Quæcumque alligaveritis sub terra; sed super terram. ergo &c. Quod vel confirmari fit ex eo, quod defunctus vel est in cælo, vel in Purgatorio, vel in inferno: si in cælo, aut in Purgatorio est, ut sic certè contumax non est: si verò est in inferno, non est in statu resipiscentiæ. Atqui censura ecclesiastica nonnisi in contumaces, et resipiscentiæ capaces ferri fit, ut ex ejus notione constat, ergo &c. Et sanè si mortuus censuram posset vel posse quoad animam, vel quoad corpus. non quidem quoad animam, quia hæc utpote quid spirituale, et invisibile ecclesiæ visibili subjici nequit: non etiam quoad corpus, quia hoc utpote inanimatum est subjectionis, et directionis ecclesiasticæ incapax, ergo &c.

49 Oppones tamen cum nonnullis. Ecclesia fit anathematizare homines malos etiam fit post mortem, ut statuitur in Canit. Sane 2 causa 24. Q. 2. ubi decernitur, Hæreticos post mortem esse anathematizandos, idque multiplici probatur auctoritate: quod S. Cyprianus, ut habetur in Capit. Neque apud Altare, Dist. 88. professus est excommunicando quendam virum nomine Victorem post ejus mortem propter speciale crimen ab eo commissum. Et sanè ecclesia mortuum in excommunicatione, ubi signa resipiscentiæ dedit, solet absolvere, ut planum est tum ex forma, et ritu talis absolutionis dandæ in Rituali Romano præscripto, tum ex Capit. A nobis 28. de sent. excom. ubi pro Innocentius III. ait, Ecclesiam certis in casibus à sacris canonibus damnatis ligasse mortuos, et solvisse, cum ergo post esse debeat ligandi et solvendi potestas, et ecclesia re ipsa possit, et soleat absolvere in censura defunctos, dicendum est &c; ergo &c. Confirmatur. Ecclesia fit propter quædam delicta in morte commissa censuram infligere, sicut fit sententiam excommunicationis indicare contra eum, qui in articulo mortis non fuerit confessus, et sacramentaliter non sumpserit eucharistiam; sed talis excommunicatio tunc nonnisi post mortem incurritur, ergo &c.... Confirmatur 2do. Petrus, qui mandavit sicario, ut percuteret, aut etiam occideret clericum, dummodo ante mortem non revocaverit mandatum, excommunicationem incurrit, etiamsi moreretur, antequam mandatum exequeretur sicarius; sed tunc ante mortem non manet excommunicatus; ergo post mortem. ergo &c... Confirmatur ultimò à pari. Ecclesia fit erogare, et concedere indulgentias defunctis; ergo et eos excommunicare, cum non minus jurisdictio requiratur ad concedendas

50 indulgentias, quam ad censuras infligendas; ergo &c.

Respondeo, ex dictis prioribus juris textibus ex Decreto Gratiani desumptis, aut aliis similibus nihil homini concludi posse. Nam excommunicatio, de qua ibidem sermo est, vel sumitur pro declaratione facta, aut facienda ab ecclesia, quod scilicet ex hac vita decesserint alieni à communione ecclesiæ, vel verò accipitur pro excommunicatione indirecta, et impropriè tali, quatenus scilicet ecclesia inne-

dit quis fidelibus subditis ad alienum territorium, ne homines impro
bos mortuos, de quorum pœnitentia non constat, ecclesiastica sepul
tura honorent, publica suffragia pro ipsis faciant, sacrificium
offerant &c. non autem sumitur pro excommunicatione directa
et propriè tali, quæ nempe per se afficiat hominem mortuum jam
mortuum cum bonis ecclesiæ privando, publicis scilicet precibus
et suffragiis &c. Quod tamen necessarium esset ad ostendendam
jurisdictionem ecclesiæ etiam super mortuos.

51. Hinc et patet solutio ad secundum.
Absolutionem nimirum, quæ conceditur defunctis, qui dum vive
rent, signa pœnitentiæ dederunt, non esse directam, sed in
directam tantum, quatenus ecclesia viventibus fidelibus tribuit
facultatem, ut in loco sacro eos possint sepelire, pro iis pre
ces, missas facere, publica suffragia offerre &c. Ceterum
ut supra notavimus, eadem ratione non est absolutionis à censu
ra, ac impositionis ejusdem, cum ad hanc jurisdictio contentiosa
requiratur; ad illam verò sufficiat voluntaria, ac proinde abso
lutio à censuris potest exerceri in eum, qui amplius subdi
tus non est, ut patet in eo casu, quo clericus v.g. hujus diœ
cesis ab ordinario suo recessit in alienam diœcesim commigra
ns animo ibi perpetuò manendi, atque nunquam amplius
in hanc diœcesim redeundi. Tunc enim à contracta censu
ra absolvi potest, licet nequeat censurari.

52. Ad primam confirmationem concesso ma
jori nego minorem. Nam, ut docet Bonacina cum aliis hic disp. 1. q. 1.
Punct. 4. num. 6, pro eo casu, aut aliis similibus censura tunc in
curritur, dum salus corporis ita desperata est, ut mors mo
raliter evitari nequeat, et non supersit tempus ins... di
... Tunc enim moraliter loquendo censetur in
articulo mortis. Ad secundam confirmationem neg...

53. est sequela. Nam ut mandans censuram incurrat, necesse utique
non solum est vivus, cum dat mandatum, sed etiam cum effectus
sequitur, ubi censura alligata est effectui consummato ...
et physico, ut clarè colligitur ex dictis in ... ... pro
positionis. Ad ultimam confirmationem dicendum

54. ecclesiam posse quidem concedere defunctis indulgentias per
modum suffragii, et per exhibitionem solutionis, exhibendo
scilicet Christi satisfactionem, et merita ipsi Deo, ut sic fiat solu
tio pro reatu ipsis debito; in quo actus jurisdictionis non
exercetur, sicuti non exercetur, cum fidelis nullam jurisdi
ctionem habens pro alio applicat satisfactionem suorum bono
rum operum; et etsi concessio indulgentiarum sit actus juris
dictionis respectu thesauri ecclesiæ, qui applicatur, non tamen
in respectu mortuorum, quibus applicantur indulgentiæ; ut
ad hoc requireretur, quod ecclesia ex vi suæ jurisdictionis, et
potestatis eos à pœnis meritis solveret, et liberaret, quod tamen
non fit. Et hinc pariter ab indulgentiis mortuis concessis non
urgeat se hæc circa ... difficultatem.

55. Ad secundam verò, quod attinet ad ...
... videlicet, nimis jam septennes, ac usum rationis habentes
ante pubertatem adeptam censuris ecclesiasticis subjaceant

aut saltem subjacere possint. Ut certa ab incertis separentur, distinguendum est inter quaestionem de facto, et inter quaestionem de possibili. Loquendo enim de possibili, ac de censuris latis a jure, seu per legem, item de latis ab homine, sed per modum praecepti personalis facile conveniunt Doctores, in ecclesia esse potestatem praedictos pueros censurandi, utpote qui doli, et contumaciae sint capaces: quod ad censuram incurrendam requiritur, et nullo alio desiderato sufficit. Ex qua ratione etiam saltem tanquam probabilius tenendum est, ecclesiasticum superiorem posse praedictos pueros etiam per judiciariam sententiam censurare. Quidquid aliter sentiant nonnulli talem facultatem ecclesiae denegantes ex ea praecipue ratione, quod, ut quis per judiciariam sententiam legitime censuretur, requiritur, quod in judicio compareat, quod citatur, quod ordinem judicialem agnoscat, et quod se defendat: quae vero admodum pueri nondum puberes praestare valent; et proinde per Capit. Si annum quartumdecimum, De judiciis in 6 non admittuntur in judicio ad se defendendum. Nam licet pueri impuberes per se ordinem judiciarium non agnoscant, neque illum per se exequi valeant; possunt tamen ab alio instrui, et per procuratorem sibi constitutum omnia ad judiciarium actum necessaria praestare, ac se defendere, ut in citato Capit. decernitur; et proinde subjuncta ratio non urget.

56. Hinc tota difficultas reducitur ad factum, an videlicet de facto pueri usum rationis habentes, licet nondum attigerint pubertatis annum, masculi scilicet decimum quartum, et foeminae duodecimum, incurrant in ecclesiasticos censuras latas in legum ecclesiasticarum violatores. Qua super difficultate prima sententia docet, pueros septennes usum rationis habentes, atque adhuc impuberes incurrere quidem censuras a jure latas, vel etiam ab homine per modum praecepti, sed non ab homine latas per modum sententiae. Altera vero huic e diametro opposita destinet, pueros impuberes nullis censuris sive a jure, sive ab homine latis esse obnoxios. Quo in dissidio sit nostra propositio veluti inter utramque medium tenens

57 Propositio. Pueri nondum pubertatis annum attingentes non incurrunt censuras sive a jure, sive ab homine per verba generalia latas, nisi in ipso jure, aut sententia ab homine lata specialis mentio fiat et de ipsis pueris, aut ex verbis legis, aut sententiae colligi possit et ipsos pueros impuberes comprehendi. Ita cum Salmanticensibus hic Tract. 10 Pun. 13. num. 168, plurimos Doctores pro sua sententia allegantibus, quibus et consentit Quibaldus hic Tract. 4 Cap. 2 Dub. 3. vocans hanc communem Doctorum sententiam, cujus fundamentum primo petitur ex mente ipsius ecclesiae. Nam licet ecclesia, ut ipsa possit, et valeat censurare pueros impuberes doli, et contumaciae capaces, attamen de ipsa utpote piissima matre, praesumendum est et fuisse, et facere, quod convenientius, et benignius est. Non esset autem convenientius, ac benignius, ipsum censuris punire, et spiritualibus poenis praedictos pueros impuberes, qui potius virgis, quam censuris coercendi sunt ut notant Sanchez, Coninck, et alii apud citatum Quibaldum; ergo

58 Accedunt et ipsa jura. Nam in capit. 1. de Delictis Puerorum, de pueris impuberibus indiscriminatim dicitur, quod in eis, non ita, ut in majoribus, punienda (delicta) videantur: et in capit. 2. eodem titulo legitur, quod in pueris relinqui solet inultum (idest non perfectè ultum) quod in alijs provectioris aetatis hujus legis decernunt severius corrigendum: jam verò si pueri impuberes contraherent censuras sive à jure, sive ab homine latas in transgressores hujus ecclesiasticae legis in sensu difficultatis, in ipsis ità punirentur delicta, ac in majoribus, et ità severè ipsi corrigerentur, ac ij, qui sunt provectioris aetatis, cum ecclesia nequeat majorem paenam, quàm censuram infligere, atque adeò cum in casu nostro simus in odiosis, odia non restringerentur, sed ampliarentur contra regulam 15. juris in 6: Odia restringi, et favores convenit ampliari; ergo &c. Quod non est limitandum et restringendum ad censuras ab homine latas, cum ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus sine expressa, ac manifesta ratione, quae in casu deficit. Unde et videmus episcopos sibi non reservare crimina puerorum impuberum, sed tantum Puberum, ut et de Parisiensi sic casu testatur Honoratus Tournelij, sive ejus continuator hic capit. 3. A. 3. De subjecto censurae;

Dixi 2°: Nisi in ipso jure, aut sententia ab

59 homine lata specialis mentio fiat &c. Nam cum, ut ostendimus in tract. de Legibus, capit 5. § 3. num. 331, Concilium Trid. cap 5. de Regularibus sess. 25. censuram excommunicationis infligat omnibus quoscumque cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel aetatis fuerint, qui sine licentia episcopi, aut superioris in scriptis obtenta ingressi fuerint intra septa monasterij; hanc incurrunt et ipsi pueri septennes usum rationis habentes licet impuberes, si cum scientia legis, et poenae talia monasteria sine requisita licentia ingrediantur: quod idem et dicendum est de pueris impuberibus percutientibus clericos, ut ibidem ostendimus ex capit. 1. de Sent. excom. et ex capit. Quamvis; et capit. Pueris eodem titulo, probabilius nempè praedictos pueros incurrere in censuram canonis: Si quis suadente diabolo: cum in praedictis capitulis tales expressiones habeantur, quibus et comprehendi praedicti pueri optimè intelligerentur; sicuti et intelliguntur comprehensi in censura interdicti lata in totum Populum, ut citato loco de legibus invenimus ex communi sententia; sicut et in censura irregularitatis ob homicidium voluntarium si praesertim sint pubertati proximi, ut expressè docet Glossa in Clementina Si furiosus, de Homicidio, ubi nota cum ibi Clemens V. loquens de pueris solos infantes excipiat, et de pueris impuberibus tacitè loqui videatur. Atque hi sunt casus, qui à regula universali ubicumque probabilius excipiuntur, quamvis Zimbalius, Zambrunus, et alij negare hos casus valide, quorum sententia probabilem vocat P. Salmanticenses in diversis tract. Cens. Cap. 1. Sect. 3 § 3 num. 24. . .

60. Hinc valde probabile est, pueros impuberes si alicubi ab episcopo lata est excommunicatio in non communicantes in Pascha, in non confitentes semel in anno, in committentes furtum sacrilegum, homicidium, aut hujusmodi alia, eam non incurrere, quinimo, ut testatur Tiribalius cum aliis loco supra citato, neque incurrere censuras Bullae Coenae, et consequenter neque reservationem dictorum casuum, quia in Bulla Coenae casus non est reservatus, nisi cum excommunicatione sit conjunctus.

61. Neque obest, si dicas: Pueri licet impuberes ex una parte comprehenduntur sub lege ecclesiastica generaliter lata, et vetante sub censura delictum grave cum contumacia patratum, et ex alia parte sunt capaces doli, et contumaciae ad censuram contrahendam requisitae; ergo nisi ostendatur jus clarum, per quod eximantur à tali censura, dicendum est, eos ligari, si praedictam legem cum contumacia transgrediantur: nullum autem tale jus ostendi potest. Nam opposita capitulo 2° de Delictis Puerorum satis plausibiliter exponuntur vel de censura per sententiam judiciariam lata, vel etiam de censuris quibuscunque ab homine latis; et adeo saltem non comprehendunt censuras latas per jus commune: quinimo huic expositioni favent jura relata num. 59, ex quibus doctrinam nostram moderavimus.

62. Respondeo concedendo quidem, pueros impuberes comprehendi sub lege generaliter lata, quatenus prohibente delictum; item non raro tales pueros esse capaces doli, et contumaciae ad censuram incurrendam requisitae, nego tamen comprehendi sub ea, quatenus poenam in transgressores infligente; item et praedictos pueros regulariter esse capaces doli, et contumaciae, quam ecclesia ad infligendas suas poenas exigit, et vult: pueri enim ut plurimum ex non perfecta advertentia, et malitia operantur, sed cum inconsiderantia. Hinc nego subsumptam minorem, quae ex subjuncta ratione sufficienter non probatur; evincit enim tantum, ex dictis capitulis de Delictis puerorum certo non concludi nostram sententiam, quod minime nos contendimus, eam solum tanquam satis probabilem defendentes. Item eo minus quicquam negotii faciunt jura num. 59 relata, ex quibus sententiam nostram limitavimus ut praedictum est; cum in iis habeantur expressiones, quibus ostenditur, Summos Pontifices in illis et pueros impuberes voluisse comprehendere. Atque haec de prima difficultate quoad primam ejus partem.

63. Quoad 2dam vero, nempe quoad amentes, et delirantes ac temulentos, et etiam de ebriis, et dormientibus, distinguendum est, et respondendum, an cum faciunt delictum, aut illius efficacem causam ponunt, fuerint sui compotes, an non? Si 2dum, censuris non ligantur, neque ligari possunt, utpote cum tunc nulla adsit theologica culpa, ob quam solum quis censurae fit obnoxius. Sin vero primum contingat, et amentia, et furor non est perpetuus, tunc in censuram incidunt, eamque contrahunt, etsi tantum tempore amentiae

usus rationis dicitur consummari. Et ratio est manifesta, quia
nempe usus rationis, et libera voluntas solum requiritur de po-
nenda causa censuræ, non vero ad ipsam censuram contrahen-
dam; et proinde Dominus v.g. qui mandavit servo suo, ut Clericum
percutiat, in excommunicationem incidit, etiamsi ad servo man-
datum executus fuerit, in phrenesim, et amentiam inciderit. Et
hæc præsertim vera sunt, ubi amentia, et furor non est perpetuus;
si enim amentia foret perpetua, Laymann, et alij censent, tunc
non contrahi censuram latam ab homine, quinimo nonnulli
id putant, etiam ubi censura esset lata à jure, quia nempe in
casu non est amplius medicinalis: quod est de ratione essen-
tiali censuræ: Quidquid tamen sit de hac sententia, id tamen verum est,
quod expediat, et multum rationabile sit, talem perpetuo amen-
tem, cognita ut tali amentia, statim beneficio absolutionis
adjuvari, ut communissime notant Doctores et ex his
Ad 3tiam difficultatem, quæ est, an
64. censuratus, debeat esse persona determinata? respondeo, censu-
ram excommunicationis ad sui liceitatem, et valorem
regulariter requirere, ut in personam determinatam, et non
indeterminatè feratur: Unde si feratur in Universitatem,
Communitatem, aut Collegium quà tale, aut in aliquem
indeterminatè, ut si episcopus diceret: Unum ex pluri-
mis subditis, qui furati sunt, excommunico, determina-
non designando, quem excommunicet, nulla erit excom-
municatio. Et quoad primam partem, quod nempe Collegium,
Communitas, et Universitas quà talis excommunicari nequeat,
clarè habetur in Capit. Romana, de Sent. excom. in 6. ubi
legitur: In Universitatem, vel Collegium proferri excommunicatio-
nis sententiam penitus prohibemus. et deinde ratio in hunc modum
suggeritur: volentes animarum periculum vitare, quod exinde
sequi posset, cum nonnunquam contingeret innoxios hujusmodi
sententia irretiri: innocentes scilicet gravissima pœna, qualis
est excommunicatio, puniantur, cum vix contingat unquam
ut omnes et singuli de Communitate sint in legem aliquam
contumaces. Quod tamen est intolerandum, et omnino contra rectam
rationem; ergo &c. Quoad alteram vero partem etiam con-
stat ex eo, quod talis sententia esset incerta, et indefinita, quæ
nullum parit effectum, nihilque efficit, sicuti nihil efficeret,
qui ex pluribus Horreis suis promittit unum tantum vellet
conferre, non determinando, quem velit conferre, sic
in unum indeterminatum verba conservatoria proferendo
ergo &c. Neque dicas: Universitas, et Collegium,
65. ut habetur in Capit. Si sententia de Sent. excom. in 6. interdici, et
suspendi potest, quinimo licet suspensio lata generaliter in om-
nes qui hoc vel illud crimen commiserit afficiat, [illegible] compreh-
endat etiam [illegible], seu communitatem [illegible]
tam, ut docet Bonacina hic disp. 1. q. 1. punct. 2. num. 11. ; atque sus-
pensio lata in Capitulum sive Collegium quà tale afficit totum

Capitulum, sive collegium quoad ea munia, et officia, quae ipsi ut tali competunt; non autem afficit singulares personas quoad officia ipsis ut particularibus personis competentia, ergo et Universitas, sive Collegium, sive Capitulum qua tale excommunicari potest, cum non sit major ratio de una, quam de altera poena. Quod et confirmari potest ex eo, quod censura excommunicationis infligi potest per praeceptum vel statutum communitatem, seu collegium respiciens, ita ut omnes transgressores fiant excommunicati, atque tota communitas tale praeceptum, ne uno quidem excepto, transgredi potest, ergo etc.

66 Respondeo concesso antecedenti nego consequentiam. Disparitatem autem assignat D. Thomas in Addit. q. 22. a. 3. ad 2 inquiens: Ad secundum dicendum, quod suspensio non tanta poena est, quanta excommunicatio, quia suspensi non privantur ecclesiae suffragiis, sicut excommunicati. Unde etiam aliquis sine peccato proprio suspenditur, sicut et totum Regnum ponitur sub interdicto pro peccato Regis; et ideo non est simile de excommunicatione, et suspensione. Haec Angelicus Doctor. Ac proinde licet verum sit, quod suspensio verbis generalibus lata nedum afficiat singulares personas, sed etiam communitatem delinquentem, quia ex una parte et ipsa communitas est subjectum capax suspensionis, et ex alia non adest ratio, quare hinc eximi possit: item licet suspensio simpliciter lata in Capitulum, seu Communitatem qua talem afficiat solum Capitulum, seu Communitatem, quia nempe ex una parte satis esset efficax ipsa suspensio, utpote cum tali corpori qua tali sua propria officia, et munia competant; et ex alia parte sumus in odiosis, in quibus strictior interpretatio est facienda, ad discrimen Interdicti in Populum lati, quod et afficit singulares personas, quia videlicet ejus effectus non obtineretur, nisi et singulares personas afficeret, ut meditanti patet; Attamen ex supra relatis rationibus id dici non potest de excommunicatione.

67 Atque hinc ad confirmationem quod attinet, fateor, legitimum superiorem ecclesiasticum posse sententiam excommunicationis ferre per praeceptum, et statutum directum ad communitatem, seu collegium sub interminatione et comminatione talis poenae, ut quicumque tale praeceptum violaverit, maneat excommunicatus. Sed in casu in vigore talis sententiae tunc non fertur contra communitatem, seu collegium qua tale, sed in singulos delinquentes illius communitatis, et per consequens contra determinatas personas, quae sufficienter determinantur per delictum ab ipsis commissum, quod vel patet ex eo quod soli delinquentes tunc excommunicationem incurrerant, ut meditanti patet.

68 Ceterum quod spectat ad insinuatam difficultatem, an videlicet in eo casu, quo omnes, et singuli communitatis delinquerent, communitas tota possit excommunicari, cum Salmanticensibus, et quamplurimis aliis magni nominis Theologis dicendum est sententiam excommunicationis latam etiam a summo Pontifice in Communitatem

qua talem nullam esse, et invalidam, ubi nullum, aut insufficiens ad veritatem dignoscendam examen praemissum fuit. Nam talis sententia tunc praecontineret errorem intolerabilem contra jus divinum et naturale, quatenus vel actu punirentur, vel esset periculum ne puniendi innocentes nullo modo poena dignos, sed potius praemio: sententia autem errorem intolerabilem praecontinens, omnibus fatentibus, nulla, et invalida est, ergo &c. Quod si debitum examen ad inquirendum praemissum fuit, et singuli de communitate delinquentes inventi sunt, et legitime probati, tunc si a Summo Pontifice excommunicationis sententia proferatur, et valida, et justa erit, utpote cum de facto non sit contra ullum jus naturale aut divinum, atque Summus Pontifex non arctetur legibus ecclesiasticis id prohibentibus. Si vero talis sententia proferatur ab alio ecclesiastico superiore Papa inferiore, tunc licet valida foret talis excommunicatio, esset tamen illicita, utpote contra jus Pontificium in praedicto relatum. Atque in hoc sensu intelligenda est Glossa in supra relato capit. Romana, de Sent. excom. in 6 asserens excommunicationem latam in communitatem esse validam. Atque ratione dixi in responsione ad difficultatem: censuram excommunicationis latam in communitatem regulariter esse illicitam, et invalidam, ut nempe exciperem casum probabilem sententiae praesentem casum. Modo

Ad 2dam propositam difficultatem, an
69 debeant episcopi subjacere censuris latis generali juris Pontificii constitutione? Ad quam loquendo de censura suspensionis et interdicti dicendum est in constitutione Pontificia generaliter lata non comprehendi episcopos, aliosque ecclesiasticos Praelatos episcopali fungentes officio, ut Archiepiscopos, Patriarchas, Primates, nisi de ipsis specialis mentio fiat, ut expressis verbis habetur in capit. Quia periculosum, de Sent. excom. in 6. Loquendo vero de censura excommunicationis cum communi sententia, et cum Glossa in modo citato capitulum dicendum est, eam incurrere etiam episcopos, aliosque Praelatos modo enumeratos, etsi generalibus tantum verbis Summus Pontifex in sua constitutione, ea sententia utatur. Atque ratio est, quia ex una parte episcopi sunt vere subditi Summo Pontifici, et ex alia parte ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus. Ex quo inter utramque poenam patet disparitas, quia nempe jus expresse excepit episcopos a suspensione, et interdicto generaliter lato; secus vero ab excommunicatione.

70 Ad 3tiam difficultatem, an nimirum eadem numero persona pluribus censuris puniri valeat? circa quam certum est, etiam difficultatem versari circa censuras ejusdem speciei et rationis, v.g. an quis possit pluribus excommunicationibus, pluribus suspensionibus &c.? Eandem enim numero personam non tantum [illegible] excommunicatione, sed etiam suspensione, et interdicto [illegible] uno simul et uno eodemque tempore [illegible] quod omnes [illegible] diversis [illegible] privare homines et unus privatus aliquo bono etiam privari possit, [illegible], quid prohibeat, quominus excommunicatus [illegible] non possit etiam suspendi, aut interdici. Tota difficultas est, an quis pluribus censuris ejusdem speciei, v.g. excommunicationibus, puniri possit [illegible] ut contingat [illegible] solutione sit

71. Propositio p^ma. Semel ligatus una censura sit aliam, et aliam ejusdem rationis incurrere, ut V.G. excommunicatus ob percussionem voluntariam, et excommunicatus iterum sit iterum, et iterum excommunicari propter alia delicta cum contumacia commissa. Ita communissima sententia, et clarè desumitur ex Capit. Cum pro causa, et ex Capit. Officii, de sent. excom. item ex Clement. 2. pariter de sent. excom. In primo enim Capit. relato decernitur, duplici absolutione indigere, vel una duabus aequivalente, qui violentas manus in clericum injecit, et ecclesiasticam violavit immunitatem. In 2do autem declaratur, quod à duobus superioribus absolvi debet, qui à duobus illis fuit excommunicatus. In Clementina verò illi excommunicantur, qui contra moram excommunicationem, et denuntiationem procedebant, sacris scilicet assistendo. Quod certè cum veritate dici non posset, nisi quis pluries possit excommunicari; ergo &c. Et ratio est manifesta, quia namque posita causa, ob quam censura lata est, censura incurritur; atqui censura innodatus sit denuo ponere transgressionem legis, ob quam censura lata est, ergo et censuram contrahere, ergo &c.

72. Neque dicas. Excommunicatione majori ligatus manet totaliter privatus bonis spiritualibus administratis ecclesiae commissis; sed totaliter in praedictis bonis privatus non sit iterum illis privari; sicut semel caecus non potest iterum visu privari, ergo &c.; et ea quidem ratione quod duae privationes ejusdem numero formae in eodem subjecto esse nequeunt. ergo neque duae excommunicationes, quae sunt duae privationes ejusdem formae; omnium namque spiritualium bonorum, esse nequeunt in eodem numero homine.

73. Respondeo concessa majori dist. min. sed totaliter in praedictis bonis privatus non sit formaliter iterum illis privari, concedo, virtualiter, et fundamentaliter seu in causa, nego min. et consequentiam. Excommunicatio enim, sicuti quaelibet alia censura non tam est privatio, quam quoddam morale vinculum, seu impedimentum causans privationem bonorum spiritualium; licet autem ipsa privatio secundum se sumpta multiplicari nequeat, multiplicari tamen sit ipsum morale vinculum, seu impedimentum ipsam privationem inducens, ut patet in peccato mortali, quia commissum et habitualiter existente in peccato lethali de facto non privat hominem gratia sanctificante, utpote eam non habentem. inducit tamen tale impedimentum, et obex dictae gratiae sanctificantis, ut si possibile esset, quod priora peccata remitterentur, hoc non remisso adhuc divinam gratiam impediret. Quod totum desumitur ex Angelico Praeceptore In Addit. Q. 22 A. 5 ad 2dum dicente: Ad secundum dicendum, quod privatio, quamvis non recipiat magis et minus secundum se, recipit tamen magis, et minus secundum suam causam, et secundum hoc excommunicatio ..., et tamen et magis elongatus est à suffragiis Ecclesiae, qui pluries est excommunicatus quam qui semel tantum. Haec Sanctus Doctor. ex quibus et patet ad addit. privationem scilicet visus, seu caecitatem, aliasque privationes, secundum se, si loquimur sumptas multiplicari quidem non posse, multiplicari tamen posse in sua causa, et obstaculis, et

impedimentis annexis, atque sic tantum abest, quod propriet[illegible] tates impugnent; quod quinimo nostram confirmant sententiam circa proprium difficultatis punctum; nunc pro 2do sit

74 Propositio 2da. Ubi quis plura sive specie, sive numero solitur, seu moraliter distincta peccata sub censura prohibita committit, tot numero distinctas censuras incurrit, quot sunt peccata sive specie, sive numero solitur, seu moraliter distincta. Salmanticenses, Bonacina, Honoratus Tournely. sive ejus continuator, et alii quamplurimi Doctores, et probatur hoc pacto. Qui ponit peccatum sub censura prohibitum, statim censuram incurrit, si nihil ab ea excusans tunc interveniat, atqui in casu nostro supponimus, poni plura peccata sive specie, sive numero solitur, seu moraliter distincta sub censura prohibita; ergo si nihil a censura excusans tunc interveniat, plures numero distinctae censurae incurrentur. Atqui nihil tale a censura excusans tunc intervenit, ut in ante propositione probatum est; ergo &c. Quod vel confirmatur ex eo, quod censura respectu peccati sub censura prohibiti se habet veluti privatio gratiae sanctificantis respectu peccati mortalis; sed multiplicatis sive specie, sive numero peccatis mortalibus multiplicatur jam radicaliter, et fundamentaliter privatio gratiae sanctificantis, ergo etiam multiplicatis &c.

75 Hinc primo posito, quod non tantum furtum sacrilegum, sed etiam simplex sit sub excommunicatione ipso facto incurrenda ab Episcopo prohibitum, in ecclesia furtum sacrilegum committens duas incurrit excommunicationes; sicuti et bis excommunicatus esset, qui Clericum occideret, ubi sub excommunicatione a proprio Episcopo simplex homicidium esset vetitum. 2do qui una simul occideret, aut percuteret plures Clericos, tot excommunicationibus innodatus maneret, quot occidit, aut percussit Clericos. 3tio qui interruptis moraliter vicibus eundem numero Clericum verberaret, tot excommunicationes incurreret, quot fuerunt percussiones moraliter interruptae. Verum ut fusius hanc doctrinam percipias, relege, quae dixi in Tractatu De Peccatis circa specificam, et numericam peccatorum distinctionem Cap. 3. toto Articulo primo, et 2do, ex quibus capias, quaenam sint peccata, quae specifice, et quae numerice inter se distinguantur.

76 Sed dices contra. Is, qui unum et specie, et numero peccatum committit, non plures numero censuras incurrit, ergo et qui plura et specie et numero peccata etiam sub censura prohibita committeret, unam numero censuram incurreret. [illegible] patet, antecedens autem probatur ab exemplis, sic qui committeret furtum sacrilegum, aut homicidium, aut assassinium sub censura prohibitum tam a Summo Pontifice, quam ab Episcopo sub excommunicatione, licet unum numero et specie peccatum committeret, [illegible] censuram incurreret, utpote cum [illegible] distinctis superioribus sit inobediens, et contumax; ergo &c. [illegible] firmatur. Qui una simul cum tribus excommunicatis communicaret aut una simul duos per vim extraheret a loco sacro, unam numero excommunicationem contraheret, licet pluribus numero peccatis reus fuerit, utpote cum talis actus plura numero [illegible] [illegible] respiciat; ergo &c. .... Contitur 2do. Tota nostra [illegible] [illegible] qui tempore interdicti sepelirent nominatim interdictos,

qui simul esset publicè, et notoriè excommunicatus, et usurarius, qui duplicem excommunicationem incurrerat, utpote cum per Clementinam primam de Sepulturis sub excommunicationis poena eadem prohibeatur sepeliri in loco interdicto mortuum, sed etiam eum, qui vel nominatim interdictus est, vel est publicè excommunicatus, vel est notorius usurarius; hoc non videtur dicendum, ergo etc. Confirmatur ultimò. Qui percusserat, qui simul est Clericus, et Monachus, licèt duplicem feliciter legem violaverit, unicam excommunicationem contraheret; sicuti unicam contraheret excommunicationem, qui verberarat tonsuratum, qui etiam est Subdiaconus, et erat Sacerdos; ergo etc.

Respondeo cum Bonacina, Suarez, Salmanticensibus, Honorato Tournely, sive ejus Continuatore, aliisque plurimis, verum quidem esse, multiplicem censuram, V.G. excommunicationem non incurrere, qui ponit actum plures sub eadem censura prohibitum vel ab eodem numero legislatore etiam ex deliberatione procedente, vel etiam à pluribus legislatoribus eadem omninò potestate gaudentibus, V.G. à pluribus Summis Pontificibus; item et ubi plures illi legislatores eadem non pollent auctoritate, ut sunt Summus Pontifex, et Episcopus, ubi tamen Inferior subordinatus, V.G. Episcopus nihil aliud per suum statutum vult, et intendit, quam alterius censuram innovare et publicare, quia nempe tunc delinquens in rigore non est pluribus legislatoribus in genere morali inobediens, contumaxque pluries contumax. Falsum autem esse, multiplicem non incurrere censuram, V.G. excommunicationem qui ponit actum sub censura vetitum à pluribus legislatoribus diversa potestate gaudentibus, ubi unus independenter ab alio vult et intendit actum prohibere, ut accideret, ubi Summus Pontifex per legem universalem sub excommunicatione vetaret V.G. furtum, et Episcopus idem prohiberet per suam legem particularem intendendo novum jus condere, novamque et distinctam poenam infligere. Tunc enim fur V.G. est inobediens, et contumax in duos superiores. Quia inobedientia, et contumacia sufficit ad censuram contrahendam. Atque ex hoc patet non urgere quod additur, unicum scilicet peccatum committi ab eo, qui plurium legislatorum praecepta, et leges ex eodem motivo impositas violat. Siquidem etsi unum sit peccatum, ubi multiplex intervenit inobedientia, et contumacia; sicuti et semper intervenit, ubi multiplex peccatum committitur. Et ex his

78 Ad primam confirmationem dico, quod sicuti iis duobus in casibus non conveniunt Doctores, an unum, an multiplex peccatum fiat, ità et inter se dissident, an una, an multiplex censura incurratur. Hinc vel adversarius vult tunc committi unicum numero peccatum vel vult multiplex committi. Si primum, unicam contrahet censuram, sin autem, multiplici ligabitur censura ecclesiastica, legi contravenienss. Ceterum cohaerenter iis principiis à nobis propositis in Tractatu De Peccatis loco supra citato, dico probabilius in vetitis, aut similibus casibus multiplex contrahi peccatum, et censuram.

Quod idem, et quidem potiori ratione concedas in casu relato in alia confirmatione, tunc scilicet quadruplicem incurri excommunicationem, ut cum communi sententia docet Bonacina hic Disp. 1. Punct. 6. num. 10. Ad ultimam confirmationem nego antecedens, quia sufficienter non probatur ab exemplo percussoris Clerici tonsurati, qui simul esset Subdiaconus, vel etiam Diaconus, et Sacerdos. Nam percussio talis clerici tantum opponitur reverentiae debitae statui Clericali, et circumstantia subdiaconatus, et diaconatus, et Presbyteratus non est inter mutantes speciem, sed solum inter aggravantes intra eamdem speciem, et adeo praedicta percussio non est multiplex, sed unum et numero, et specie peccatum. Contra vero percussio Clerici, qui simul est Monachus, et est contra reverentiam debitam Ordini Clericali, et statui religioso; qui duplex status cum sit specifice diversus, utpote cum specie diversa sit consecratio Clerici, ac Religiosi, et irreverentia

79. et injuria per percussionem ipsi illata duplicem speciem distinctam continet malitiam jam sub censura excommunicationis prohibitam. Ubi autem multiplex specie distinctum peccatum sub censura prohibitum intervenit, dubitis supra multiplex censura incurritur, ergo etc. Ex quibus jam habes circumstantias tantum notabiliter aggravantes intra eamdem speciem non multiplicare censuras, quamvis exigantur notabiliter ad plurium earum solutionem. Et ex his

80. Ad 6tam difficultatem, an videlicet subditus existens extra proprium territorium, aut in loco exempto valeat censurari a suo Ordinario, praesertim pro casu, quo delictum in proprio territorio inchoavit. Haec autem difficultas duplicem sensum reddere potest, et primo an subditus qui in proprio territorio delictum aliquod censura dignum patravit, et non commissum delictum in alienum territorium, aut in locum localiter exemptum ab Ordinarii jurisdictione se recepit, dum existens ab Episcopo suo proprio valeat censurari. Secundo an subditus extra proprium territorium existens, ubi delinquens a proprio Ordinario censurari possit. Atque de his dubiis singillatim dicam.

81. Quod itaque spectat ad primum dubium, quod etiam duplicem sensum facere potest, primum videlicet, an qui in proprio territorio nedum inchoavit, sed etiam consummavit delictum censura dignum, a proprio Ordinario puniri possit, etiam extra proprium territorium moratur. Alterum, an etiam, qui tantum delictum in suo territorio inchoavit, extra illud vero consummavit, tanquam certum tenendum est, patrantem delictum, illudque consummantem in proprio territorio incurrere censuram v.g. excommunicationis, si lex, et statutum prohibens delictum est lex, et statutum praeferentiens censuram latae sententiae ipso facto incurrendam, cum tunc positum est omne, quod ad censuram statim incurrendam est necessarium, et nocendum non juvat transgressorem fuga a proprio territorio et mora in alieno. Quare difficultas solum esse circa censuras ferendae sententiae, an videlicet proprius Episcopus valeat excommunicare suum subditum in alieno territorio commorantem, ubi in proprio territorio consummavit delictum.

tali censura dignum. Atque in hoc duplex e diametro opposita est Doctorum sententia, quarum affirmativam placet seligere. Unde sit

22 Propositio. Superior Ecclesiasticus censurandi potestate gaudens ob delictum consummatum in loco suae jurisdictionis a proprio subdito patratum, eundem pt censurare, etiamsi extra proprium territorium, aut in locum localiter exemptum statim a commisso delicto se recipiat delinquens. Est communis, quinimo, testibus Salmanticensibus, vera sententia contra nonnullos, et suadetur hoc pacto. Subditus in proprio territorio delinquens, ibique consummans delictum, etiamsi statim fugiat, et alio se recipiat, a superiore suo ecclesiastico censurari pt, si id ratio ecclesiasticae potestatis exigit, et nullum jus in contrarium afferri pt; quinimo ipsa jura tali potestati potius favent; ita est; ergo etc. Minor per partes probatur, et quoad primam vel ex eo patet, quod ratio ecclesiasticae potestatis exigit, ut crimina non maneant impunita propter malitiam delinquentis: si autem proprius superior in casu non posset in subditum in suo territorio delinquentem animadvertere, ubi a proprio exiit territorio, tunc crimina manerent impunita, et quidem per delinquentis malitiam. tunc siquidem delinquens a nemine puniri posset: non ita a proprio Ordinario, ut patet, non etiam ab Ordinario loci in quem se recepit, cum ibi non peccaverit; ergo etc. Quoad 2dam vero partem minor objectionum solutione ostenditur, et quoad ultimam partem patet tum ex ipsa consuetudine, quae jam vim legis habet; tum ex capit. ultimo de foro competenti, ubi clare habetur, quod quis fiat subditus non tantum ratione domicilii, sed etiam ratione delicti; Unde etiamsi delinquens etiam mutaverit domicilium, adhuc manet subditus ratione delicti commissi.

23 Confirmatur ab absurdis. Si subditus, qui in territorio proprii Principis deliquit, ibique delictum consummavit, a proprio superiore territorii puniri non posset, et adeo inquireretur realis, et physica praesentia delinquentis in suo proprio territorio, sequeretur, quod Petrus ~~[illegible]~~ Utinensis in territorio Concordiensis Dioecesis existens, ac jaculans sagittam in Paulum commorantem in territorio hujus Utinensis Dioecesis, eumque occidens excommunicationem non incurreret, etiamsi hic Utini homicidium est vetitum sub excommunicatione ipso facto incurrenda. Et Dioecesanus hujus Dioecesis existens in aliena Dioecesi excommunicationem non incurrisset, etiamsi excommunicatio lata esset contra Non residentes: Pariter si excommunicatio lata esset contra committentes homicidium in Ecclesia, eam non incurreret, qui extra Ecclesiam existens sagittam jaculatur in Antonium, eumque occideret: item [illegible] ita eo, qui extraheret triticum a proprio territorio ubi talis extractio est sub excommunicatione vetita etc.;

Hæc autem, et alia similia, de quibus dicimus in Tract. de Legib. n. 342, sunt contra communem Theologorum sensum, et ipsam rectam rationem, ut vel parumper meditanti patet; ergo &c. Unde Princeps superior per censuras procedere poterit contra proprium subditum non solum propter delicta consummata, quæ personaliter existens in proprio territorio commisit, etiamsi è proprio territorio fugerit, sed etiam propter ea delicta, quæ physicè absens commisit circa res, quæ erant in proprio territorio, aut circa actiones, quas in proprio territorio præstare debebat, ut loco supra citato in Tractatu de Legib. dictum est. Similiter et dicendum est, judicem proprium territorii posse per censuras procedere contra eum, qui posuit in eo se [illegible] effectum actionis sub censura prohibitæ, v.g. Homicidii, etiamsi antequam sequatur effectus consummatus v.g. mors, vulneratus deserit territorium, aut vulneratus in alienum territorium transportatus ibi moriatur. Nam in quantum ad actionem vetitam quoad censuram delictum tunc est in proprio territorio consummatum, quod sufficit, si deinde effectus sequatur.

84. Sed dices contra. Bonifacius VIII. in Cap. Ut Animarum, de Constit. in 6. cum statuisset, quod sententia Episcopi, qui excommunicationem tulit contra furantes, non ligentur tali statuto, si extra territorium furentur, pro ratione subjungit: cum extra territorium jus dicenti non pareatur impune; ergo cum ad validè, et licitè censuram ferendam jurisdictio requiratur, hancque non habeat extra territorium &c. Confirmatur 1°. Princeps sæcularis non potest punire subditum delinquentem in proprio territorio, ubi delinquens se recepit in territorium alterius Principis non subordinati; ergo neque spiritualis potest &c. Confirmatur 2°. Censura ecclesiastica ferri non potest nisi in contumacem, ac cum contumacia generatur non in proprio territorio, sed ubi delinquens in alienum territorium se recepit, ibi tantum contumacia consummatur; ergo &c. Confirmatur 3°. Censura ferri non potest nisi præmia monitione, et citatione, ut infra dicemus; atqui delinquens citari non potest in alieno territorio, ut habetur in Clement. Pastoralis de Sent. et re judicata, ergo &c. Confirmatur ultimo. Citatus delinquens in alieno territorio, si antequam vel citetur fugiat, ac in proprium territorium se recipiat, ibi non potest censurari; ergo neque subditus delinquens in proprio territorio si fugiat, et in alienum territorium se recipiat, antequam censuretur, amplius censurari non poterit, si præsertim ibi se recepit animo perpetuo manendi, ac nunquam amplius redeundi in territorium proprium; cum enim domicilium reliquerit, nonnisi ratione delicti tunc subditus manet; ergo &c.

85. Respondeo, citatum juris Capitulum, ac rationem in eo positam nostræ sententiæ non contrariari; nam in primis ea ratio intelligi debet ad mentem canonis: porrò canon ille loquitur, et dicit, quod propter delictum in alieno territorio commissum subditus puniri nequeat; ac neque quia statutum illud non extendebatur extra territorium: quod unicè probat, [illegible]

rem, V. g. episcopum non posse ferre legem extra territorium obligantem; non autem non posse punire certum delictum in suo territorio commissum, ubi subditus alio se recepit. Praefatus praedictus juris textus, atque adeo tantum procedit pro iis casibus, in quibus est jurisdictione contentiosa extra proprium territorium exercenda. Porro ad puniendum delictum subditi commissum in proprio territorio opus non est, actus jurisdictionales extra proprium territorium exercere cum strepitu, ut infra dicam; ergo

Ad primam confirmationem concesso antecedente nego consequentiam, et ratio disparitatis petitur ex ipsa natura poenarum corporalium, et spiritualium; poena scilicet corporalis per Principem in temporalibus dominium habentem nonnisi per vim coactivam corporalem infligi potest, quae coactiva vis in alieno territorio exerceri non potest, quin pax inter Principes turbetur, et tumultus, et strepitus in populo oriantur: quae incommoda absunt de poena spirituali loquendo, utpote cum haec statim incurratur, cum ab episcopo in proprio territorio existente feratur, et sic absque vi, et strepitu incurritur, sicuti incurritur ea, quae est latae sententiae.

Ad 2dam confirmationem omissa majori nego minorem. Contumacia siquidem ad incurrendam censuram ecclesiasticam sufficiens habetur, cum quis scit delictum ab ea lege esse prohibitum sub censura, et eo non obstante vult delinquere. Etenim licet contumacia sit ultra proximam, et quam fertur censura; remota tamen, et principalis est delictum, cujus satisfactio, et emendatio per censuram intenditur. Utraque subsit, hoc fuisse intra proprium territorium perpetratum
87 quamvis illa extra territorium fuerat commissa, seu consummata

Ad 3tiam confirmationem omissa majori, de qua infra redibit sermo, distinguo minorem: Atqui delinquens personaliter citari non potest in alieno territorio, omitto, fictione juris citari non potest in alieno territorio, nego minorem, et consequentiam. Quamvis verum sit proprium Ordinarium non petita licentia ab Ordinario loci, in quo subditus delinquens, et contumax se recepit, eundem non posse personaliter, idest in propria persona citare, utpote cum citatio sit actus exterior, et cum exteriori strepitu factus, et adeo sit actus jurisdictionis contentiosae, qui in alieno territorio fieri non potest absque licentia ejusdem Ordinarii; potest tamen eundem citari personaliter, petita licentia a tali Ordinario, itemque et fictione juris, scilicet proprius Ordinarius potest utendo juris dispositione eundem citare, decretum citationis affigendo in loco publico, V. g. ad valvas ecclesiae, aut propriae Palatii, aut etiam ad portas domus
89 delinquentis. Quae citatio ex juris dispositione sufficit, ut dicendo Ordinarius procedere possit ad sententiam censurae,

Ad ultimam confirmationem omisso aut etiam concesso antecedente; nego consequentiam, et ratio negandi petitur ex eo, quod semper major esse debet subjectio subditi Ordinarii, remanentis in proprio territorio; quam extranei in tali

territorio delinquentis. Subditus enim tunc est subjectus tam ratione personae quam delicti, extraneus autem tantum est subjectus ratione delicti. Quod dici non posset, si subditus propter delictum in territorio suo commissum alibi existens censurari non posset, ut meditanti patet, utpote cum puniri non posset nisi eo modo, quo extraneus censurari posset. Nec prodest, quod forte mutaverit domicilium, et ideo quod amplius non sit subditus ratione domicilij; nam cum id per fraudem fecerit, ei suffragari non fit, ut in simili diximus in Tractatu de Legibus num. 305. Praeterea rariores sunt casus, ut extraneus in alieno territorio delinquat, quam quod subditus in proprio territorio peccat contra suum Ordinarium, et ideo fortius providere oportet pro casibus subditi peccantis in proprio territorio, quam pro casibus extranei ibi delinquentis. Haec pro casu, quo subditus in proprio territorio delictum consummavit. Nunc secundo pro casu, quo delictum fuit tantum inchoatum intra proprium territorium, alibi vero consummatum, sit

90 Propositio. Quamvis inchoans delictum in proprio territorio, V.G. extrahens per vim virginem, in alieno autem territorio delictum consummans, V.G. stuprans virginem, non incurrat censuram ipso facto incurrendam in stupratores latam; attamen puniri poterit censura ferenda, tantum non à judice loci, in quo delictum, V.G. stuprum est consummatum, sed etiam à judice proprij territorij, in quo delictum est inchoatum, à quo V.G. per vim abducta est virgo. Ita quoad primam partem Layman de Legibus Tract. 3. Disp. 1 num. 24. cum Abbate, Bonacina, Marsilio, Suarez, Sala, et alijs, dicens, hanc sententiam esse communem et omnino retinendam; Atque prima partis ratio est, quia etsi unde lex censuram imponens in illius transgressores, utpote odiosa, non est extendenda nisi ad casum, in quo effectus est perfectus, et consummatus, nisi vel in verbis legis aliter exprimatur, nisi videlicet ipsa lex clare comprehendat vel inchoantes delictum; ex alia vero parte lex unius territorij non extenditur ad obligandum in territorio alieno, ut infra dicemus, et supra dictum est; atqui in casu nostro delictum inchoatum quidem supponitur in proprio territorio; alibi tamen consummatum, ergo &c.; et proinde qui V.G. à proprio territorio per vim extraheret virginem atque in alieno territorio eam violaret, nequaquam excommunicationem ipso facto incurreret, ubi nempe in alieno territorio sub censura ipso facto incurrenda vetitum non est stuprum, ut patet ex dictis num. 77, et duobus sequentibus, neque eam ipso facto contraheret, ubi in alieno territorio quidem crimen inchoaret, et in proprio consummaret, ubi tantum violaret legem, cui existens in proprio territorio teneretur, et sub censura obligat. Secunda vero propositionis ratio

91 primis patet ex Leg. 1. Cod. Ubi de criminibus agi oportet, in qua decernitur, delinquentem posse puniri, ubi crimina commissa vel inchoata sunt. Porro quod civili lege statutum est etiam in foro ecclesiastico robur habet, nisi juri alicui ecclesiastico

contrariatur; ergo ut in casu nostro nullum jus ecclesiasticum citato juri civili contrarium habeatur, dicendum est &c. Quod vel constat etiam ex eo, quod vel inchoans tantum delictum reipsa reus fit legis illius prohibentis; adeoque ratione delicti vere subditur judici talis loci; ergo puniri poterit. Praeterquamquod inchoatio, et consummatio delicti in esse morali saepe eandem malitiam participare possunt; ergo si judex territorii, ubi delictum est consummatum, illud punire sit, id etiam praestare poterit judex territorii, ubi delictum est inchoatum, praesertim si talis judex sit naturalis, et Originarius. Quod adeo, quia si quis in alieno territorio delictum inchoet, in proprio vero territorio illud consummet, tunc quidem etiam a judice territorii, in quo delictum est inchoatum, puniri poterit, si antequam excedat, saltem citatur; secus vero, si neque citatio praecesserit, ut supra probatum est. Dices contra. Equitas, et justitia exigit, ut

42 aequali, et pari poena non puniatur delictum tantum inchoatum, ac punitur delictum consummatum: quod et ipsa ostendit experientia; atqui si ecclesiasticus judex censuris punire possit delictum tantum inchoatum in suo territorio, alibi vero consummatum, aequali, ac pari poena puniretur delictum inchoatum, ac consummatum; siquidem in casu V. G. tam excommunicaretur inchoans, quam consummans V. G. homicidium, et reperitur &c.; ergo &c......... Confirmatur. Judex praesertim ecclesiasticus non sic punire delictum, nec quod ejus jus, et jurisdictio laesa non fuit, sed ubi delictum in alieno territorio fuit consummatum, per delicti consummationem laesum non fuit jus, et jurisdictio proprii judicis, in cujus territorio delictum tantum fuit inchoatum, ergo talis judex non sit punire delictum quo consummatum: in casu autem nostro puniret delictum etiam quoad consummatum; nam ecclesia censuras suas non infligit nisi propter delicta consummata; ergo &c..... Confirmatur 2º. Petrus V. G., qui mandavit Francisco, ut occideret Paulum, et Franciscus mandatum acceperit in territorio Petri, si homicidium perfecit in alieno territorio, tunc a proprio judice non sit puniri poena debita homicidio, sed remittendus est pro tali poena ad judicem territorii, in quo occisio est secuta, ut tenet communis sententia; ergo ne unum delictum duplici poena puniatur, et adeo ultra meritum, dicendum est, tunc Petrum non posse puniri a judice proprii

43 territorii; ergo &c. Respondeo omissa majori, quia licet physice et realiter distinguantur delictum inchoatum tantum, et consummatum; moraliter tamen, et quoad imputabilitatem non distinguuntur, ut probavi in Tract. de Actibus Humanis, ubi circa de augmento malitiae actus externi supra internum, ac proinde contra aequitatem, et justitiam non erit, etsi eadem poena puniatur tam delictum inchoatum, quam consummatum, omissa inquam, majori nego minorem; et ratio negandi est tum quia, ut notavi, ipsum delictum inchoatum est delictum moraliter consummatum, tum quia per jus delinquens etiam tantum inchoando

delictum ita subditur jurisdictioni judicis territorij, ut de toto delicto cognoscere, et judicare valeat, et proinde tune et punire inchoationem et consummationem delicti. Atque per hoc patet ad secundam confirmationem, siquidem subsistat ipsa propositionem majorem loquendo de delicto, per quod nullo modo lesa est jurisdictio judicis territoris, secus vero, ubi vel inchoatione, vel consummatione delicti lesa est. Preterea saltem loquendo pro statu possibili sed est, quod subditur, cuique scilicet non posse puniri delinquentes nisi delicto consummato. Deinde tamen si argumentum si quid probat, evincit solum mitius puniendum fore delictum per judicem territorij, ubi illud tantummodo fuit inchoatum, quam si ibi etiam fuisset consummatum, quod certe non impugnat veritatem nostræ propositionis, ut meditanti patet. Ad 3am confirmationem nonnulli magni

94 nominis Doctores satis probabiliter sustinent, mandantem homicidium in proprio territorio, et mandatarium posse pro homicidio secuto in alieno territorio puniri pœna debita delicto consummato à judice loci, ubi mandatum datum, et receptum est; neque judicem mandantis teneri mittere delinquentem ad judicem territorij, ubi homicidium fuit consummatum, ut supponitur: Quo dato pariter nostræ favet sententiæ. Quod si omittere placeat, dici poterit, id speciale esse in casu mandantis, et mandatarij, quia nempe praxis aliter fert. Cæterum non semper verum erit judicem mandantis posse puniri delinquentem saltem pœna proportionata inchoationi delicti. Neque hinc sequitur, eundem delictum duplici pœna puniri. Nam in nostro casu sit, tunc dari præventionem inter unum nempe inchoamentum iudicem, seu delinquentem in uno posse cum alterius exclusione: Deinde dici sit unum puniri posse pœna delicto in utroque territorio proportionata. Atque hæc circa primum propositum dubium.

95 Pro secundo dubio, quod erat, an subditus extra proprium territorium delinquens à proprio Ordinario censurari valeat. Annotandum est, contra subditum, qui extra territorium aut in loco localiter exempto delictum aliquod grave v.g. furtum commisit, [illegible] censuras posse procedere Ordinarium [illegible] do ad restitutionem rei v.g. rei ablatæ, nedum ad instantiam [illegible] nis territorij, in quo delictum v.g. furtum est patratum, sed etiam ad instantiam partis lesæ, ubi jam subditus delinquens ad patriam [illegible], ibique commoratur. Quod ipsa [illegible] [illegible] et etiam ipsa ratio. Nam, ut optime arguunt [illegible] Praet. 10. Cap. 2. Dub. 9. num. 112. cum Soto, [illegible] et al. [illegible] Ordinarius facta tali instantia acquirit jurisdictionem ad [illegible] delictum subditi extra [illegible] [illegible] commissum.

96 Annotandum est secundo, communiter, nonnullis exceptis, [illegible] contrarium Doctores, [illegible] Ordinarium non posse ligare censuris per statutum, [illegible] legem latæ [illegible] suum subditum in alieno territorio aut in loco localiter exempto [illegible] v.g. [illegible] tem, occidentem, adulterantem &c. Unde si hic v.g. [illegible]

esset excommunicatio per legem, seu statutum contra furtum sacrilegum committentes, et Veronensis Dioecesanus in Dioecesi Tridentina V. g. sacra vasa furaretur, vi legis, seu statuti hujus Veronensis Dioecesis non maneret excommunicatus. Hocque colligitur ex Capit. Ut animarum, de Constitut. in 6, ubi Bonifacius VIII. in hunc modum definit = Statuto episcopi, quo in omnes, qui furtum commiserint, excommunicationis sententia promulgatur, subditi ejus furtum extra ipsius Dioecesim committentes minime ligari noscuntur, cum extra territorium jus dicenti non pareatur impune = manet scilicet impunitus, qui non paret, seu qui legem illam non servat et ratio est manifesta, quia nempe lex, seu statutum ita afficit proprium territorium Principis jus dicentis, ut ejus terminos non transgrediatur. Unde licet episcopus remaneat Pastor suarum ovium quoad forum conscientiae etiam extra suum territorium, adeoque ibi eorum confessiones valeat excipere, cum ad hoc jurisdictio contentiosa non requiratur, extra territorium tamen suum per leges suas obligare non sit suos subditos, etiamsi velit, ideoque intendat, utpote cum hoc ad jurisdictionem contentiosam pertineat.

Atque hinc tota difficultas devolvitur ad praecepta, et sententias particulares latas pro futuris culpis praecavendis. Quod addo, quia sententia V. g. excommunicationis lata in subditum existentem, et delinquentem, seu qui jam deliquit in proprio territorio, eum comitatur, etsi exeat a proprio territorio. Unde si episcopus protulerit sententiam excommunicationis in proprium subditum, qui furtum V. g. in sua Dioecesi jam commisit, nisi intra mensem restituerit, eo subditus ligatur, si intra illud tempus non restituat, etiamsi ante mensem elapsum in alienum territorium, aut in locum locatum exemptum se receperit. Sententia enim, et praeceptum inhaerent ossibus subditi, quorum est. Quapropter difficultas tantum est, an praeceptum, et sententia proprii episcopi lata ad futura crimina praecavenda obligent proprios subditos etiam extra territorium; adeo ut si ibi talia crimina committant, subjaceant censuris latis in transgressores. Atque circa hanc difficultatem dicam, quod diametro opposita sententia invenitur, excepto tamen casu, quo subditus mutaverit domicilium, alio nempe se recipiens animo ibi perpetuo manendi, quia novum domicilium ubi firmaverit. Nam cum tunc ille per domicilii mutationem cessaverit esse subditus, ad instantem, et sententia nonnisi subditos afficiat, amplius tali non ligatur. In hoc autem dissidio sic

Propositio. Ecclesiasticus superior censuris nec praeceptum, aut particularem sententiam latis ligare sit proprium subditum delinquentem extra suum territorium. Unde si episcopus suo sacerdoti sub poena suspensionis praecipiat, ne in aliena Dioecesi celebret, aut ce-

nec percipiatur sub poena suspensionis ipso facto incurrenda, mandans ne aleis ludat, ne arma deferat &c., si tale mandatum etiam extra Dioecesim transgrediantur, suspensionem subjaceant. Ita mihi probatur haec sententia, quam communiorem vocat Leymann hic lib. 1. Tract. 5. cap. 4. num. 7, quamque tenent apud Bonacinam hic disp. 1. q. 1. pun. 9. num. 19. Layman, Suarez, Ugolinus, et alij quamplurimi. Ejus fundamentum primò petitur ex discrimine, quod inter legem seu statutum, ac inter praeceptum, et sententiam intercedit. Nam lex et statutum immediatè afficit, seu respicit territorium, atque illi adhaeret; atque idcircò neminem extra territorium ligat; Praeceptum verò, et sententia immediatè afficit personas subjectas earumque ossibus cohaeret, quocumque eant, Praeceptum ergo, et sententia non solùm subditum obligat, etiamsi ex suo territorio exierit; ergo etiam illud, et illa, ut supponitur, sub censura obligat, transgressor censuram contrahit, ergo &c.

99 Fundamentum secundò desumitur ab evacuatione praecipuae rationis sententiae oppositae. Ideo enim subditus extra territorium sui Ordinarij non exequens praeceptum, aut particularem sententiam in proprio territorio sub censuram poena in ea pronuntiatam censuram non incurrerat, quia ex una parte ad incipiendum sub censura requiritur jurisdictio in persona incurrente, et ex alia parte proprius Ordinarius tunc in loco ubi opus praeceptum non fit, jurisdictionem non habet. Hax autem ratio non subsistit: Nam in primis licèt Episcopus &c. non habeat jurisdictionem in loco alterius Dioecesis, neque ibi jurisdictionem contentiosam valeat exercere, nam cum judiciali strepitu, citando nimirum, procedendo, testes examinando, aliaque juris solemnitates exercendo, adhuc subditi Ordinarij ejus subditi etiam existentes in aliena Dioecesi ejus subsunt jurisdictioni, quinimmò et in eos etiam tunc jurisdictionem voluntariam, seu non contentiosam exercere valet ut num. 36, et sequenti diximus, cum per hujus jurisdictionis usum alienum territorium non invadatur, neque alienum jus violatur, quod per canones unicè intendum est providere. Et ut subditus extra territorium censuris ligari possit, requiritur quidem, quod maneat subditus; non requiritur tamen, quod Episcopus jurisdictionem contentiosam extra territorium suum exercere valeat, sed sufficit, quod eam exerceat in proprio territorio, ut patet mediante casus, quos supra num. 83 statuimus; ergo &c. Quod etiam patet ex eo, quod proprius subditus in aliena Dioecesi existens ab Ordinario suo possit à censuris absolvi, ac etiam à peccatis, quod certè denotat jurisdictionem in Ordinario et subjectionem in subdito, et ideò, teste [illegible] nostro maior pars [illegible] [illegible] ex quo etiam solutio ad argumentum desumptum ex Capit. Ut Animarum de Constitut. in 6. 102.

Neque dicas, si hoc verum est, Cleri-

100 ci, cum monomus [illegible] sub poena suspensionis [illegible] ne Monachi ad Monasterium, suspensionis poenam incurrunt, etsi extra Dioecesim, vel in loco localiter exempto [illegible] reperiantur. Nam si tali Clerico vel per praeceptum [illegible]

nostrularum sententiâ ad statutum hut, ultro concedo in suspensionis censuram incidere. Quoad 2.m (?) statutum, hil per legem seu statutum, tunc distinguendum est si autem statutum, seu lex solum loquatur, ac mentionem faciat de Ingredientibus in Moniales, tunc censura non incidatur talis clericus ex rarâ num. 96 allegata. Si verò lex, seu statutum loquatur etiam de accedentibus ad colloquendum cum Monialibus, tunc clericus ille suspensionem incurrat, quia nempe accessio fit, et consummatur in proprio territorio sed jam

Ad ultimam difficultatem, quæ erat an censura lata contra facientes actionem aliquam malam comprehendat etiam mandantes, et consulentes? Dico, Mandantes, et consulentes non ligari censura lata contra facientes aliquod delictum, nisi ipsi mandantes, et consulentes explicitè, aut implicitè saltem comprehendantur in ipsa sententia censuræ, vel alioqui lex redderetur penè inutilis, et frustranea, nisi et ipsos mandantes, et consulentes includeret. est textus Journelij, sive ejus Continuatoris, communis sententia contra paucos. Probatur autem tum a priori, tum a Posteriori. A priori quidem sic. Lex, seu sententia censuram, utpote pœnalis, et per consequens odiosa, non debet extendi de uno ad alium casum etiam similem, ut patet ex regula 15.a juris in 6. Odia restringi, et favores convenit ampliari, et fusè ostendimus in Tract. de Legibus Cap. 8. §. 3. de Legis hum.ª Interpretatione à num. 565, ac proinde accipienda est tantum pro illo casu rigorosè, et propriè accepto, qui in ea exprimitur; atqui sub nomine facientis propriè, et rigorosè accepto non intelligitur mandans, et consulens, ut primò patet legenti Capit. Si quis Viduam dist. 50, ubi tanquam distincta, et diversa ponuntur facere, mandare, et consulere, 2do patet etiam ex eo, quod consilium, et mandatum nedum præcedunt factum, sed etiam sine facto haberi possunt; ergo &c. .... A posteriori verò probatur vel ex eo, quod ubi jus vult sub lege, et sententia censuram comprehendere etiam mandantes, et consulentes, de ijs etiam saltem implicitè mentionem facit, easque exprimit, ut patet meditanti corpus juris, et perspicuum (?) erit Felicis, de Pœnis in 6, et Clementinam Si quis suadente, eodem titulo, et plures excommunicationes Bullæ Cœnæ, ubi quando Summus Pontifex voluit comprehendere etiam mandantes, et consulentes, de eis mentionem facit. ergo ubi de eis nulla mentio fit, non comprehenduntur; ergo &c.

Dixi autem primò: Nisi ipsi mandantes, et consulentes implicitè saltem comprehendantur in ipsa sententia &c. Nam ut lex, et censura afficiat et ipsos mandantes, et consulentes, opus non est quod expressis verbis nominentur; sed sufficit, quod implicitè exprimantur: atque sic sub hoc clausula incurrat excommunicationem qui vel per se, vel per alium hoc fecerit, licèt non com-

prahendantur juxta satis probabilem sententiam solummodo comprehen-
comprehenduntur tamen jubentes, ac mandantes, ac necnon ac per-
dicentes: sub hoc vero aut alio simili, nempe sub hoc: Qui quo-
documque fuerit causa, qui quacumque ratione dederit causam
cumque fuerit ejusdem quicumque mandato, aut immediate
vel facto, aut interveniente hoc faciant, sit excommunicatus, nam
ejusdem, comprehenduntur etiam mandantes, consulentes,
auxilium praestantes &c. Dixi ideo vel alioqui lex redderetur pene
103 inutilis, et frustranea, nisi &c. Jam, ut diximus in Tractatu de
ubi de lege odiosa, et favorabili num. 503, etiam lex poenalis ad
se amplam extensionem habet, quando id necessarium est ad vi-
tandum absurdum, et grave inconveniens, quale certe est, quod
fiat inutilis, et frustranea. Atque hac ratione Bonifacius VIII in
capit. Si civitas, de sent. excom. in 6. non jam novum jus condidit,
sed jam latum interpretando, ut indicant verba illa: expeditio
interpretationem juris latorum, quae in canone habentur, dele-
vit generale interdictum civitatis extendi etiam ad suburbia
licet murorum ambitu separata, ex nimirum ratione: ne in
pendi valeat sententia interdicti. Quod et idem docet Glossa in
quamquam, de usuris in 6 ex tenore legem Gregorii X invali-
dantem testamenta usurariorum manifestorum non satis-
conditionibus eidem praescriptis, etiam ad codicillos, ne id
quod ibi constitutum est, reddatur frustraneum. Verum hanc
limitationem rejiciunt Salmanticenses hic Tract. 10. cap. 5
in num. 145. cum Diana, Avila, Bonacina, et aliis. Quicquid
vero de hoc sit, illud tamen tene, nempe in rationabili dicto
an lex, et sententia censurae comprehendat etiam mandantes
et consulentes, ipsos non comprehendi ex rationis
ma valet in fundamento propositionis.

Dices tamen cum nonnullis. In Canone Quantae
104 De sent. excom. dicitur, quod facientem, et consentientem pa-
rem poena constringat: ergo lex, et sententia ligans censura facientes
licet et consentientes, et a fortiori mandantes. Quod confirma-
tur ex eo, quod mandans, et consulens sit vera causa ejus,
quod consulitur, et mandatur, et adeo mandans
rebus vera cum ratione sit dici faciens, et committens
crimen, ut patet ex capit. Si mulier, de sent. excom., ubi
etiam ipsi mandantes clericum percuti excommunicantur
excommunicatione lata in clericorum percussores sub
hac ratione: cum is committat vere, cujus auctoritate vel
mandato delictum committi probatur. Unde in reg. juris
in 6. damnum, recte dicitur is damnum dat, qui jubet damnum
et in capit. Ita quorumdam, de judaeis cum excommunicat
deferentes prohibita ad Saracenos, deinde in capit. Significavit
eorum statuto ea poena extenditur, et declaratur incurri etiam
ab iis, qui per alios talia deferunt ad ipsos Saracenos: et tandem
in capit. Si concubinae, de sent. excom. excommunicantur com-
municantes in delicto criminoso cum excommunicato: ergo lex

Respondeo, verum quidem esse, quod facientes, et consentientes, atque mandantes delictum regularitate digni sint, et mereantur eandem poenam, adeoque auctor canonis quoties vult unica factum, sit et puniri illud mandantes, et consulentes, et de facto punit, cum in canone infligente censuram exprimit nedum facientes, sed etiam mandantes, et consulentes; Falsum autem esse, quod actu semper eandem poenam incurrant mandantes, et consulentes, quam incurrunt facientes, et praesertim quando in canone, et sanctione ne implicite quidem veniunt, et exprimuntur mandantes, et consulentes. Plures enim sunt poenae, quae pro delictis quibusdam imponi possent, quae tamen si non imponantur, eas non incurrit talia delicta committens; hocque patet exemplo dicti si quis consentiret, ut in sacello suo sacerdos excommunicatus celebraret, eique vestimenta, et vasa sacra providendo, non propterea incurreret irregularitatem, quam tamen sacerdos ille celebrans incurreret, in tali statu actum ordinis exercendo. Unde patet ad

105 Capit. Nuper, de sent. excom. Ad alios vero juris textus, ut ad capit. Si Mulier, de sent. excom., et ad regulam juris: Is damnum dat, et alia similia, verum est, nos quidem improprie, et interpretative facere, quod per alios facimus, et adeo consulentes, et mandantes tantum in sensu improprio, seu morali solum dici posse facere, et committere delictum; dici autem non sic nos proprie, et in sensu rigoroso facere, quod per alios facimus, et proinde verum non est dicere, quod mandantes, et consulentes proprie faciant, et committant, ut ex superioribus patet, et etiam ex Capit. Ut fame, de sent. excom.; ubi de capientibus clericos, atque in judicium saeculare trahentibus dicitur: cum hoc non ipsi, sed hi, quorum auctoritate id faciunt, facere videantur: Verbum autem videantur non proprietatem, sed fictionem, et improprietatem innuebat. Porro licet aliquid interpretative, et improprie, seu moraliter facere, consilio nempe, aut mandato, sufficiat ad legis transgressionem, et peccatum incurrendum, non sufficit tamen ad poenam incurrendam, nisi et ipsi mandantes, et consulentes exprimantur; ut supra probatum est, et constat etiam ex eo, quod neque in favorabilibus id aliquando sufficit, ut patet ex eo, quod qui mandaret tantum, aut consuleret jejunium, ubi jejunanti concessa esset indulgentia, indulgentiam certe non acquireret.

107 A fortiori ergo non sufficit in odiosis, cum in his strictior sit servanda interpretatio.

Hinc ad Capitulum Ita quorumdam, et Significavit, de judaeis dici, sit in secundo capit. non declarari, sed imponi poenam contra mandantes. Vel etiam dici potest poenam latam in primo capit. extendi etiam ad mandantes non jam quia mandans sit proprie [illegible], sed ne lex illa redderetur frustranea, et inutilis [illegible] in casu, quod extendit ad mandantes, et consulentes supra non negavi-

mus, sed potius concessimus. Tandem sapit si concubina non est negotium. Nam ibi excommunicatio non fertur contra communicantes, et participantes cum excommunicato, antequam excommunicaretur, sed solum postquam fuit excommunicatus, et quidem tunc solum si habeatur actualis, et realis physica communicatio, ut patet prædicto capitulo legenti.

108. Sed quæres primo, an quando lex, et sententia censuram complectitur, et exprimit mandantes, et consulentes, censuram incurrant mandantes, et consulentes, etiamsi effectus realis, et Physicus, seu reale delictum non sequatur, sed tantum positum fuit mandatum, et consilium.

Respondeo, in casu attente, et diligenter inspiciendum esse, an censura principaliter, an accessorie tantum feratur in mandantes, et consulentes. Tunc autem principaliter in mandantes, et consulentes cum vel lex, seu sententia nullo modo mentionem facit de reali, et physico effectu, sed tantum exprimitur simpliciter consilium, et mandatum, vel si lex, seu sententia etiam exprimat realem, et physicum effectum, altero velut ex æquo prohibet etiam consilium, et mandatum; quod propterea contingit, cum primo lex seu sententia exprimit mandatum, et consilium, deinde cooperantem, seu facientem opus malum vetitum. Accessorie vero tunc censura fertur in mandantes, et consulentes, cum lex, seu sententia directe, et immediate respicit delictum, et per ordinem ad hoc tantum, et veluti indirecte solum impetit consilium, et mandatum; quod fit cum lex primo exprimit delinquentes, et deinde exprimit etiam consulentes, et mandantes delictum, quod ibi prohibetur. Quibus suppositis

109. Ad dubium dico, quod ubi censura principaliter fertur in mandantes, et consulentes, et adeo independenter etiam ab effectu, tunc censura incurratur, etiamsi effectus alius, et physicus non sequatur, ubi hi consilium, et mandatum secundum se fuit efficax, et animo sortiendi effectum datum fuit, et ut tale cognitum ab eo, cui datum fuit; quia nempe in casu nostro posita fuit tota actio in se, et ratione sui sub censura vetita. Si vero censura tantum accessorie lata est in mandantes, et consulentes, tunc quacumque ratione effectus secutus non fuerit, censura non incurritur a mandantibus, et consulentibus, quia nempe non est posita tota actio, cui censura infligitur.

110. Sed iterum quæres, an, quando lex, seu sententia censuram lata est accessorie tantum in mandantes et consulentes necessario sit, ut incurrant censuram contra mandantes et consulentes latam, quod mandatum, et consilium moraliter influxerit in delictum sub censura prohibitum, seu tale quod committens delictum eo motus fuerit a tali consilio et mandato? Ad quod quæsitum respondeo affirmative, et ratio est manifesta. Nam ubi mandatum, et consilium moraliter non influxit in delictum sub censura prohibitum, mandans, et consulens non fit dici causa moralis talis maleficii; atqui ille qui non est causa ne moralis quidem maleficii vetiti sub censura prohibiti censuram non incurrit

ut patet, ergo &c. Atque hinc licet cum Bonacina, Gibaldo, et aliis quamplurimis contra nonnullos fatendum sit, censuram incurrere, qui per suum consilium, et mandatum auxit voluntatem delinquentis ad praestandum effectum sub censura prohibitum licet alioquin delinquens fuerit sufficienter paratus ad illum praestandum, eo quia tunc verum est, quod ipse influxerit animosiorem efficiendo, aut effectum accelerando; attamen dicendum est primo, quod ubi delinquens ita paratus erat ad faciendum opus sub censura vetitum, ut nullo modo motus fuerit vel ad animosius, vel addicitius, vel ardentius &c. illud patrandum, tunc consulens, et mandans censuram non incurrerit.

Dicendum est 2do, pariter mandantem et consulentem censuram non incurrere, ubi mandatum, et consilium non fuit malitiosum, et a fortiori ubi fuit bonum et honestum: et proinde si quis efficaciter determinato cuidam clericum consuluerit, ut eum tantum verberaret, ubi nulla alia via suppetit ad declinandum homicidium clerici, non incurrerit excommunicationem latam in mandantes, et consulentes clerici percussionem; sicuti neque eam incurrerat, qui consuluerit aggresso a clerico, nec fugere potenti, ut se cum moderamine inculpatae tutelae defenderet: item neque excommunicationem incurrerat, qui consuluerit clerico transituro flumen super aquam debilem, ut nedester transiret, etiamsi deinde contingeret ut aquis suffocaretur. In his enim, aut similibus casibus mandatum, aut consilium non fuit moraliter culpabile; et adeo moraliter in effectum non influxit.

Dicendum est 3tio, pariter mandantem declinare censuram, ubi antequam sequeratur effectus mandatum sufficienter revocavit, hujusque revocatio innotuerit, et intimata fuerit mandatario. Nam cum mandatarius non agat nomine suo, sed mandantis, ubi mandans suum mandatum sincere, ac sufficienter revocavit, idque innotuit mandatario, is amplius non potest dici agere nomine mandantis; et proinde cessavit influxus ex parte mandantis: ergo censuram non incurrit. Quam tamen doctrinam Bonacina cum Navarro, Molina, et aliis non vult extendi ad consulentem ubi nempe quis etiam consilium a se datum revocavit, et revocatio innotuit ei, cui consilium datum fuerat, quia sicut etsi consilium revocatum fuerit, adhuc illud movere potest, et influere in effectum, ubi praesertim consilium fuit rationibus suasum. Oppositum tamen sustinent Salmanticenses hic tract. 10. cap. 1 punct. 12 num. 250 cum Palao, Avila, Suarez, Laymann, et plurimis aliis, ubi consulens vere, sincere, et ex animo pro viribus conatus est dissuadere, et revocare consilium suum, et ubi etiam perpetrandum &c. etiam monuit, ut sibi caveret ... ex eo, quod Ecclesia non intendit, neque potest percussores punire nisi rebelles, et contumaces in suo placito, rebelles, et contumaces in ecclesiasticam legem, ergo &c. Hoc num. 62; ubi a consulente ... fuit rationem suasam esse ... et insubsistentem; cum tunc ea amplius ... ad effectum.

113\. Hoc tamen intelligendum erit, ubi, ut notavi,
mandatum, et consilium ita revocatum est, ut revocatio innotu-
erit mandatario, et illi, cui consilium datum fuit. Nam licet pro-
bandum sit, esse valde probabilem sententiam, quam apud Gibbal-
dum hoc Tract. 4. Cap. 1. Dub 6. num. 66. tuentur Kara, Palaus, Co-
manticensis, et alii plures, censuram scilicet non incurri à man-
dante, et consulente, ubi totis viribus conatus est mandatum
aut consilium suum revocare, et non potuit omni conatu ad-
hibito id praestare, alteram tanquam probabiliorem asserendam
arbitror, nempe censuram incurri. Ratio autem est, quia consu-
lens, et mandans vere peccando posuit causam efficaciter
influentem in actionem sub censura prohibitam, ubi sequi-
tur effectus; atqui ponens causam efficaciter influentem in
effectum sub censura prohibitum, effectu secuto, censuram
contrahit, etiamsi cum contingit effectus, cum rei ipso vere
et sincere poenituerit, dummodo ratio talis causae sequatur
effectus, ut in Tract. de Actibus Humanis, num. 93. indicavimus. Nam
ubi causa posita nequit efficaciter influere in effectum, poeniten-
tia etiam sincera impediri nequit, quin censura contrahatur,
sicuti efficere nequit, quod tollatur, ubi jam contracta est, nisi
absolutio accedat, ut patet. Argumenta autem opposita sen-
tentiae habes citato loco in Tractatu de Actibus Humanis.

Tandem quaeres, quomodo quis possit co-
114\. gnoscere an suo consilio influxerit in factum prohibitum sub
censura? et an in dubio mandans, et consulens censendus sit
in censuram incurrisse?

Respondeo ad primum, id nempe primo cogno-
sci posse ex dicto, seu confessione mandatarii, et illius, cui
consilium datum fuerit, si sit fide dignus. Unde si is asse-
rat, se nullo modo motum fuisse mandato, et consilio man-
dantis, et ne ad citius et promptius quidem patrandum
delictum, mandans, et consulens sit judicare se non influ-
xisse, et adeo censuram non incurrisse. Secundo id cogno-
sci potest ex conjecturis, puta si delinquens jam antea deter-
minatus fuerat delictum, v.g. homicidium, et jam à nullo
removeri potuit à suo proposito, vel jam omnia necessaria
ad delictum consummandum paraverat, quo et in ca-
[illegible] potuerit, mandatum et consilium non influxisse,
et proinde censuram non incurri.

Ad secundum vero respondeo cum superius
115\. dictis in Tract. de Conscientia Cap. 3. Art. 2. § 3. num. 125. excepta circum-
stantia quae est ex homicidio jam secuto, mandantem et con-
sulentem in dubio de cooperatione, et influxu, an videlicet
mandatum, et consilium vere influxerit in effectum delicti
jam secutum, et sub censura prohibitum censendum esse
immunem à censura. In dubio enim odia restringi, fa-
vores convenit ampliari, ut habet regula 15. juris in 6.
atque In poenis benignior est interpretatio facienda.
Probabiliter verum est, ubi mandatarius, et qui consilium
habuit, cognoscitur, et communiter habetur censuram in-
[illegible] et aliis hujusmodi fecit delicta. Hoc tamen
[illegible] subjecto modo sit.

Caput quartum.

De causa, ob quam fertur censura.

Poenam, qualis est censura sive excommunicationis,
sive suspensionis, sive interdicti, nonnisi ob delictum, seu theo-
logicam culpam infligi posse, vel patet meditanti ejus natu-
ram, utpote cum haec ad delictum vindicandum, et ad alios in
officio detinendos infligatur, et proinde ecclesiasticus superior
censurando sententiam in innocentem et talem cognitum
quando nemo peccavit, sed et actum invalidum exerce-
ret. Hinc hoc in loco solum dubium esse potest de qualitate
delicti in subdito requisiti, ut et ipse incurrat censuram,
et ut superior eam juste, et valide infligere possit et
Circa dubium hoc primo quaeri fit, an nedum propter mortale,
sed etiam propter veniale peccatum censura infligi queat. 2do
an peccatum illud sive mortale, sive veniale debeat esse
contra aliquam legem ecclesiasticam, an sufficiat, quod sit con-
tra legem aliquam sive naturalem, sive positivam divinam. 3tio
an tale peccatum debeat esse internum, et externum simul,
an vero satis sit, quod sit vel pure internum, vel externum tan-
tum. 4to an tale peccatum debeat pendere in futurum, et
ideo debeat esse conjunctum cum contumacia, an vero etiam suf-
ficiat peccatum praeteritum. 5to an debeat esse completum
et consummatum. Et tandem an debeat esse proprium, an
etiam sufficiat alienum. Quibus et addenda erit solutio dubii
an censura lata ob delictum juridice probatum, revera tamen, et
coram Deo nullum teneat. De quibus singillatim dicam.

Pro primi autem dubii resolutione notandum
est, excommunicationem, sicuti et suspensionem, et interdictum
dividi in majorem et in minorem. Major scilicet excommu-
nicatio, ut infra dicam, est poena spiritualis, qua quis privatur
bonis communibus ecclesiae, et ejus dispensationi subjectis, et
abscinditur a corpore fidelium. Minor vero excommunicatio
est ea, quae hominem illa innodatum privat ex parte, seu
aliquibus tantum bonis ecclesiae distributionis communibus,
ut receptione, et administratione licita sacramentorum,
et passiva electione ad dignitates, et beneficia ecclesia-
stica. Sic suspensio major, qua clericus ab officio, vel benefi-
cio, vel utroque simul ad longum, et notabile tempus pri-
vatur: minor autem est, qua clericus nonnisi ad breve tem-
pus vel officio, vel beneficio privatur. Interdictum item ma-
jus est censura, qua ~~[illegible]~~ ad notabile tempus interdi-
citur communitas, sive singulis ~~[illegible]~~ divinorum officiorum
celebratione et auditione, ecclesiastica sepultura et commu-
nione sacramentis: Minus vero est, quo vel nonnisi ad
breve tempus, vel ab aliquo tantum spirituali usu prohi-
betur communitas, sive etiam particularis persona, quibus
notatis, sit

Propositio. Quamvis censura minor
sive excommunicationis sive suspensionis, sive interdicti

etiam ob peccatum leve infligi possit, censura tamen major nonnisi ob peccatum grave ferri potest. Ita communis, et certa sententia. Et quoad primam partem patet ex Canon. Super De Sent. excom. in quo habetur, quod propter communicationem cum excommunicatis, etiam in criminalibus, et civilibus, quae certe communicatio nonnisi venialis culpa est, minor excommunicatio contrahatur. Quod et rationi omnino consonum esse videtur. Peccatum siquidem veniale levi poena dignum est: minor autem excommunicatio, suspensio, et interdictum, omnibus rite pensatis, poena levis est, utpote levia censura, tum quia si est excommunicatio minor, videtur bonis maximis, ut est receptio, et administratio sacramentorum privare, ea tamen facilimo negotio tolli potest, cum ut habetur in citato juris Canon., a quolibet sacerdote ad audiendas confessiones approbato eis innodatus absolvi potest; quia si est interdictum, et suspensio minor, vel tempore non privat magnis bonis; vel ad breve tempus tantum durat, ergo &c. Quoad 2dam vero partem pariter est
119. eo jure est manifesta, et praesertim ex Canon. Nullus sacerdotum causa XI. q. iii, ubi decernitur, quod nullus sacerdotum quemquam rectae fidei hominem pro parvis, et levibus causis a communione suspendat: Item ex Capit. Nemo episcoporum eadem causa, et Quaestione, in quo dicitur, quod Anathema aeternae est mortis damnatio: et nonnisi pro mortali debet imponi crimine, et illis, qui aliter non potuerint corrigi. Unde Tridentini Patres Sess. 25 Cap. 3 De Reformat. mandarunt, excommunicationis gladium sobrie, magnaque circumspectione exercendum esse, experientia doceat, si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, et perniciem potius parere, quam salutem. Quae certe et ipsa ratio ostendit, dum etenim censura et poena est, et medicina; poena autem culpae, et medicina morbo proportionari debet: aequitas enim exigit, ut pro delicto sit plagarum modus, et ut difficiliora remedia gravioribus tantum morbis adhibeantur, ergo &c.
…9. Sed dices contra. Per levem clericorum percussionem excommunicatio major contrahitur: cujus absolutio nonnisi Locorum Ordinariis competit, ut per Canon. Parochis, De Sent. excom. decernitur. Atqui levis clerici percussio nonnisi leve peccatum est; ergo &c. Confirmatur: Cum crebrius Praelatus sub censura gravi suis subditis mandare solet, ut publicas processiones ob publicam causam indictas interessent: Item dum Episcopus suis clericis, ne comam nutriant, tabernam ingrediantur; sicuti et Praelatus Regularis mandare solet suis Religiosis, ne ad domum alienam accedant, idque sub excommunicationis majoris poena statim incurrendae; atqui hujusmodi leges ut plurimum versantur circa rem omnino levem, vel etiam in [illegible] nonnisi sub levi obligant, ergo &c. Confirmatur 2do quia quis excommunicari ob transgressionem legis [illegible]

ac praecipienti rem secundum se indifferentem; ergo à for-
tiori propter actionem secundùm se, et ex natura sua levem
malam; ergo &c...... Confirmatur 3tiò Contra excommunicatio-
nes non solùm ferri sit in graves furtum committentes; sed etiam
furtum, aut detentionem materiae levis. Quod vel patet ex
eo, quod Edictum Principis sub gravi poena mandantis, ne quis
audeat vineam devastare, aut proximum furto damnificare,
nedum se extendit ad eos, qui plurimos racemos dispersant,
sed etiam ad eos, qui aliquos tantum surripuerunt, aut etiam
unum abstulissent dolore, qui inde grave damnum passus fuisset
fori et dicendum est pro eo casu, quo proximo graviter fur-
tulis remanere damnificato à superiore praecipiebatur, ut ablata
restituerentur, ergo &c. Quorum omnium ratio est, quia ubi
superior gravem censuram infligit in transgressores legis
etiam levia praecipientis, talis lex statim sub gravi obligat,
ut probavimus in Tractatu De Legibus à num. 204; atqui trans-
grediens legem sub gravi obligantem, incurrit censuram
in transgressores latam; ergo &c.

Respondeo, percussionem Clerici, ob quam
excommunicatio major Episcopis reservata incurritur, in jure
dici levem non absolutè, et in se spectatam, sed respectivè
ad enormem, qualis est occisio, membrorum mutilatio, vulneratio
cum notabili sanguinis effusione, carnis laceratio, dentium, et
multorum capillorum avulsio; et adeò talis excommunicatio non
est lata ob culpam absolutè, et in se levem, sed gravem,
omnibus scilicet, quae spectanda sunt, consideratis.

Ad primam confirmationem, ut dixi
etiam, et monui in Tractatu De Legibus num. 201, animadvertendum
esse, verum quidem esse, licitum legislatorem sub poena gra-
vis culpae, et censurae non posse praecipere rem, quae tum
in se, tum ratione circumstantiarum, et finis à praecipien-
te intenti vel indifferens manet, vel omninò levis, mul-
tum scilicet non conducens bono publico, paci, et incolumi-
tati Reipublicae: Falsum verò esse, sub gravi praecipere non
posse rem, quae licèt secundum se sit vel indifferens, aut levis;
ratione tamen circumstantiarum, aut finis operantis gravis eva-
dit maximè, et multùm videlicet utilis, aut etiam necessaria
publico bono, paci, et tranquillitati Reipublicae, ut patet in
praecepto Adamo vetante comedere de ligno scientiae bo-
ni et mali, cujus esus certè secundùm se gravis non erat;
et adeò tantum ratione circumstantiarum, et finis à Deo legisla-
tore intenti fuit graviter interdicta. Atque hinc in casibus
objectis, aut aliis eis similibus, tenendum est et licitum legisla-
toribus ea sub gravi poena praecipere, posse et subditum
tales leges violantem talem gravem poenam incurrere,
ubi observantia talium legum multùm conducit, aut neces-

saria est bono publico, et recta disciplinae ecclesiae V.g. ad scandala impedienda, ad abusus tollendos, ad pericula evitanda aut alia gravia incommoda avertenda. secus vero dicendum, ubi res praesenta omnibus pensatis levis manet, ut communiter, ut constat ex dictis in fundamento nostrae propositionis. Ex his jam patet ad 2dam confirmationem, posse scilicet legislatorem ecclesiae ferre excommunicationem ob transgressionem legis mandantis rem secundum se indifferentem, quando interveniunt tales circumstantiae, quae rem praeceptam reddant majorem, et bono publico multum conducentem; secus vero si tales non interveniunt circumstantiae: Atque sic partes sterae ferunt sententiae.

123 Ad 3tiam confirmationem dicendum et concedendum, quod lex sub gravi censura vetans furtum, aut quamvis rei alienae detentionem afficiat quidem eos, qui bona aliena magni momenti aestimaverint, aut detineant, item et eos qui bona aliena parvi momenti aut surripuerint, aut retinere perseverint concursu aliorum minutorum furtorum, quae simul conjuncta materiam gravem constituunt, sicuti contingere ubi plures communi consilio vineam ingrediuntur, eam devastarunt. negandum vero est, praedictam legem afficere illum, qui simpliciter quid modicum furatus est, aut quamvis rem levem alienam detinet, ac nullo modo fuit causa materialis furtorum ab aliis eidem domino factorum: quamquam aliter sentiant nonnulli pro casu, quo quis sciens gravem numerum jam ab aliis absque ulla sui conspiratione illatum adhuc velit furtulum illud patrare, quia nimirum censetur tunc etiam levem mat. furantem, aut detinentem graviter peccare. Quod admittendum non videtur, tum quia ipse tunc furtulo illo nonnisi leve damnum causat, tum quia quis diviti furando unum, vel alterum nummum semper graviter peccaret, uti regulariter supponi debet ut multi furtulis saltem levibus jam passo damnificatum et quidem graviter.

124 Quod vero spectat ad exemplum de eo qui ab ato sartori, in casu diligenter observandum est, an lex simpliciter loquatur, et comprehendat fures; an vero loquatur, et mentionem faciat de damnificatoribus proximi in fortune bonis. Si prim, dicendum est, censuram non contrahi. Sumus enim in odiosis, et proinde termini in toto rigore accipiendi sunt: nomine autem furis vere accenset venit is tantum, qui rem alienam apprehenderit, et auferet; non autem qui damnum quomodocumque alteri infert. res vero injuste ablata est eo casu, ergo peccatum in re est furti est leve, et proinde censura non contrahitur. Sin vero secundum contingat, dicendum est, tunc censuram contrahi, cum damnum illatum grave esse supponatur, et adeo actus talis in re sit graviter peccaminosa ubi scilicet tale grave damnum sub medium

Atque ex his ad rationem ultimo loco objectam dicas, additionem gravis censurae indicare quidem materiam praeceptam esse saltem ratione circumstantiarum, aut finis à legislatore intenti gravem, adeoq: legem sub gravi obligare, minimè verò per se id praestare. Hocque in sensu intelligenda sunt ea, quae in tractatu de Legibus loco citato diximus. Unde licet in dubio, an res praecepta sit, necne gravis, judicandum sit, censuram gravem latam in transgressores incurri, ac legem sub gravi obligare, utpote cum pro superiore sit standum, quousque contrarium constet; ubi tamen certò constaret, materiam praeceptam [redacted] tum ratione sui, tum circumstantiarum, et finis legislatoris esse levem, tunc negandum est et peccatum grave committi à transgressore legis, et censuram gravem incurri, ut supra probatum est. Haec pro primo dubio proposito. Nunc pro secundi solutione sit

Propositio. Ad hoc ut ecclesiastica censura incurratur, non sufficit, quod delictum commissum sit contra jus naturale, aut positivum divinum, sed debet esse contra legem aliquod, sive ecclesiasticum praeceptum. Estque communis inter Doctores sententia, quae primo ex scripturis sanctis probatur. Christus enim Math. 18 loquens de potestate Apostolis, eorumque successoribus tradita ad ligandum, et solvendum peccatores, ut notat ex verbis illis: Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo, veluti traderet modum, quo ipsi Apostoli, atque eorum successores exercere deberent potestatem sibi commissam, inquit: Si ecclesiam non audierit, (hoc est si ei obediens non fuerit) sit tibi sicut ethnicus, et publicanus (habeatur scilicet tanquam non sit intra gremium ecclesiae, sive in numero fratrum) inobedientia ergo ecclesiae requiritur ut quis ab ea puniatur. Quod et colligitur ex Capit. ex parte 2do de Verbor. Signif., in quo dicitur, quod causa, ob quam sententia excommunicationis aut interdicti in aliquem profertur, sit contumacia: item ex Capit. Cum, de sent. excom., et Capit. Romana eodem titulo in 6, ubi dicitur, quod ad sententiam excommunicationis ferendam monitio requiritur. quod et de suspensionis, et interdicti sententia in Capit. Statutum, de sent. excom. in 6. decernitur: Porrò contumacia in ecclesiam, et monitio à Praelato ecclesiastico faciendae ecclesiasticum praeceptum supponit, ex eo: Cujus et ratio est, quia ecclesia suis censuris multare non it nisi inobedientes, et contumaces in ejus authoritatem, ut ex censurae definitione constat. atqui nemo inobediens, et contumax in ecclesiae authoritatem dici fit, ubi aliquod illius praeceptum, et legem non violat. ergo &c.

Neque dicas: Ecclesia fit punire non tantum delicta contra suas leges commissa, sed etiam facta vel contra legem naturalem, vel positivam divinam tantum, siquidem videmus propter talia crimina nonnullos arceri à sacra Ecclesia, privari suis officiis, dignitatibus, beneficiis &c; ergo

et potuerit excommunicari: Quod et factum fuit ab Apostolo, qui, ut ait-tur 1 Corinth. 5, excommunicavit incestuosum; etsi ante eum non admonuisset, neque ullum ei praeceptum dedisset. Et sane Ecclesia est ita domina suorum suffragiorum, ut in ejus potestate sit, ea prout velit, dispensare habita justa causa; ergo et habita justa causa, qualis certe est peccatum contra legem naturalem, aut divinam positivam omnibus eisdem suffragiis privare poterit quos sciverit peccantes contra jus divinum, aut naturale, aut positivum. Ergo etc.

Non dicas, inquam, haec. Nam licet verum sit Ecclesiam posse coercere delicta etiam tantum contra jus naturale et positivum divinum patrata, utpote cui a Christo Jesu custodia tam legum ipsi fuerit commendata, id ea praestare possit poenis vindicativis, seu ad meram delicti punitionem ordinatis, ubi etiam nullum ejus praeceptum adhuc fuerit intimatum: id tamen praestare non sit poenis ordinatis ad contumaciam contra suam auctoritatem retundendam, ac medicinae naturam habentibus; cujusmodi sunt censurae, ut meditanti patet. Circa ad factum Apostoli 1 Corinth. 5, ut exponit Calmet, dicendum est, Apostolum eo in loco incestuoso illi comminatum fuisse excommunicationem, si impudicitiae persistisset; non autem tunc inflixisse. Et tamen, si quis velit, tunc Apostolum circa impudicum illum excommunicasse, dic, ante id temporis vel ab eodem Apostolo, vel ab alio nomine Apostoli aut Ecclesiae [redacted] monitum fuisse motum. Secus enim sibi contradixisset ad Titum 3, inquiens: Haereticum hominem, post unam, et secundam correptionem devita.

Ex quibus et constat peccatum contra legem naturalem, aut divinum positivum tantum commissum non esse justam causam privandi suffragiis Ecclesiae delinquentem. Peccatum ergo propter quod Ecclesiastica censura infertur, debet esse contra aliquam Ecclesiae legem, aut praeceptum. Verum an debeat esse externum, an sufficiat esse mere internum, modo restat examinandum.

Pro qua difficultate enodanda, hic re-
128. vocanda sunt, quae in Tractatu De Legibus, Cap. 4 A. 2 § a ijs quae Humanus Legislator praecipere potest, diximus: primo scilicet, ut ibidem [redacted] num. 255; et sequenti cum communi doctorum sententia observavimus, Ecclesiam nedum indirecte, sed etiam directe praecipere posse una cum actibus externis etiam actus internos per se connexos cum externis, aliisque necessarios ut sint actus humani, et morales, et quidem boni, et honesti in genere moris; at non consequens et prohibere posse illos actus internos, qui si ponantur, ita actum externum vitiant, ut secundum se, et substantiam non sit amplius bonus in genere moris. Unde cohaerenter huic principio, hic dicendum est, non ponentem talem actum internum cum externo, v.g. recitantem officium, aut audientem Missam praeceptam sub censura absque attentione necessario requisita ad attentam officii recitationem, et Missae auditionem, confessionem voluntarie nullam faciendo, aut sacrilege communicantem in Paschate contra praeceptum Eccle-

sig sub censura mandans sacramentaliter confiteri, et eucharistiam
sumere &c., in censuram ecclesiasticam incidere, ubi ea est latae
sententiae: quinimo et si ecclesiastico judici per accidens id inno-
tescere potuerit, et innotescat v.g. ex ipsius rei confessione, ipse
poterit procedere ad sententiam, etiamsi censura fuisset tantum
ferendae sententiae, cum in casu nihil obstet, quominus ecclesiasti-
cus modo procedere possit ad actum jurisdictionis contentiosae
exercendum. Haec doctrina etiam extendenda est, ut loco citato
cum satis probabili sententia diximus, ad actum internum per se
non connexum cum actu externo, neque necessarium, adhoc ut actus
externus sit humanus, et bonus, ac honestus in genere moris, sic
si ecclesia v.g. tempore belli contra infideles, christiani nominis hostes
suo poena excommunicationis praeciperet fieri orationem
publicam eo animo, et intentione, ut christiani nominis ho-
stes divinae potentiae dextera conterrerentur, si in orando
talem intentionem sibi non proponerent, excommunicati-
onem non evaderent. Secundo ponitur, cum, ut loco citato a
num. 260. probavi, ecclesia tam vi directiva, quam vi coactiva
coactione tantum interna, quae nempe simul ac culpam, et
poenam ipso facto incurrendam obligat ante omnem judicis
sententiam etiam declaratoriam criminis, praecipere aut pro-
hibere possit actus etiam pure internos; cum satis probabili sen-
tentia dicendum est etiam propter delictum mere internum
censuram contrahi posse, si illud sub censura ecclesiastica
ab ecclesia prohiberi forte contigerit. Quae ut recte percipias
relege dicta in Tractatu de legibus loco supra citato, ne ibi-
dem dicta repetamus. Quamvis interim fatendum sit, ecclesiam
suis censuris ferendae sententiae, et adeo vi coactivo coactio-
ne externa per se punire non posse delicta mere interna
cum ad hoc requiratur rei citatio, testes, probatio, processus,
uno verbo, ut juris ordo servetur: quod fieri per se non sit,
ubi delictum est mere internum. Unde merito dicitur in
Capit. Tua nos, de Simonia: Nobis datum est de manifestis tan-
tummodo judicare. et in Capit. Sicut tuis [illegible] Titulo: Eccle-
sia non judicat de occultis: et missis aliis in Capit. [illegible]
tionis, Dist. 1. de poenit.: Cogitationis poenam nemo patitur.
Quae etiam ostendunt ecclesiam saltem non solere delicta
mere interna censurare.

124. Atque hinc difficultas, quae hic ex-
pendenda restat, est, an ubi ecclesia aliquem actum ex-
ternum, v.g. Haeresim externam prohibeat, talis actus externus
debeat necessario esse conjunctus cum actu malo interno, v.g.
cum interno dissensu veritatibus a Deo revelatis, sicut et
an actus externus jam cum interno conjunctus, debeat esse ple-
ne significativus, seu manifestativus actus interni mali. [illegible]
cui difficultati communis Doctorum sententia respondet affirma-
tive quoad utrumque, scilicet et actum externum sub censura
vetitum debere esse conjunctum cum actu malo interno sibi

correspondente, et proportionato; sicuti et actum externum cum interno conjunctum habere ad plenam significativum, seu manifestativum actus interni mali; ac proinde dicendum est, censuram latam contra hæreticos non incurrere, qui retento in animo assensu firmo veritatis à Deo revelatis metu mortis, aut alia de causa motus exterius fidem negaret, aut hæreticam profferret propositionem; vel qui animo, et mente, et corde dissentiens veritatis à Deo revelatis adesset signo externo cum indifferentia, talia nempe, ut ab adstantibus percipi, et cognosci non posset internus dissensus veritatis revelatis, ut si interius quis crederet, ac judicaret comestionem carnis tempore quadragesimali esse licitam, ejusque abstinentiam ab Ecclesia prohiberi non posse, aut in animo suo existimaret simplicem fornicationem esse licitam &c, atque hoc dictante conscientia carnes simpliciter in quadragesima comederet, fornicaretur &c nullo alio signo mentem suam manifestando. Et ratio per se est manifesta. Nam ubi actus internus cum externo sub prohibitionem cadente conjunctus non est, vel externus actus est indifferens tum ad actum internum malum, tum actum illum significandum, tunc in rigore non ponitur actus sub censura vetitus: quando autem non ponitur actus sub censura vetitus, censura non incurritur; ergo &c.

130. Quintum dicendum est, quod licet actus externus ex se esset significativus actus interni mali, si tamen non-actu propter illum non incurreretur censura gravis lata contra exercentes talem actum externum. Unde si aliquis actu, et animo occidendi sagittam jacularetur in inimicum, eumque solum leviter vulneraret, excommunicationem non incurreret, ubi nempe ea lata esset in graviter vulnerantes, et occidentes hominem, etiamsi mors eliminando sequeretur. In casu siquidem re ipsa posita non est causa, seu actio, propter quam censura inflicta est: atqui quando non ponitur id, propter quod censura fertur, ea non incurritur; ergo &c. Atque de his.

131. Ad quartum dubium, an videlicet pro peccato tantum proposito ac nullo modo perficiente in futurum censura ferri possit. Pro cujus intelligentia advertendum venit hic in disputationem non vocari, an pro peccato tantum physice proposito, non autem moraliter, ecclesiastica censura promulgari possit. Ubi enim absolutum habet physicum propositum adhuc moraliter perdit in futurum, vel quatenus peccator in illo animo permanet, nec vult renunciare, vel etiamsi à superiore suo ecclesiastico [illegible] debitam [illegible] propter [illegible] [illegible] certum est, ecclesiasticam censuram imponi posse, [illegible] [illegible] propria et [illegible] [illegible] auctoritatem, ac [illegible] [illegible] peccato et [illegible] moraliter proposito, aut etiam puro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] persistit, et hunc etiam [illegible]

factionem exhibere paratus est. Atque ex hoc quaeritur, an propter illud censura infligi possit. Unde sit

132\. *Propositio.* Pro peccato et physice, et moraliter praeterito, aut tantum praesenti, nulloque modo in futurum perseverante ecclesiastica censura proprie talis infligi non potest. Unde v. g. qui in Pascha non communicavit, in Quadragesima non jejunavit, et si sincere poenituit, neque resipiscentia innotuit, ecclesiasticus superior eum excommunicare nequit propter tale delictum. Estque communis sententia contra paucos. Et suadetur ex juris textibus supra relatis num. 126, in quibus decernitur, quod ecclesiastica censura sit medicinalis poena, et propter contumaciam infligenda; atqui ubi delictum est et physice, et moraliter praeteritum, aut tantum praesens, nulloque modo in futurum perseverans, reus amplius medicina non indiget, neque contumax est; ergo censurari non potest. Quod clare expressum est in Capit. ex parte 23. de verb. significat., ubi Summus Pontifex enumerans casus, ob quos censura ferri potest, et debeat, inquit: Quia reus citatus stare noluit juri, vel etiam quia jussus noluit maleficium (id est peccatum, aut peccati effectum) emendare. Unde in Capit. Quae fronte, de appellat. decernitur, posse absolvi, qui excommunicatus, si districte offert satisfactionem pro delicto, etiamsi post [illegible] interposuerit appellationem ad superiorem, nimirum ad [illegible], recurrebat, scilicet a proprio episcopo, a quo fuit excommunicatus: imo in Capit. ex Litteris, de Sponsal. mandat Summus Pontifex admitti ad communionem, qui propter contumaciam communione privatus fuit, cum congruam satisfactionem exhibuerit; a fortiori ergo censurari nequit, qui jam a delicto resipuit, et congruam praestitit satisfactionem.

133\. Dices 1° contra. Ipso in jure leguntur censurae latae ob delicta mere praeterita: sic, ut habetur in Capit. Duo sunt. Dist. 96, Innocentius Papa excommunicavit Arcadium imperatorem, eo quod consenserat, ut S. Joannes Chrysostomus a sua sede expelleretur, et S. Ambrosius excommunicavit Theodosium imperatorem ob innocentium occisionem in Thessalonica perpetratam: item, ut habetur in Capit. Inter querelas caus. 23. q. 4, tanquam invalida non reputatur excommunicatio ab episcopo Januario lata in [illegible] quemdam virum clarissimum, eo quod illum injuriaverat, licet non constaret, quod illi non [illegible], ergo propter delicta mere praeterita ecclesiastica censura infligi potest, sicuti ex facto juxta [illegible] receptam sententiam excommunicatio, aut irregularitas ab eo contrahitur, qui posuit actionem malam, ex qua effectus sub censura prohibitus secutus est, etiamsi eum sincere poenituerit antequam effectus sequatur. Quod vel confirmatur considerando [illegible] nostrae sententiae. Nam eo maxime ecclesiastica censura ferri non potest ob delictum mere praeteritum, quia in illa infligenda requiritur contumacia in ecclesiastici superioris mandatum, haec autem [illegible] est, nam [illegible] censuris

suis meruerit, qui nullo modo in suos leges peccaverant dici contra
eos: sic primò, ut legitur in Capit. Quidam, cā 5. q. 1. Gregorius
Papa excommunicationem inflixit in libelli cujusdam auc-
torem, nisi eum proderet, et malitiam fateretur, aut libellum
totum probaret, ad quod nulla ratione obligatus videri poterat,
utpote cum id sine vitae suae periculo praestare non poterat;
2dò, ut videre est in Capit. Scelus, cā 2. q. 1. Nicolaus Papa
sine ulla praecedente monitione duos Episcopos excommu-
nicavit, eo quod Lothario in suis sceleribus faverant; quod i-
dem factum fuit à Gregorio Papa in Capit. Porro, dist. 86, absque ul-
la nempe monitione praemissa excommunicante quosdam
qui Episcopo malum consilium dederant: 3tiò in Capit. Cum
dilectis, de testib., et Attestat. Archipresbiter, et sacrista nulla
facta de suo delicto reprehensione, et monitione ab Officio
et beneficio suspenduntur. ergo &c. Quod vel ostenditur ex
eo, quod contrariò contigit, ut quidam libri cum suis aucto-
ribus, nedum vivis, et fortè etiam poenitentibus, sed etiam mor-
tuis ecclesiasticae censurae fuerint subjecti.
134 Respondeo negando assumptum, quoad ex-
textibus relatis, aut similibus eruitur non probatur. Nam in primo
ignorantes Papa excommunicavit Arcadium propter delictum
[illegible] in futurum, eo quia nempe etiam monitus non erat, sed
[illegible] injustè à sua sede ejectum ab exilio revocare, et
debitam praestare satisfactionem: quod et fecit S. Ambrosius cum
Theodosio, cum scilicet anathemati subjecit, eo quia neque
excommunicationis [illegible] ei intimatae à Thessalonica cæde
voluit desistere, aut publicam poenitentiam tali delicto de-
bitam agere. Ex quo et patet ad Capit. Inter querelas enim
ibi [illegible] licet praeter juris ordinem non tam propter
injuriam sibi illatam, quam ut contumacem, et debitae satisfa-
ctio sibi [illegible] in [illegible] excommunicationis sententiam
dixit. Et proinde ex dictis Capitulis nihil concludi potest.
Sicut itaque ex Capit. Quilibet ... , cā 23. q. 4., in quo Sylverius
Summus Pontifex anathematizavit eos, qui eum comprehenderant,
et in exilium miserunt. Nam praefatus Pontifex vel tantum
in praedicto canone declaravit eum comprehendentes, et in
exilium mittentes ex tunc in excommunicatione incidisse,
vel si ipsos excommunicavit, id fecit, quia eum in exilium
detinebant. . . . Atque ex his ad id, quod additur, dices,
135 tam etiam veritate sententiae asserentis, censuram ecclesiasticam in-
curri cum contingit effectus, etiamsi ex tunc delinquentem poe-
nituerit delicti commissi, dices, ingenuum id ad rem praesentem
non pertinere, cum hic de censura per judicis sententiam in-
fligenda disputemus, et non de censura ipso facto incurrenda
[illegible] sermo sit de irregularitate, totum non habe-
[illegible] irregularitas necessariò poena non sit, sed communi [illegible]
[illegible] ordines suscipiendos, [illegible]
exercenda. Ceterum in omnibus [illegible] debet,
[illegible] censuram pro delicto commisso meritam, poe-
nitentia debet [illegible] ecclesia, et debet [illegible]
[illegible] satisfactio: quod non semper contingit, ubi [illegible]
[illegible] peccato [illegible].

136 Ad confirmationem omissa majori, nego min.
Atque hinc ad singula objecta Capitula. Et primo Gregorius Papa in
Capit. Quidam ex hoc non excommunicavit dicti libelli auctorem
sed solum eidem interdicit usum SS. Eucharistiæ sub excommuni-
cationis pœna, nisi præstaret id, ad quod utrumque obligatus erat cum ei
non immineret vitæ periculum, atq; gravissima infamia irrogata ali-
ter deleri non possit, eamque tolli bono publico necessarium hinc
est proinde excommunicatio ibi fulminata est pro delicto jam futu-
ro pendente. Nicolaus autem Papa in Capit. Scelus duos illos epis-
copos non excommunicavit, sed a sacerdotali officio deposuit,
quod propter delictum etiam mere præteritum fieri posse commu-
niter tenentur Doctores. Verum depositio in rigore censura non
est; et ergo Capit. illud ad rem non est. Quod et dici debet ad
Capit. Tanta. Ibi enim summus Pontifex non dixit sententiam
excommunicationis in Consiliarios, sed spatio duorum mensium
eos privavit communione corporis, et sanguinis Xti.
137 Ad Capit. Tam literis, aut hujusmodi alia
advertendum est, et notandum cum Salmanticensibus, Layman,
Bonacina, et aliis, quod licet excommunicatio utpote hominem
privans pluribus spiritualibus bonis, et quidem maximi mo-
menti a superiore ecclesiastico ferri non possit, nisi per
modum pœnæ medicinalis, et adeo propter delinquentis con-
tumaciam; suspensio tamen, et interdictum personale, saltem ad
aliquod præfinitum, et non nimis longum tempus, utpote non
nimium gravis pœna, infligi etiam possit per modum pœnæ
puræ talis; et adeo in vindictam tantum delicti, ac proinde
ubi etiam contumacia non habetur. Atque hoc in sensu la-
ta fuit suspensio ab officio, et beneficio in Archypresbiterum,
et sacristam, de quibus sermo habetur in relato Capit. Tam
literis de quo suspensionis genere nunc nos non disputamus.
138 Tandem neque ex ultima objectione
quidquam efficaciter probatur, tum quia ubi liber aliquis censuratur,
tunc condemnatio immediate non cadit super personam, sed su-
per scripta, et nonnisi his mediantibus in Auctorem. De quo cen-
surarum genere hic non disputamus: tum quia etsi immedia-
te censuraretur etiam Auctor, si is jam vivus est, tunc ipsa cen-
suratur, eo quia supponitur contumax, et nolle suam falsam
et erroneam doctrinam retractare, et sic suo debito, atq; obli-
gationi non velle satisfacere, si vero talis Auctor mortuus
est, tunc censura non est veri nominis, et summa improprie
48. probatum est
139 Ad quintum dubium, an videlicet crimen
tum, per quod censura ecclesiastica infligitur, debeat esse in
suo genere completum, et consummatum: respondeo, et dico
debitum, ob quod censura fertur, debere esse ex genere
suo completum, et consummatum secundum magis istatam
et rigorem rationem quibus constat ipsa lex seu praecepti
censuram infligens. Est communis sententia, quæ, vero
eo constat, quod leges censuram utpote pœnales stricte

et adeo secundum totum rigorem sunt interpretandae, juxta primam juris, nempe regulam 15. juris in 6. *Odia restringi, et favores convenit ampliari*. et regulam 49. pariter juris in 6. *In poenis benignior est interpretatio facienda*: et legem 42. ff. de poenis. *In interpretatione legum poenae molliendae sunt potius, quam exasperandae*. Unde Gregorius X. in Concilio Generali Lugdunensi merito decrevit, quod propter suffragium in scrutinio datum electione indigni jus eligendi habentes tali jure non privantur, nisi adeo in eo perstiterint ut ex eorum votis communis electio subsequatur. Atque hinc dicendum est, quod qui attentarat graviter vulnerare clericum, et eo propter inde sectam secuta fuerit, non incurrerat in excommunicationem latam in percussores clericorum, nisi revipsa vulneravit; sicuti non incurrerat excommunicationem latam in homicidas, qui vulnere non lethali inimicum suum vulneravit, etsi inde contingeret ut alia de causa ipse moreretur. Quod et dicendum est pro casu, quo censura v. g. excommunicationis lata esset non in quomodocumque facientes aliquod delictum, sed in tamen aut scienter, aut ex contemptu, aut temerarie atque illud patrantes, ut si dicatur: *Qui temere hoc fecerit, qui hoc ausus fuerit, qui scienter, vel ex contemptu hoc egerit, anathematis vinculo sit astrictus*, tunc scilicet censura non contrahetur 142
qui quomodocumque reus erit criminis sub censura illa vetiti; sed delictum debebit esse et perfectum, et directum seu intentum scilicet ex certa scientia et ex industria, et censuris comittentes ut proinde qui ex quadam negligentia, aut inadvertentia vel etiam ignorantia vincibili et culpabili praeceptum transgrediatur, censuram non incurrat. Delictum enim ita necessario non est illud, quod per dictam legem sub censura prohibetur.

40. Neque dicas. Verum ob delicta consummata, sed etiam incompleta, et imperfecta incurruntur ecclesiasticae censurae, ut videre est in pluribus juris textibus, et praesertim in Clem. Si quis humanum, de Homicidio in 6, ubi ipso facto excommunicantur mandantes occidere per assassinos etiamsi mors non fuerit secuta: et in Clement. Cupientes de poenis, ipso facto excommunicantur Religiosi Mendicantes qui in concionibus retrahere conantur auditores Populos a solutione decimarum, quam incurrunt, tametsi effectus non sequatur. Non dicas hoc, inquam, aut similia.

Si enim lex sub censura vetet nedum actionem, et effectum simul, sed etiam affectum, et conatum tantum, tunc et ob solum attentatum, affectum, et conatum censura incurretur; quia delictum sub censura vetitum, prout a censurante lege prohibitum est, completum, et consummatum est. Atque ea de causa in responsione dixi: *Delictum*, ob quod censura fertur, debere esse ex *genere suo completum*, et consummatum secundum proprietatem, et rigorem verborum, quibus constat ipsa lex seu praecipiens interpres censuram. Itaque pro quinti dubii solutione firmo sexto

Probatur. Nulla censura personalis sive ex-
communicationis, sive suspensionis, sive interdicti in inno-
centes ferri potest; et adeo peccatum propter quod ea infer-
tur, debet esse personale, et non sufficit alienum. Ita cum com-
muni sententia. Prob. autem ex ipso jure. Nam ex Capit. Cogno-
scentes, de constitutionib. res, quae culpa caret, in damnum
vocari non convenit: seu, ut ibidem explicat Glossa: nullus
absque culpa puniri debet: ergo qui innocens est, non debet ob
alterius delictum tantum malum, et poenam, qualis est censura
personalis, subire. Quod vel etiam constat ex ipsa ratione censurae;
censura siquidem, praesertim personalis, non est quomodocumq.
poena, sed est poena medicinalis: hujusmodi autem poena non
valentib., et sanis, seu innocentib., sed aegrotis, et male se ha-
bentib., scilicet delinquentib. applicari tantum debet, ut vel ipsa
naturalis ratio probat, et ostendit illud Xti Matth. 9. Non est
opus valentib. medicus, sed male habentib., ergo &c. 2do
Specialiter loquendo de excommunicatione patet ex dictis
à num. 62, ubi ex ipso jure ostendimus, ferri non posse in
Communitatem, et Collegium, aut Universitatem ex ea prae-
cipue ratione, quod alias poena gravissima innocentes pu-
nirentur, ergo &c. Dices 1o contra. Universitas, Collegium
442. Civitas, et integra Communitas interdici, et suspendi pt., ut
habetur in Capit. Si sententia, de Sent. excom. in 6: atqui in
integra Universitate, Collegio &c. moraliter impossibile est,
quod non inveniantur innocentes; ergo &c.... Confirmatur.
Innocentes propter aliorum peccata non raro puniti fuerunt;
nam ut in Scripturis ipsis legitur, Deus multoties punivit fi-
lios propter peccata parentum, et, ut docet S. Thomas 2.2. q. 108.
a. 4 ad 2, punivit subditos propter suorum Principum delicta,
et innocentes pro Populi nequitia, ut accidit in Diluvio, et in
Sodomitis, ut ergo Ecclesia suis censuris punire non pote-
rit etiam subditos innocentes, propter aliorum scelera; ergo
&c.... Confirmatur 2do. In ipso jure, praesertim in Capit. Judicet
Deus, caus. 3. q. 7. judici ecclesiastico mandatur, ut in censuris
ferendis juxta allegata, et probata procedat: contingit au-
tem aliquando, ut innocens probetur nocens; ergo &c.; quod
omnino consonat Capit. Episcopi in sacerdotali; caus. 11. q. 3.
ubi decernitur, innocendum quidem esse Episcopum, qui in-
nocentes excommunicaverit, ne verbo quidem facto de ex-
communicationis nullitate; adeoq: validam fuisse, sup-
ponebatur. quinimo excommunicationem latam in inno-
centes validam esse ex professo dicitur in Capit. Odoardus,
de Solutionib., in quo summus Pontifex mandat, h: eum
excommunicatum absolvi, etsi talis excommunicatio lata
fuisset in illum ob debitum, quod solvere non vale-
bat; et adeo etiamsi in culpa non fuisset, sed innocens
esset: Unde dicendum est, quod sicut temporalis poena

subeunda est à subdito etiam pro casu, quo lex civilis obligantis talem pœnā obligat; quinimò et spiritualis pœna subeunda est à Religioso, licèt regulas, quam servat, sub theologica culpa non obliget; ita et dicendum est de ecclesiastica censura &c.

143 Respondeo, et dico, argumentum desumptum ab interdicto, et suspensione generali extra controversiam di-gam, cum in præsenti unicè de personali censura disseramus. Quando enim tota Civitas, Communitas, Universitas &c. propter Principis v.g., Rectoris, aut Principalium Capitis delicto generali interdicto supponitur, tunc interdictum, aut suspensio in innocentes non infligitur tanquam illorum pœna; sed tanquam acerbior vindicta delinquentium, ut nempe ipsi videntes, etiam innocentes propter illorum culpam puniri, citius resipiscant, item et infligitur ut necessaria defensio ecclesiasticæ jurisdictionis, et adeò infligitur ea ratione, qua in bello justo etiam innocentes occiduntur: et proinde tale interdictum, et suspensio non tangit innocentes, nisi in quantum sunt aliquid pertinens ad delinquentes et cum illis connexionem habent. Quod vel patet ex eo, quod ut habetur in cit. Capit. Si sententia, de Sent. excom., si innocentes mutent domicilium, ita ut desinant esse de illa Civitate, Universitate &c., non sunt amplius interdicti, et suspensi, neq; absolutione indigent, qua tamen indigent personaliter suspensi, et interdicti. Atque hinc

144 Ad confirmationem concesso antecedenti consequens de personali censura intellectum. Pœna siquidem qua filii non imitantes iniquitatem Patris, subditi non participantes in delictis suorum Principum, aut aliorum puniuntur, non est pœna propriè talis, licèt aliquid pœnalitatis habeat. Puniuntur siquidem non quatenus Rei, et delinquentes, sed quatenus sunt aliquid Patris, aut Principum delinquentium; et adeò pœna consistit in mera alicujus boni privatione, quatenus ad majus bonum conducente: et proinde filii innocentes et subditi ab omni culpa immunes tunc non alia ratione privantur aliquibus bonis, qua interdum privatur membro, quod ad bonum totius convenit; vel quis privatur divitiis, quando id ad tuendam famam, aut salutem est necessarium; vel innocens in bello justo occiditur, in quantum est ad publicam pacem, et tranquillitatem necessarium. Unde sicuti his in casibus privatio membri, divitiarum, et vitæ, non est propriè pœna, ita neq; in casibus objectis.

145 Ad 2dam confirmationem dico-tat, non urget, quod ex Capit. judicat ille dicitur de unica procedit, quod judex secundum allegata et probata procedens ex parte sua justè procedat, et adeò ejus censura in foro externo sit justa; non autem probat in foro interno, seu conscientia, innocens eâ maneat ligatus, quamvis in foro externo propter vitandum scandalum tanquam excommunicatum se gerere debeat, ut infra dicemus. Item non urget, quod dicitur ex Capit. Acris cor. sacerdotali. Nam innocentes illi fuerunt quidem tali tenore autem justè, et validè excommunicati: quod vel constat ex eo, quod ibi non præcipiatur absolutio danda, consummo

ram coronam, in quibus sermo habetur de censura valida, et habetur causa, cur illa innodatus absolvi debeat. Quod et in Glossa dicti Dubii ad Capit. Odoardus, nisi forte dicere velis, recipi absolutionem, quia forte dubitabatur, an revera reatibus fuisset impositus solvendo; et ideo ad cautionem recipitur absolutio, si ea fuit vera, et propria talis absolutio; quod communiter negatur. cum velint Doctores, talem absolutionem fuisse nudam declarationem, quo foro scilicet externo nullam fuisse talem censuram.

146 Atque ex his ad adductam novitatem de lege civili, ac Regularium statutis, ex quibus tantum abest, quod nostra intimetur sententia, quod quinimo roboratur. Nam neque illae non sunt neque proprie tales; sed quae in civilibus legibus continentur, sunt quasi conventiones, vel tributa imposita ad majorem legum observantiam; illae vero, quae in Regularium statutis praecontinentur, sunt, ut docet S. Thomas 2.2. q. 189. a. 9. velut tot conditiones, sub quibus religionis status acceptatur. Sed sed

147 Ad ultimum dubium, an videlicet censura lata ob delictum juridice probatum, revera tamen, et coram Deo nullum teneat? Pro cujus solutione adnotandum est, censuram triplici praesertim modo posse dici injustam, et primo extrinsece tantum: quod contingit, ubi delictum vere est patratum, ac legitime in judicio probatum, et substantiali juris ordine servato sententia lata est; aliunde vero accidentalis juris ordo neglectus est, vel judex non ex amore justitiae et zelo correctionis delinquentis, sed ex odio, et livore, aut invidia, aut alio pravo fine processit. Atque censura haec licet injusta, valida est, et adeo servanda, ut communissime tenet sententia. Nunc siquidem nihil detrahit tali obesse sententiae, et praeparare pravus animus, et affectus judicis in censura per se non nocet delinquenti.

148 Secundo modo censura dicitur injusta intrinsece, et fortiter, cum delictum nempe ob quod fertur, revera commissum non fuit, neque juridice, ac legitime in judicio probatum, vel si coram Deo delictum patratum fuit, aliunde legitime in judicio non fuit cognitum, et probatum et tunc nedum in primo casu invalida, et nulla erit censura, ut in pluribus juris textibus habetur, et praesertim in Capit. Sacro, et in Capit. Venerabilibus, De sent. excom. in 6, ubi tanquam nulla decernitur excommunicatio taliter lata; verum et in secundo relato casu non tenebit, et obligabit censura, atque privatim judici tale innotuerit delictum. Nam censura, ut alibi est actus publicus, et forensis judicis, qui non ex privata, sed publica, seu juridica scientia procedere debet, ut optime notat Navarrus in Capit. Cum contingat, De Foro competenti.

149 Tertio vero modo censura dicitur intrinsece, seu tantum materialiter injusta cum nempe delictum, ob quod censura fertur, revera tamen non fuit, aliunde in judicio juris ordine servato legitime probatum est:

atque de hoc censurarum genere lis est apud Doctores, an reipsa sint validae et in foro conscientiae obligantes? Quo in dissidio licite conveniunt, immo, teste Salas hic Tract. 29. Disp. 1. Sect. 8 num. 15; omnes conveniunt, quod si res, quae sub censurae commi-natione praecipitur, sit iniqua, ut V.G. si ecclesiasticus judex sciens, ac innotanti probare impedimentum dirimens matrimonium, quod ipse in facie ecclesiae contractum praescripserat, debitum comparenti juridice probanti valorem sui matrimonii idque sub excommunicationis poena ipso facto incurrendae, tunc et sententia sit nulla coram Deo, et censura illi annexa non incurritur. Quod vel patet ex eo, quod censura atque contumacia, et inobedientia ecclesiae, ejusque legibus, ac praeceptis nunquam incurratur, ut supra probatum est. atqui nolens praestare rem ex natura sua malam, et peccaminosam non potest dici contumax, et inobediens ecclesiae, ejusque legibus, ac praeceptis: siquidem nunquam habet vim ecclesia res hujusmodi praecipere; quinimo neque potest, ut dictum est in Tract. de Legibus, ubi diximus de iis, quae hujus legis lator praecipere potest à num. 295; ergo etc. De proinde controversia est pro casu solum, quo ecclesia sub censura praecipit vel rem bonam, vel saltem se indifferentem, quae scilicet absque ullo peccato praestari potest.

150. Atque in hoc casu, et saltem si juste instituatur, pariter facile conveniunt Doctores, taliter censuratum in foro exteriori, et coram iis, quibus ejus innocentia est incognita, se tanquam censuratum gerere debere; et adeo teneri obedire ecclesiae, atque abstinere ab exercitio illorum actuum, qui per censuram illam interdicuntur censurato: Quidquid dicendum sit, an talis obligatio proveniat ex vi praedictae legis, seu mandati ab ecclesiastico Praelato intimati, et ex vi ipsius censurae, an tantum ex vi juris naturalis exigentis, ut praecepto a Superiore juridice lato obedientia praestetur, ut ut legislativa potestas non contemnatur, atque etiam scandalum evitetur etiam cum gravi suo privato incommodo. De quo modo est dicendum. sit.

Propositio. Censura etiam contra no-

151 toriè injusta per se, et ex natura sua non ligat in foro conscientiae: Unde tali innodatus censura, seclusis scandalo, contemptu legislativae potestatis, aut alia speciali ratione non tenetur abstinere ab exercitio actuum, quos censura valida habet privare eum innodatum. Ita mihi probabilior sententia cum Salmanticensibus, Bonacina, Salas, Sinibaldo aliisque quamplurimis Doctoribus, inter quos Honoratus Tournely, seu ejus continuator eam veriorem, probabiliorem, et communiorem, tenet. Prob. autem hoc posito. Ecclesia nequit suis censuris non potest obligare in conscientia suos subditos, nisi in iis casibus, pro quibus a Christo Domino potestatem tali modo obligandi accepit: patet haec propositio: atqui ecclesia a Christo Domino nequaquam pro nullo eo accepit potestatem obligandi in conscientia suos subditos reipsa innocentes, seu immunes omnino a delicto, ergo

ferentur, ergo cum Prob. mr. Ecclesia non aliam potestatem obligandi in conscientia suos filios innocentes accepit à Xto Dño, quàm eam, quæ conducit et necessaria est vel ad bonum ipsorum innocentium, vel ad tuendam publicam disciplinam, et suam publicam, et judiciariam Auctoritatem patet et hæc propositio vel ex eo, quod praescriniendi [illegible] necessariò respicit bonum publicum, et subditorum: Atqui potestas obligandi in conscientia per censuras filios coram Deo innocentes, seu immunes à delicto, ob quod feruntur non conducit, neque est necessaria vel ad bonum ipsorum innocentium, vel ad tuendam publicam disciplinam, et publicam, et judiciariam auctoritatem ecclesiæ. Nam in primis innocens non indiget medicina, quam per censuram intendit filijs dare ecclesia, ut nempe à contumacia resipiscant: ~~praeterea~~ publicæ, et judiciariæ auctoritati ecclesiæ, et publicæ disciplinæ tuendæ, satis est, ut ille, in quem sententia censuræ lata est, in facie ecclesiæ, et coram scientibus censuram, et innocentiam ignorantibus ità se gerat, ac si verè censura ligatus esset, ex quocumque tandem fonte deinde proveniat talis obligatio, ergo &c.

452 Confirmatur sententia censuræ lata in innocentem legitimè, et juridicè probatum reum est fundata in præsumptione delicti, et contumaciæ: Alienum quippe est à corde matris amantissimæ, qualis est ecclesia, pænâ propriè, et rigorosâ tali, qualis est censura, punire filios suos innocentes, eos bonis spiritualibus maximi momenti privando, ergo cessante, seu non existente delicto, ac contumacia cessat et ipsa sententia censuræ, seu amplius non obligat in conscientia. Nam, ut ostendi in Tract. de Legibus à num. 523, leges hæc fundatæ in præsumptione facti, cessante facto, non obligant in conscientia; ergo sicuti leges fundatæ in præsumptione facti, eo non existente tamen per accidens servandæ sunt, ubi V. G. ratio scandali, aut alia ex triplici speciali ratio adesset; ità in casu nostro dicendum est. Et sanè sententia judicis fori, in tantum est vera, valida, et obligatoria in conscientia, in quantum est æqua, et justa, seu revera existit causa, ob quam fertur, est enim actus justitiæ, cujus est suum cuique tribuere ad æqualitatem; ac proinde sicuti Petrus V. G. innocens, seu reipsa non debitor Paulo ab eo centum petente fit ea tenetur in conscientia, etsi eo centum non reddat, ubi nullum ob ex [illegible] per accidens incommodum esset secuturum, etsi juridicè damnatus fuisset; ità et de censura in [illegible] injusta dicendum est, cum non longè diversa sit potestas judicis ecclesiastici in spiritualibus, ac potestas judicis sæcularis in temporalibus.

453 Atque ex his notes, innocentem juxta allegata, et probata legitimè censuratum, non tamen non privari communionibus ecclesiæ suffragijs, neque etiam spirituali jurisdictione, neque reddi irregularem, seu incapacem

ad retinenda beneficia ecclesiastica: item licite posse in occulto communicare tam in spiritualibus, quam in civilibus cum ignorantibus talem censuram, aut certo ejus innocentiam sci-entibus; quinimo et in occulto coram praedictis personis sacra-menta recipere, aut administrare, sacrificium offerre &c. et ita quidem ut neque contrahat irregularitatem latam contra censuratos audentes missam celebrare, officia sui ordinis exercere &c. Quamvis interim publice, et coram scientibus censuram, et innocentiam ignorantibus id facere ne-queat; et adeo tanquam reipsa censuratum se gerere de-bet, ita tamen, ut si tunc etiam celebraret V.E., aut actum sui or-dinis exerceret, nempe publice, non incurreret irregula-ritatem in foro conscientiae, nec pro foro conscientiae abso-lutione et dispensatione indigeret, cum tunc reipsa censu-ra sit nulla; et proinde de se nullam secum afferat obligatio-nem; licet interim pro foro externo ad vitandum scandalum et ecclesiasticae potestatis contemptum debeat absolutionem et dispensationem petere, item et obtentum beneficium dimittere.

Opponunt tamen cum Patronis oppositae doctrinae

152\. Quamvis innocens servato juris ordine censuratus, V.E. excom-municatus excommunicatione majori non privatur parti-cipatione communium suffragiorum, ac precum ecclesiae; in conscientia tamen non solum publice, sed etiam privatim, ac in occulto tenetur abstinere ab administratione, et suscepti-one sacramentorum, executione sui Ordinis, ab auditione missae, ac divinorum officiorum, atque etiam a communione tam cum ignorantibus, quam cum scientibus ejus innocentiam ergo talis censura de se, et ex se tenet in foro conscientiae, et valida est; et adeo si in casu administraret officia sui ordinis nisi non obtenta absolutione, irregularis fieret. Pro quo ajunt primo auctoritate S. Gregorii relati Can. 1. cau. 11. q. 3. ubi docemur quod sententia Pastoris sive justa, sive injusta fuerit timenda est. Quod idem expressius dicitur in Canon. Nemo cui citata causa, et quaestione ex eodem S. Doctore dicente: Is autem qui sub manu Pastoris est, ligari timeat vel injuste: nec Pastoris sui judicium temere reprehendat: ne et si injuste ligatus est ex ipsa [illegible] reprehensionis superbia culpa, quae non erat [illegible] fiat. Unde Glossa in Capit. Cum medicinalis, de Sent. excom. in [illegible] [illegible] quod ait licet falsa sit causa [illegible] excom-municatio. Quod ipsum et clare docet S. Thomas in Supplemento q. 21. a. 4. ostendens excommunicatum pro falso crimine [illegible] [illegible] debere humiliter obedire, vel absolutionem [illegible] ab excommunicante vel a superiorem judicem recurrere: Quae omnia certo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contra injuste censuratum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] etiam privatim, et in occulto abstinere ab adminis-tratione &c.; ergo &c. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ni propositionis 91. a Clemente XI. die 8. septembris 1713 [illegible] [illegible] in Quesnello his terminis expressae [illegible] excommunicatio-nis injustae metus nunquam debet nos [illegible] ab impletione [illegible] [illegible] nostro nunquam [illegible] ab ecclesia, etiam q[uando]

hominum nequitia videmur ab ea expulsi, quando Deo, Jesu Xto, atque ipsi ecclesiae per charitatem affixi sumus: ergo &c.

255 Confirmatur: judicis legitimi sententia data secundum rigorem juris rationabilis, justa, ac bonum publicum respiciens per se obligat in conscientia ad ejus executionem; atqui sententia prolata juxta allegata, et probata a legitimo judice est sententia legitimi judicis, rationabilis, justa, ac bonum publicum respiciens, ut patet ex sine condito crimine, ac tranquillitatem, et pacem publicam promovendam; ergo &c.... Confirmatur 2do. Legitimus superior potest in conscientia obligare suum subditum ad subeundum etiam aliquod grave incommodum, quando id bono publico est expediens, aut necessarium; sed bono publico, ne videlicet auctoritas ecclesiae contemnatur, ac publica corruat disciplina, necessarium est, subire, juxta allegata, et probata censuram, prolatam sententiam contra eum latam, ut patet, ergo &c..... Confirmatur 3tio. Bona spiritualia ecclesiae, per quas censuras privat, ejus dispensationi sunt ita commendata a Xto Dno, ut justa interveniente causa ea possit concedere, vel denegare suis fidelibus; atqui in casu nostro justa causa privandi intervenit; ergo &c...... Confirmatur ultimo. Qui per juridicam, et justam sententiam V. G. est excommunicatus, si audeat publice divinis interesse officijs, peccat, et quidem graviter; ergo ab ecclesia punitur fit; sicuti a saeculari judice juste punitur, qui sententiam juridice latam, atque inculpabiliter injustam violat; ergo censurari fit; ergo &c.

256 Respondeo negando antecedens, ad cujus probationem quoad attinet ad auctoritatem S. Gregorij in citatis capitulis relatam, dicendum est, S. Gregorium ibi loqui non de quacunque sententia injusta; sed de sententia injusta, quae ita sit valida, qualis est, quae fertur vel ex odio, livore, invidia, aliove pravo fine, vel non servato accidentali juris ordine: secus vero de sententia et injusta, et invalida, qualis secus foret sententia quae praeciperet etiam actum intrinsece malum, quae tota a conspirato cognitum, vel etiam, quae lata esset non servato substantiali juris ordine, aut notorie injusta esset. Caeterum S. Gregorius non dicit, sententiam sive justam, sive injustam absolute servandam esse, sed tantum dicit esse timendam, et servandam, ubi inde contingeret publicae potestatis contemptus, vel aliquod scandalum: quod nos utique, ut patet ex supradictis, concedimus; sed nobis non contrariatur, cum talis obligatio tunc non sit ab ipsa sententia, sed a jure naturali vetita legitimae potestatis contemptio, neque alijs viris spiritualis causam praebere. Atque in hoc sensu exponenda est Glossa, et S. Thomas, atque propositio in Quesnello a Clemente XI damnata, nisi vel dicere velis nos ex hac parte ab Auctoritate Glossae et S. Thomae, velamento in oppositum verba ratione, recedere.

157. Ad primam confirmationem respondeo esse manifestam
in sententia juxta juris rigorem prolata, et adeo solidam justa, sed præ-
cipiente rem jure naturali, aut divino vetitam. Sicut sicuti talis senten-
tia licet justa, et valida, quia licet juxta rationis præscriptum lata, ad
bonum publicum providendum directa, atque ipsa fundata in trans-
gressione non obligat, ita et in casu nostro dicendum
est, eum, et sæpe experimur, non sit de mente ecclesiæ pu-
nire tibi violantem, nisi tum ubi ratio scandali, aut alia
specialis causa id non exigit; sicuti exigere non videtur in
casu de occulta communicatione.
158. Ad 2dam confirmationem concessa maiori,
nego minorem sicuti enim, ubi sententia materialiter tantum injusta est
de se verso mala, auctoritati ecclesiæ, et publicæ disciplinæ
satis consulitur, si humiliter, et patienter sustineatur, atque
ad evadendum scandalum publicum abstineatur a vetitis per
censuram; et hoc tantum vi legis naturalis vetantis contemnere
superiores, et alios scandalizare; ita et in casu de quo disputamus,
dicendum est. Ex quibus et patet ad 3tiam confirmationem.
falsam nempe esse minorem, quia nimirum tantum delinque-
rant, et sola est justa causa privandi ecclesiæ bonis, hic
contumaces. Ad ultimam confirmationem dico ergo, quod qui
159. juridicam, et justam sententiam V.G. est excommunicatus, si audi-
ret publice divinis officijs interesse, peccaret contra jus natu-
rale contra ecclesiæ præceptum, nego ergo, et dico consequens, quod
puniri posset pœna alia a censuris, concedo, pœna censuræ
subdo; si tamen ipsa publica communicatio per præcedentem
censuram imponens itaque prohibeatur, concedo; aliter nego
consequentiam. Cum per sententiam tantum materialiter injustam V.G. excom-
municatus audet publicis officiis interesse, jam contra legem
naturalem talem communicationem vetantem peccat; divina
autem contra legem naturalem commissum sub censura et ecclesiæ
vetari it; ubi ergo quis non obstante prædicta sententia
audiret publice divinis officiis interessæ, accedente novo, et
canone ecclesiæ vetante talem communicationem poterit censu-
rari. Pro coronide autem præsentis materiæ quæ-
160. res quid in dubio de validitate, et justitia censuræ sit ten-
endum? Respondeo, hac in difficultate illud tempo-
re tenendum esse, consultissimum scilicet nedum esse, ut in
dubitans V.G. de excommunicatione a se contracta procuret sibi
ti absolutionem sub conditione, interim se tanquam excommu-
nicatum gerens, ubi id absque scandalo, aut propria infamia
ipse præstare potuerit; verum etiam præsumendum esse, in more
teneri taliter dubitantem tenere, se tanquam excommunicatum
gerere eo in casu, quo esset persuasus esse, excommuni-
cationem revera incurrisse. Prima enim pars patet, cum
talis via sit securior in via salutis; secundum etiam
vel constat ex eo, quod id necessarium est ad vitandum con-
temptum ecclesiasticæ auctoritatis; ac proinde tota difficultas est

propriis casibus, ubi abest scandali periculum. Verum cum non uno modo dubium illud contingere possit, hinc

161 Dico, dubium de validitate, et justitia censurae tum in foro externo, tum interno, seu conscientiae, teneri excipere censuram in se latam, primo quando certo constat eam jam latam esse, et quidem a superiore legitimo, et pacifica censurandi potestate gaudente, et dubium tantum versatur circa justitiam sententiae per ordinem ad conditiones necessario requisitas ad ejusdem justitiam, et valorem, de quibus deinde dicimus. 2do quando dubium cadit supra intentionem ferentis censuram, seu tantum dubitatur, an superior censuram ferens habuerit seriam censurandi voluntatem, seu intentionem. 3tio quando dubitatur, an tempore debito appellatio fuerit interposita: et tandem cum certum est censuram fuisse contractam, et dubium tantum circa obtentam absolutionem ab ipsa versatur.

162 Primae autem partis ratio est, quia ubi certo constat censuram latam esse a legitimo superiore pacifica jure, et potestate censurandi gaudente, et dubium versatur tantum circa justitiam sententiae, titulus possessionis stat pro legislatore, et adeo pro valore, et justitia censurae. In dubiis autem semper praeponi debet possessor juxta illud Jurisconsultus: In dubiis melior est conditio possidentis. Et sane si ut tenet communis sententia, subditus in dubio de justitia legis, et praecepti obedire tenetur legitimo superiori praecipienti, ut ostendimus in Tractatu de Conscientia sub num. 217, quomodo deinde dubio insurgente circa justitiam, et valorem censurae jam latae, eam observare non tenebitur? Ex quo patet, standum esse pro validitate censurae, ubi [illegible] deponendo opinionem sibi certo, saltem practice, et respective probabilem sententiam censurae dixit in subditum probabiliter oppositum judicantem. Superior enim legitimus nedum habet potestatem praecipiendi, quoties non constat, rem praeceptam esse illicitam, cum sit in possessione juris praecipiendi; verum etiam in suis praeceptis dandis a judicio, et opinione subditorum dependere non tenetur, adeoque habet jus praecipiendi ea, quae prudenter judicat licita, et justa.

163 Dixi tamen: a legitimo superiore pacifice jurisdictionem gaudente, quia etiamsi standum sit pro censura, ubi certum est latam, ubi censuram ferens est in pacifica possessione talis juris, et potestatis, ubi enim titulus possessionis ipsi favet; ubi tamen censuram ferens non gaudet pacifica possessionis, et adeo juridice interrupta fuit possessio, tunc potius pro censurae nullitate standum erit, cum tunc possessio stat pro censurati libertate.

164 Secundae vero partis ratio est, quia a superiore recte praesumitur, quod velit semper accommodare mentem suam verbis a se prolatis, et adeo verbis voluisse exprimere, quod in mente habuit, nisi ex certis signis oppositum constat. Tertiae item, et quartae

pars respondentis rei constat ex eo, quod titulus possessionis tunc stat pro censurae valore, ut patuit per meditant patet

165. Dico 2do, è contra dubitantem de justitia, vel validitate censurae, saltem pro foro interno, seu conscientiae non teneri primò, quando dubitatur post praemissam diligentiam ad indagandum de veritate, an censura sit nec ne lata: 2do cum dubium est, an delictum, ob quod censura lata est, fuerit patratum, prout sub censura est validum: 3tio quando dubitatur, an casus hic vel ille sub lege comprehendatur: 4to cum dubium est an censura sit lata, an ferenda; 5to cum censura lata fuerit absolutè, an sub conditione tantum et judex nondum devenerit ad sententiam aut declaratoriam criminis, aut condemnatoriam, aut conditio nondum purificata est. Atque ratio primi est, tum quia tunc lex non est sufficienter promulgata, sed incerta manet; tum quia jus in casibus poenam cum dubium est in benigniorem partem est interpretandum juxta regulam juris: Odia restringi, et favores convenit ampliari. Unde Angelus Lezcanus [illegible] q. A. iq. recte docet, quod quoties dubitatur, an judex contra aliquem excommunicationis sententiam protulerit, non censetur ea tanquam excommunicatum gerere. Ex quo ratio pro ceteris desumitur, possessio scilicet in ijs omnibus stat pro immunitate à censuris, seu pro libertate.

166. Nova dices, et opponas juris textus, ubi a [illegible] de eo qui dubium est de excommunicatione, se tanquam excommunicatum gerere debere, ne vitandum esse, patet ex Capit. Cum ex [illegible] de sent. excom. Maneat enim ibi Summus Pontifex, ut communicare non [illegible] ratur cum eo quem primo [illegible] [illegible], excommunicatum [illegible] qui tantum dubitabatur an excommunicatus fuerit [illegible] in Capit. Ad [illegible] de clerico excommunicato ministrante [illegible] [illegible] Innocentius III, deponi clericum, qui audita sua excommunicatione, jam antea fuerat ministrare, et proinde etsi certus non foret de excommunicatione à se contracta, sed tantum dubius esset, fuit etiam ostendit exemplum irregularitatis, que ut decernitur in Capit. Ad audientiam, in Capit. Significasti in Capit. Latoris cum, de homicidio, vel in dubio tacite de homicidio contrahitur, et ideo [illegible] ab officio Ordinis sui abstinere tenetur. Unde merito P. Sanchez lib. 1. in Decalogum Cap. 10 num. [illegible] in Capit. [illegible] [illegible], cap. 8, & q. docet ob dubiam excommunicationem aliquem impediri, ne ad Episcopatum aut dignitatem aliquam promoveatur.

167. Respondeo, ex objectis juris textibus quidquam evinci non posse. Nam primo in Capit. Cum desideras, non dicitur [illegible] in [illegible] excommunicationis in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] se tanquam excommunicatum gerere debere, sed tantum dicitur, quod ad hoc ut quis vitari debeat, sufficiat sola notitia excommunicationis habita per publicam famam que ut [illegible] jure antiquo erat satis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] obligationem vitandi eum, de quo [illegible]

... a [illegible] sit [illegible], [illegible] tertio clerico excommunicato ministrante, non innocenti illi justa maneat talem [illegible] Canoni, quia nempe fama illa tanta erat, ut si non omnino plenam, saltem quasi plenam, et quasi certam, vel ad minus talem probationem contractae excommunicationis faceret, ut [illegible] dirigentes narranti, et [illegible] [illegible] suspecto clerico licitum esse [illegible] ministrare. Quod si [illegible] non [illegible], sed [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] obstinate suae [illegible], et [illegible] non [illegible] [illegible], eo quia dubium fuisset de censura in casu nostro [illegible], ut patet meditanti.

68 Quod vero spectat ad quaestionem de irregularitate, illud [illegible] non est irregularitas enim non est [illegible] censura, [illegible] [illegible] et impedimentum [illegible] omnes suspiciendos, [illegible] [illegible] exercitium et adeo [illegible] in [illegible] [illegible] non valeat [illegible] omnino non [illegible] argumentum [illegible] ceterum neque irregularitas incurritur pro casu, quo dubitatur, cum sic tota lex irregularitatem inducens, ut constat ex Capit. Is, qui, de sent. excom. in 6, ubi dicitur, neminem fieri irregularem nisi in casibus in jure expressis: Quidquid dicat in dubio facti de homicidio, ubi videlicet constat de morte secuta et dubitatur de cooperatione ad illam, quis [illegible] beat irregularis, ut in [illegible] juris textibus [illegible] tur; alibi in aliis dubiis sive juris, sive facti standum est pro immunitate ab irregularitate, ut [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] observandum [illegible] de [illegible] non [illegible] sufficienter non probatur, [illegible] [illegible].

169 Ad ultimum dicendum est cum Palao hic tract. [illegible] [illegible] num. 8 num. 9, quidem verum esse ubi quis moraliter certus non esset quod nunquam constare de censura, falsum vero esse, ubi moraliter loquendo nunquam de censura constaret, eo enim in casu quis in [illegible], ne ad episcopatum, aut aliam [illegible] dignitatem valeat promoveri ob reverentiam [illegible] ecclesiasticae debitam, ne videlicet [illegible] [illegible] periculo cassationis ob quamdam [illegible] [illegible] [illegible]. Unde si casus esset [illegible] nullum [illegible], ut abest pro casu quo moraliter constabat, quod nunquam de censura constabit, non [illegible] [illegible] dubio [illegible] in casu nostro difficultatis poterit [illegible], adeoque argumentum [illegible] [illegible] cum sit

Caput Quintum

De modo, et forma ferendi censuras.

Suppositis iis, quae Cap. 2, et 3. expendimus [illegible] argumenta tum ex parte ferentis, tum subjecti censurandi, in praesenti dicemus [illegible] [illegible] de [illegible] modi, et formae, quae censuris ferri debent, et [illegible] examinationes [illegible] [illegible] monitis censuram [illegible]

[illegible] proposita? 2do, utrumnam requiratur, et an [illegible] [illegible] [illegible]ando sit opus? 3tio an sub conditione possit ferri? et an aliqua denuntiatio ad censuram requiratur? itaque [illegible] modo dicendum est. Initio sic

Articulus primus

De monitione censuram praecedente.

Nomine monitionis hic intelligitur declaratio, et intimatio a legitimo superiore vel per se, vel per alium ejus nomine facta subdito, qua ei indicatur, qualiter, nisi obtemperet juri, et mandatis stare velit, censurabitur. Hæcque vel fit per ipsam legem vel statutum, vel praeceptum intimationem ac [illegible] [illegible] solemnis vocatur; vel vero fit ab ipso [illegible] superiore per actum ab ipsa lege, vel mandato distinctum, quo [illegible] [illegible] admonetur, ut a [illegible] [illegible] aut satisfaciat, aut quidquam aliud praestet, alias ad censuram procedatur: atque haec vel fit servatis juris solemnitatibus, trina scilicet, aut bina, aut una saltem trium, aut duabus aequivalente monitione; et tunc canonica appellatur, vel vero fit non servata [illegible] juris solemnitate, et non canonica dicitur. De monitione vero ita intellecta triplex, aut quadruplex quaestio instituitur, primo num aliqua saltem monitio ad censurae validitatem sit necessaria? 2do an ea debeat esse canonica? 3tio an [illegible], fieri debeat? denique an debeat esse [illegible] et ob [illegible], utrum, nec?

Pro prima autem difficultate notandum est primo, totam praesentem quaestionem versari praecipue circa [illegible] excommunicationem. Nam, ut dixi num. 137, suspensio et interdictum [illegible] nedum fit per modum [illegible] medicinae et adeo prout est rigorosa censura, sed etiam prout est poena pure vindicativa, seu mere punitiva delicti jam commissi, et praeteriti. Ad infligendam autem suspensionem [illegible] vindicativam non est necessaria ulla monitio [illegible] ex consequenti ad imponendam suspensionis, aut interdicti poenam semper non est necessaria monitio; adeoque si haec requiritur, id tantum opus est, ubi suspensio, et interdictum, ut est rigorosa censura, infligitur.

Notandum est 2do, facile inter se conciliari [illegible] doctores, ad censuram ipso facto incurrendam per legem sive statutum, sive praeceptum particulare latam [illegible] ordinarie ad [illegible] [illegible], requirendam, [illegible] opus non esse aliqua monitione [illegible] ea, quae nempe per ipsam legem, aut statutum, aut praeceptum [illegible] particulare [illegible] fit; [illegible] proinde si [illegible] [illegible] [illegible], aut Praelatus personae [illegible] mandat sub censura excommunicationis [illegible] [illegible], ne talem domum ingrediatur, [illegible] a commisso delicto [illegible] transgressor [illegible] [illegible], etsi superior nullam fecerit monitionem: [illegible] per se est manifesta, quia nempe ipsa [illegible] [illegible] semper [illegible]

ominino subditos monent, ut sibi caveat transgressionem, et censuras. Quod tamen intelligendum non est pro iis casibus, pro quibus in ipsa lege, aut praecepto monitio vel canonica, vel saltem non canonica praecipitur, sicuti contingit in Clement. 1. De Decimis, in qua Religiosi sibi sumentes decimas Ecclesiis debitas suspenduntur, sed solummodo sub conditione, nisi intra mensem moniti destiterint, et in Clement. unica § fin. De statu Monachorum, ubi praesumentes impedire visitationes ipso facto excommunicantur sub ea conditione, nisi moniti resipuerint; et proinde in his duobus, ut aliis similibus casibus monitio necessario esset praemittenda.

173\. Atque hinc tota praesentis difficultas versatur circa censuras, quae vel infliguntur ob delicta patrata contra legem, aut praeceptum ecclesiasticum simpliciter quidquam monentes, aut praecipientes absque comminatione censurae, vel tantum sub censurae ferendae sententia. Atque circa hanc difficultatem licet omnes fateantur illicitam fore censuram latam contra transgredientem legem, aut praeceptum simpliciter quidquam monentes, aut praecipientes, ubi nulla monitio, et comminatio censurae praecessit; maxima tamen dissensio est inter Doctores an valida sit censura, ubi violatum praeceptum aut lex ecclesiastica vel nullo modo est censurae comminatoria, vel solum infligit censuram ferendae sententiae atque censura lata fuit absque ulla praevia monitione, et comminatione; et proinde plures sunt qui affirmant, et plures sunt qui negant, praeviam aliquam monitionem ad substantialem formam censurae pertinere. Quo in discrimine sit nostra.

174\. Propositio. Quamvis ad valorem censurae ab homine ferendae ob delictum patratum aut patrans, seu in futurum perdurans, commissum contra Ecclesiae legem, aut praeceptum simpliciter quidquam monentes, aut praecipientes, adeoque nullo modo censuram comminantes, necessario aliqua praevia monitio requiratur; attamen ubi delictum est contra praeceptum, aut legem ecclesiasticam comminativam censurae, etiam tantum ferendae sententiae, tunc censura a legitimo superiore ecclesiastico lata erit valida, etsi nulla monitio a praecepto distincta praecesserit; et adeo monitio tunc ad formam essentialem spectat. Ita Honoratus Tournely, cum quo ejus continuator cum plurimis magni nominis Theologis.

Quoad primam partem autem, probatur hoc pacto. Monitio praevia in casu nostro servanda est in ferenda censura ecclesiastica, atque ad ejusdem valorem pertinet, si eam jura, litterae praescribunt, aut generaliter affirmant, et recta ratio probat et exigit; ita est ergo. Maior liquet ex se. Minor autem quoad primam partem innuitur ex illo Christi Matth. 18. si Ecclesiam non au-

dixerit, sit tibi sicut ethnicus, et Publicanus: item ex eodem Apostolo ad Tit. 3 Hæreticum hominem post unam, et secundam correptionem devita: quod et Apostolus monet ad Timot. 3. Unde 2. ad Thessal. 3. sic ait, docet: Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et ne commisceamini cum illo, ut confundatur ex quibus sic: His in locis scriptura exponit, declarat, et insinuat modum, quo ecclesia vindex in suam auctoritatem, et potestatem per spirituales pœnas punire debet; atqui in prædictis locis scriptura aperte insinuat, monitionem præmittendam esse, et correptionem ipsis pœnis; ut meditanti patet; ergo &c. Vera ergo major quoad primam partem; quoad secundam vero vel satis constat ex eo, quod censura ecclesiastica non est pœna punitiva vindicativa, sed medicinalis, quæ proptereà nonnisi in contumaces in potestatem ecclesiasticam tum directivam, tum coercitivam in foro exteriori, ad quod censuras ferre pertinet, infligi potest: qui autem nullo modo fuit monitus sub censuræ comminatione, nullo modo in potestatem ecclesiasticam tum directivam, tum coercitivam contumax fuit, ut vel meditanti patet; ergo &c. Quod vel etiam patet ex eo, quod rectus disciplinæ ecclesiasticæ ordo videtur exigere, quod non pro quacunque gravi culpa contra ecclesiæ legem tanta censura infligatur, cum censura, ut docet Trident. sess. 25. cap. 3. de Reformat. in subsidium sit adhibenda, et qui si propria monitio necessario non requireretur, pro quavis culpa gravi contra ecclesiæ legem censura ferri posset, ut patet; ergo &c. Unde in Concilio Meldensi, ut refertur in Canon. Nemo Episcoporum cau. 11. q. 3; merito statutum fuit, quod Anathema est æternæ mortis damnatio, et non nisi pro mortali debet imponi crimine, et illi, qui aliter non potuerit corrigi: contra ergo et incorrigibiles, et q: emendabilem alio modo, quam per censuras, pro infligenda non fit, ergo &c. Quod et probant jura et rationes relata supra num. 126, et 132, quæ relegas, et hic apponere aliis dicta renotamus. Vera ergo propositio quoad primam partem.

Quoad 2dam vero partem propositio probatur ibi non requiritur nova monitio ad valorem censuræ, ubi habetur sufficiens admonitio ex parte judicis et sufficiens contumacia ex parte subditi; atque ubi habetur lex, aut præceptum ecclesiasticum prohibens, aut præcipiens quidpiam, et simul comminans pœnam censuræ in delinquentes, ibi habetur sufficiens admonitio ex parte judicis, et sufficiens contumacia ex parte subditi; sicuti habetur, ubi lex censuram imponens est latæ sententiæ: lex siquidem cognita non tantum sæpe monet; sed etiam eam violans est contumax in potestatem coercitivam ecclesiæ; ergo &c. Quod vel

patet ex eo, quod in casu nullum esset discrimen inter legem, et praeceptum simpliciter quidquid praecipiens, et inter legem, et praeceptum praecipiens, et simul comminatorium censurae ferendae scilicet sententiae; quod non est dicendum. Sed praeter ea, quae sub num. 123, et sequenti, ac sub num. 133, et sequentibus adduximus, et solvimus, Latroni opposita sententia,

Opponunt contra primam nostram sententiam. Nullo jure sive Divino, sive ecclesiastico fit probari invalida sententia censurae lata ab Episcopo, vel a Summo Pontifice saltem sua plenitudine potestatis utente contra transgressorem legis ecclesiasticae quidquam simpliciter prohibentis, aut praecipientis, etsi nullae praecesserint monitio, et comminatio ipsius censurae; ergo etc. Prob. ant. si quo jure Divino probari posset, nullam, et invalidam esse praedictam censuram, id maxime convinceretur ex scripturae testimoniis in probatione nostrae propositionis relatis; item si quo jure ecclesiastico id convinci posset, maxime convinceretur ex canonibus juris ibidem citatis, scilicet ex Capit. Sacro, de sent. excom. et ex Capit. Romana eodem titulo in 6., item ex Capit. Statuimus, pariter de sent. excom. in 6° et, ut alia mittam, ex Capit. Reprehensibilis, de Appellat: Atqui ex nullo horum, idest neque ex citatis scripturae testimoniis, neque juris textibus quidquam convinci fit: si quid enim convinceretur, dicendum esset, monitionem canonicam, idest trinam esse necessariam ad valorem censurae, ut in citatis locis sermo habetur de canonica monitione; atqui id non sit dicendum, ut infra et nos ostendemus, nulla monitio est necessaria ad censurae valorem. Quod vel etiam constat ex eo, quod non minus monitio, et correctio fraterna praevia requiritur ad denuntiationem faciendam ecclesiae, quam monitio ad censuram. Ecclesia enim ex ordine servando in correctione facienda a Xto Dno Matth. 18 assignato statuit ordinem servandum in praevia monitione ad censuram; atqui correctio fraterna non debet praecedere denuntiationem ecclesiae, tacendo saltem pro casu, quo periculum esset in mora, aut spes fructus non esset: ergo neque in his casibus ad censuram requiritur praevia monitio; ergo etc.

137 Confirmatur ex Capit. Reprehensibilis, de Appellat. paulo ante citato, ubi Alexander III sic decernit: Statuimus, ut nec Praelati [illegible] canonica commonitione praemissa suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subjectos, nisi forte talis sit culpa, quae ipso suo genere suspensionis, vel excommunicationis poenam inducat; dantur ergo culpae, quae et sine praevia commonitione suspensionis, aut excommunicationis poenam, quin necessaria sit praevia monitio; ergo etc. Quod vel constat ex eo, quod nonnulla decreta ratione contra [illegible]

legem simpliciter prohibentes, aut praecipientes sunt alterum, quod delicta facta contra ecclesiae leges quidpiam praescribentes etiam sub censura ipso facto incurrenda; alteriora autem crimina per se magis puniri merentur; ergo &c. ... Confirmatur 2do. Qui in auctoritatem ecclesiae est contumax, et inobediens, nulla monitione praemissa censurari fit. Atqui violat ecclesiasticam legem etiam quicquid tantum simpliciter praecipientem, aut prohibentem, est inobediens, et contumax in ecclesiae auctoritatem, ut patet; ergo &c.

178. Respondeo negando antecedens, ad hujus probationem omissa majori nego minorem, ad cujus implicitam probationem dicendum est, quod quamvis necesse sit fateri, canonicam seu trinam, aut unam trinae aequivalentem monitionem propriam non pertinere ad formam substantialem, sed tantum accidentalem censurae, atque de hac etiam in citatis supra canonibus, et juris locis mentionem fieri, utpote cum et Pontifices, et ecclesia ibidem plenam doctrinam, assignare sibi licet tam formam substantialem, tum accidentalem, dare voluerit, non propterea negandum est, ibidem contineri, et ecclesiam docere, ipsissimam aliquam monitionem propriam esse absolute necessariam ad censurae valorem; ea sane ratione, qua licet Joan. 6. Christus de eucharistiae sumptione loquens dicat: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis; non sequitur, ex eo loco colligi non posse eucharistiae sumptionem esse praeceptam quamvis nempe non sit necessarium ad satisfaciendum tali praecepto, eucharistiam sub utraque specie sumere. Itaque hinc ad id, quod additur de correctione fraterna, disparitatem assignat communis [illegible] hic [illegible] 3 [illegible] num. 8., et cum eo Salmanticenses hic Tract. 8 [illegible] 1. [illegible] 9 num. 8g. repetitam ex eo, quod correctio fraterna unica [illegible] [illegible] fructus, qui ex moralibus conjecturis haberi [illegible] [illegible] [illegible] spes fructus sufficienter [illegible] non est, [illegible] ad denuntiationem procedere; contra vero propria monitio ad censuram [illegible] [illegible] in spe fructus, [illegible] in [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] censuris, [illegible] in quo [illegible] [illegible] ut habeatur [illegible] [illegible] in loco contumaciae [illegible] [illegible] non potest, nisi quando alterior monitio praecedit contumacia subsequitur.

179. Ad confirmationem [illegible] dicendum est [illegible] [illegible] per se verba [illegible] tali sit [illegible] quae ipso [illegible] [illegible] suspensionis, vel excommunicationis, poenam [illegible] [illegible] censuram latae sententiae, statim a commisso [illegible] incurri, etsi nulla propria monitio praecesserit, [illegible] ecclesiasticum legislatorem posse etiam qualibet [illegible] [illegible] praetermissa, procedere ad sententiam censurae [illegible] [illegible], ubi eam lex ipso facto incurrendam statuit; [illegible]

men censuras, quae est tantum ferendae sententiae, ad cujus liceitatem saltem regulariter requiritur propria canonica admonitio. Haec expositio est ad mentem Concilii Lateranensis, ex quo tale capitulum desumptum est. Concilium enim eo in canone mederi voluit abusui nonnullorum episcoporum, qui nimis faciles erant ad censurandum, atque praetextu enormitatis criminum declarabantur, etsi nullam monitionem praemisissent. Qui abusus certe satis ablatus non fuisset, cum non assignantur enormia crimina, quae ex suo genere censuram inducunt, atque facillimum sit, ut tanquam enorme sumatur crimen, quod revera non est.

20 Ad id vero, quod subjungitur, notandum est, etsi quaedam crimina patrata contra praeceptum ecclesiasticum simpliciter prohibens, et praecipiens, quae graviora sint, quam commissa contra ecclesiasticas leges vel comminantes, vel etiam ipso facto infligentes censuras in violatores, verum ex hoc nihil concludi potest; sicuti licet delicta quaedam contra jus pure naturale, aut divinum positivum sint atrociora, quam patrata in leges ecclesiasticas censurantes, non inde sequitur, per ea censuras incurri, ut num. 126 probatum est. Ut enim censura ecclesiastica incurratur, requiritur contumacia in potestatem coercitivam ecclesiae. Ex quo ad 2dam patet confirmationem. Violans siquidem ecclesiasticam legem quidquam simpliciter praecipientem ad summum est contumax in potestatem directivam, non vero coercitivam, et punitivam ecclesiae. Nunc

182 Opponens contra 2dam propositionis partem ex citato Capit. Reprehensibilis, de Appellationibus, in quo ad omnem censuram, excepta ea, quae a jure ipso facto infligitur, propriam monitionem requirit: ibi enim eximitur sola censura latae sententiae; et adeo cum exceptio firmet regulam in oppositum; dicendum est ad omnem aliam censuram ab ea distinctam monitionem propriam requiri; atqui praefatus canon loquitur de propria monitione ab homine, seu a judice facienda; ergo &c...... Confirmatur. Ad contrahendam censuram requiritur nedum inobedientia praecepto, sed etiam inobedientia superiori illud ferenti; atqui ubi quis violat legem censura ferendae sententiae est quidem inobediens legi, seu praecepto, non autem superiori illud ferenti; ergo &c....... Confirmatur 2do. Censura non utcunque monitionem petit, sed eam quae est illi proportionata; sed monitio proportionata censurae ferendae sententiae est admonitio propria ab homine facta; ergo &c. Prob. minor. Monitio proportionata censurae ipso facto latae a jure est admonitio ab ipso jure facta; ergo et cum censura ferendae sententiae sit censura ab homine infligenda, monitio illi proportionata est monitio ab homine, seu a judice facienda; ergo non sufficit, quae ab ipso jure fit...... Confirmatur 3tio. Nulla censura ferri

ob delictum mere præteritum, nulloque modo in futurum pendens; atqui si judex censuram ferendæ sententiæ nulla præmissa monitione infligeret, non raro contingeret eam ferri ob delictum mere præteritum, nulloque modo in futurum pendens: ubi enim monetur delinquens, eique comminatur, quod ad censuram infligendam procedatur, non raro evenit, ut resipiscat, paratusque evadat satisfaciendo; ergo &c.... Confirmatur ultimo. Est contra naturalem æquitatem, quod contra inauditam partem sententia feratur; atqui ubi nulla monitio præcederet censuram ferendæ sententiæ, contra inauditam partem sententia ferretur, ut patet; ergo &c.

182. Respondeo, vel summum Pontificem Alexandrum III in textu canonis citati posse loqui de censura et homine [illegible] ob violationem legis ecclesiasticæ, quidquid simpliciter [illegible] scribentes atque censuram comminantes; atque ad hanc necessariam [illegible] requirere monitionem, ad discrimen censuræ a jure latæ, atque ipso facto incurrendæ: quod [illegible] fatemur; minime vero loqui de censura ferendæ sententiæ [illegible] legem communem: quod vel patet ex eo, quod [illegible] in generalium [illegible], ex quo praeditum [illegible] est, voluit tollere introductum abusum [illegible] [illegible] quodcumque [illegible] etiam simpliciter [illegible] ab [illegible] censura muniebant, absque nullam monitionem præmisissent: vel vero dicendum est summum Pontificem ibidem loqui quidem etiam de censura latæ [illegible] seu ferendæ sententiæ: Ast in casu solum monitionem exigit tamquam necessariam ad liceitatem, non autem valorem; ut vel patet ex eo, quod ibi de monitione canonica [illegible] [illegible], ac proinde dicendum est sufficere ad valorem [illegible] censuræ monitionem, quam ipsa lex facit.

183. Ad primam confirmationem [illegible] [illegible] in censura latæ sententiæ. Hinc sicuti [illegible] censuram latæ sententiæ legem violans est inobediens [illegible] [illegible] in legem, sed et in superiorem legem [illegible] [illegible] sufficit ad censuram absque ulla monitione a lege distincta contrahendam, ita et ubi lex est ferendæ sententiæ, eam transgrediens est inobediens [illegible] [illegible] in præceptum, sed et in superiorem [illegible] [illegible], quin proinde necessaria sit alia monitio [illegible] censuram contrahendam. Neque hinc [illegible] nullum fore discrimen inter [illegible] monitionem necessariam ad censuram [illegible] [illegible] de censura latæ sententiæ [illegible] [illegible] requiritur monitio distincta a monitione [illegible] [illegible] [illegible] censura ferendæ sententiæ.

18[illegible]. Ad 2am confirmationem [illegible] [illegible] [illegible] est monitionem, [illegible] [illegible] ordinatam, et simul absolute necessariam, [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] censuræ valorem, nego [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] quod necessaria

censura ferendæ sententiæ est admonitio una ab homine et altera canonica; sed monitio proportionata, et absolute necessaria censuræ ferendæ sententiæ est admonitio prævia ab homine facienda, ergo [illegible], et consequens. Distinctio jam per se patet; atque hinc ad paritatem dicendum est, eam quæ in ordine ubi et ab homine comminatur, et infligitur censura, sed ubi non ab homine tantum infligitur, a jure vero comminatur, ut hæc comminatio æquivaleat comminationi

(7.) ab homine factæ, ut supra probatum est.

Ad 3.am confirmationem dico, argumentum nimis probare. Probat enim, quod neque una monitio ab homine præmissa sit, judicem possit procedere ad censuram fulminandam, ut potest non raro contingere, nempe ut, cum censura fertur, vel actu resipuerit delinquentem, vel saltem si iterum moneatur, resipiscat. Unde sicuti ubi vel ab homine præmissa fuit monitio, non obstante quod delinquens forte resipuerit, adhuc tamen censura procedi potest, eo quia nempe delinquens reputatur contumax quoadusque coram ecclesia pœnitentiam suam ostendat; ita in casu nostro dicendum est; et proinde si

(8.) argumentum quid probat, vel nimis, vel nihil probat.

Ad ultimam confirmationem, quæ est recursione [illegible] in censura latæ sententiæ, negata est propositio minor. Cum enim antequam censura ferendæ sententiæ infligatur, reus, seu delinquens citari debeat, tunc per citationem tollitur absurdum [illegible], quod nempe contra inauditam partem censuras sententia infligerentur. Hactenus de prima difficultate valorem censurarum tangente.

(9.) Pro secunda autem, quæ erat, an requiratur monitio, de qua hactenus dictum est, debeat esse canonica, trina nempe, aut saltem una tribus æquivalens, notandum est primo, monitionem esse trinam, quando inter unam et alteram monitionem censuræ comminatoriam [illegible] [illegible], una scilicet exigitur mediat temporis intervallum; unam vero tribus æquivalentem haberi, quando legitimus dicnario una simul admonet subditum, ut resipiscat, aut satisfaciat intra tempus trinæ monitionis sufficiens, eadem comminans, ipso alias statim ad censuram procedet. Spatium vero illud temporis medium inter unam et alteram monitionem, ac [illegible] sententiam debere esse saltem duorum dierum, ita ut etiam in monitione una tribus æquivalente requiratur ut ante sex dies sententiam censuræ antecedat, nisi aliter necessitas facere adigat, communissima est doctorum sententia, et claro desumitur ex [illegible] [illegible], [illegible] in 6, ubi Gregorius X ita decernit statuimus, ut inter monitiones, quas (ut canonica promulgatur excommunicationis sententia) statuunt jura [illegible], judices sive monitionibus tribus utantur, sive una pro omnibus, observent

aliquorum dierum competentia intervalla nisi facti necessitas aliter ea quaerant moderanda: ex jure ergo inter unam, et alteram monitionem requiruntur aliquorum dierum competentia intervalla: quae intervalla non possunt circumscribi minus quam ad duos dies. Quod tamen intelligendum est pro casu quo necessitas aliud non postularet, ut in citato Concilio paulo ante dictum est. Si enim periculum esset in mora, ut v.g. si Clericus pro ultimo supplicio duceretur, vel jam traditio in proposito facta esset, tunc nec trina monitione opus erit, neque longi temporis intervalla expectare necesse erit; sed omnia relinquenda sunt arbitrio prudentis judicis pro diversitate et qualitate negotiorum, et circumstantiarum, atque sic ex rationabili causa illa tria intervalla redigi poterunt vel ad unum vel ad aliquot horas, vel etiam brevius tempus, dummodo ut moralia temporis spatia concedantur.

Notandum est 2do, nullum dubium esse

188. qui inter Doctores, ad liceitatem ferendae censurae, de qua impraesenti unice disputamus, requiri canonicam monitionem vel trinam, vel unam tribus aequivalentem in saepe memorato. Hoc enim satis expressum est tum in scripturis debitorum num. 174 relatis; tum in sacris Canonibus num. 176, et sequentibus relatis; tum denique in Capit. Contingit 45. De Sent. excom. in Capit. Constitutionem num. anti relato, in Capit. Omnes Fratres, caus. 16. q. 7, aliisque juris textibus. Quod tamen intelligendum est, ut neque idem non sit etiam sufficiens ad liceitatem censurae ferendae sententiae, bina monitio, ut patet ex Capite 3. Trid. De Reformat. sess. 25. ex quo vetustum canonum moderatio est intelligenda. Atque hinc dubium solum esse potest, an canonica monitio, trina nempe, vel bina, vel una tribus, aut duabus aequivalens sit necessaria etiam ad valorem censurae ferendae sententiae? Ad quod

Respondeo, et dico, ad valorem censurae non

89 requiri canonicam monitionem sive trinam, sive unam tribus aut duabus aequivalentem, et adeo censuram etiam ferendae sententiae absque tali monitione latam valere quamvis illicitam. Ita passim Doctores. Neque vero jura Canonica praedictam monitionem ad valorem in quantum pertinere monstrant. Nam Innocentius IV. in Cap. Romana, De Sent. excom. in 6° decrevit, quod Episcopi nec in specie, nec in genere pro culpis, et offensis praeteritis, vel in sententiam excommunicationis sententias absque competenti monitione praemissa promulgent: et si contra praesumpserint sententias ... esse illas injustas ergo tantum est censura absque canonica monitione: Porro sententia simpliciter injusta, ut communiter notant Theologi, et Canonistae non potest dici, neque est invalida: Quod maxime in casu nostro notandum est, ut in Capit. Sacro, De Sent. ex-com. hujusmodi sententia dicatur justa, priusquam cuidam docemur, quamvis

puniendos esse; adeoque graviter peccare Praelatos, qui ea forma non servata ausi fuerint excommunicare: ac proinde dicendum est, eam sententiam esse illicitam, et adeo injustam hoc sensu, quatenus est contra legalem justitiam, seu ordinem accidentalem à jure praescriptum; justam vero, quatenus non est contra justitiam aut commutativam, aut distributivam; ergo &c.

40\. Ab hac tamen doctrina generali excipiendus est casus, quo judex excommunicasset excommunicatione majori, aut suspendisset, aut interdixisset communicantem cum à se excommunicato ea communicatione, quae solum minorem inducit excommunicationem. Nam ut habetur clarè expressum in Capit. Statuimus, in Capitulo Constitutionem, et Capit. Statuto, De sent. excom. in 6. ad valorem hujusmodi majoris excommunicationis infligendae trina praevia monitio est ita necessaria, ut aliter lata sit nulla. Quod tamen, ut optimè notant Salmanticenses, et Honoratus Tournely, sive ejus Continuator, locum non habet in excommunicatione majori lata ab Episcopo in communicantem cum excommunicato ab alio Episcopo. Talis siquidem excommunicatio licet foret illicita, adhuc tamen valida esset, cum jura solum invalident censuram latam ab Episcopo in communicantem cum à se excommunicato. Cujus et discriminis ratio videtur posse desumi ex eo, quod cum unusquisque maximè procuret censuram à se latam observari, merito timeri possit, quod temerè in primo casu ea ferretur; quod tamen incommodum cessat in 2do casu, cum quis non sit ita sollicitus, ut observetur censura ab alio lata, sicut illa, quae ab ipso fertur.

41\. Praeterea nonnulli excipiunt casum, quo à Delegato censura infligeretur. Verum tamen melius distinguendum arbitror, inter casum, quo Delegans dat Delegato facultatem censurandi sub ea tantum conditione, ut nonnisi servato juris ordine, et adeo praevia tantum monitione canonica ad censurandum procederet; ac inter casum, quo Delegans Delegato dat censurandi facultatem ad nullam conditionem ligatam, et adeo ei communicando facultatem, quam ipse habet, ut contingere numerandum est, cum simpliciter ei censurandi dat facultatem pro hoc, vel illo casu, pro his, vel aliis casibus. Si enim contingat, tunc neglecta canonica monitione omissa nulla, et invalida erit censura: quod vel ex eo patet, quia delegatus nullam habet facultatem, nisi quam ei delegans concedit; atqui delegans non intendit concedere, neque de facto concedit delegato facultatem censurandi, nisi pro casu, ubi canonica praemittitur monitio: ergo &c. Si vero secundum accidat, tunc valida, licet illicita erit censura, quia nempe delegatus tunc eam omnem habet pro eo casu facultatem, quam habet delegans; hic autem tunc validè censuraret, licet illicitè; ergo &c.

192 Ad tertiam difficultatem, an videlicet monitio debeat fieri in scriptis, et an saltem coram testibus fieri debeat praesentibus, ubi sine scriptura ea fit. Dicendum est, requiri quidem, ut habetur in Canon. Sacro, de Sent. excom., quod ea fiat personis praesentibus idoneis, per quos (si necesse fuerit) possit probari monitio; idque etsi scripturâ facta fuerit, tum quia jus eam indistinctè praecipit; tum quia aliter probari non poterit; non tamen necesse erit ne ad liceitatem quidem, quod in scriptis proferatur. Hoc enim nullo jure cautum, et constitutum invenitur. Nam Capit. Medicinalis, De Sent. excom. in 6, ubi quis nonnemo oppositum videbatur contendit, solùm loquitur de sententia censurae, ad quam scripturam exigit. Unde sententia censurae lata propria canonica praevia monitione et valida et licita erit, si aliae juris solemnitates servatae fuerint; licita verò, licèt valida, ubi praedicta monitio sine idoneis praesentibus testibus facta fuerit. Modo

193 Ad ultimam difficultatem an monitio debeat esse personalis, et ab ipso judice facta, tangit quaestionem de licito, quod primam partem distinguendum est inter censuram, quae in plures generaliter, vel etiam in particularem, sed incognitam personam fertur, et inter censuram, quae in determinatam personam, et nominatim infligitur. Si verò si sermo sit de primo censurae genere, tunc sufficiet monitionem fieri in publico, vel per edictum affixum ad valvas ecclesiae, vel Palatii Judiciarii, vel etiam in ecclesia coram Populo ibi congregato. Nam ex una parte aliter monitio tunc fieri nequit, ex altera verò delinquentes tunc nedum possunt facilè devenire in cognitionem mentis superioris volentis eos ut contumaces procedere ad censuras, sed etiam sufficienter contumaces, quantum sufficiat satis est ad censuram incurrendam. Sin verò de secundo censurarum genere

194 loquamur, tunc regulariter monitio personaliter facienda erit, ut communissima tenet sententia, ne videlicet, si forte ad ejus notitiam non venerit, absque contumacia censuram subeat. Cui doctrinae favet Clement. Cupientes, De electione, et alibi passim citata, volens appellationem fieri coram persona Appellati aut quaerentem Provisoris unique nomine personaliter citari, ubi id fieri potest. Dixi autem regulariter. Nonnulli

195 enim sunt casus, in quibus personalis monitio non est necessaria, et ne ad liceitatem quidem, quoniam scilicet vel delinquens, seu reus per dolum se abscondit, aut per vim et potentiam impedit, ne moneatur. Fraus enim, et dolus nemini patrocinari debent, ut habetur in Cap. cum tu, De Testibus; atque etiam cum citatio fit per edictum affixum vel ad domum, vel in loco publico, delinquens est judicialiter contumax, ut habetur in Capit. Venerabilis, De dolo et contumacia. Quod tamen ita intelligendum est, ut dolus vis constare debeat vel testibus, vel manifestis indiciis

cum factum, et dolus non praesumatur, nisi probetur, ut habetur in Leg. Dolum, ff. de dolo.

Secundus casus est, quando semel reus personaliter monitus fuit, tunc enim caeterae monitiones fieri poterunt vel ad domum, vel in ecclesia, vel in tribunali, ut patet ex decisione Rotae 399. quam citat Bonacina hic disput. 1. q. 1. punct. 9 num. 8. Tertius casus est, quando citatio facta ad domum innotuit delinquenti, tunc et aliae ad domum fieri poterunt. Tandem cum quis male absolutus fuit a censura, et agitur de reducendo eum ad priorem statum, scilicet censuram, ut ex decisione Rotae, pariter probat Bonacina, et colligitur ex Clement. 3. de electione. Atque haec circa primam majoris difficultatis partem.

Secundo autem dico, monitionem fieri debere vel ab ipsomet judice, vel ab alio nomine ejus. Quod per se est manifestum. Nam censura non incurritur, nisi praecedat inobedientia, et contumacia in superiorem, ejusque mandatum: porro talis inobedientia, et contumacia non intervenit, nisi vel ipse judex, aut alius nomine ejus monitionem fecerit; ergo etc. Quod tamen etiam intelligendum est, ut et in ipsa monitione quando in commodum personae particularis ferenda est censura, exprimi debeat, eam fieri ad instantiam partis, seu talis particularis personae. Quod tamen fieri non est necesse, quando in bonum commune immediate dirigitur; sed tunc ex proprio motu judicis procedere debet, cum ipse judex ex officio suo ad id teneatur, ut habetur in capit. Venerabilibus de sent. excom. in 6. Haec de monitione ad censuram praevia.

48. Pro cujus materiae complemento quaeres, an sicut aliqua praevia monitio ad essentiam, et valorem censurae, [illegible] sententiae est necessaria, ita et praevia citatio delinquentis requiratur, ut aliter prolata sententia sit nulla?

Respondeo, ad censurae ferendae sententiae valorem, et essentiam absolute necessariam esse praeviam citationem. Haec, teste Bonacina, est communis inter Doctores sententia, et suadetur ex capit. Inter quatuor, de majorit. et obed. juncta Glossa ibidem, quarto. Unde sententia non tenet, ubi citatio non praecesserit [illegible], nec fuit publica admonitio [illegible], et ratio est manifesta. Nam ex una parte est contra ipsum jus naturale, ut contra inauditam partem sententia proferatur; et ex alia citatio fit, ut reus sciat locum, in quo in judicio agitur, ac [illegible] se defendendum compareat, ergo etc.

Articulus Secundus.

49. De signis, quibus censura ferenda est.

Quamvis apud omnes certum sit, nedum ad liceitatem, sed etiam ad valorem censurae, ex natura rei, et [illegible] a quocunque jure positivo necessario requiri aliquod signum sensibile manifestativum voluntatis superioris volentis

censuras ferre; et proinde non sufficere actum internum voluntatis, nisi vel voce, vel scripto, aut signo alio manifestetur, ac[?] sana ratio, quae ad obligationem legis inducendam tale signum omnino est necessarium, quia nempe alii subditi utpote mentem superioris non agnoscentes in eum contumaces esse non possunt. Licet facile conveniant Doctores, non adesse certa, et determinata verba, scripturam, aut aliud signum determinatum pro certa forma censurae; sed illa esse sufficientia, quibus intentio, et mens judicis satis declaratur, et exprimitur, utpote cum nullo jure constitutum habeatur, nulla scilicet determinata verborum, aut signorum forma ab ipso jure determinetur; dissensio tamen est inter Doctores primo, an verba, et signa, quibus censura fertur, debeant determinate explicare, et declarare speciem censurae, quae imponitur? Secundo an sufficiat verbis, aut nutibus, aut hujusmodi aliis signis censuram significare, an vero ad eam infligendam opus sit scriptura?

200. Atque circa primum dubium licet pariter fere conveniant Doctores, per verba legis, aut sententiae debere clare, et expresse exprimi speciem determinatam censurae, v.g. dicendo: Te excommunicamus: Petrum suspendimus: ut adeo nulla sit censura generaliter lata, uti v.g. si diceretur: Te censuramus, quia censurae sententiam ferens determinate rei praestare non fit nisi id, quod praescripsit; a natura autem non datur censura indeterminata; et adeo eam infligere non fit; licet, inquam, in his facile conveniant Doctores; attamen dubium esse fit primo, an ad valorem censurae habentis plures species, aut quasi species sub se, uti est suspensio, quae jam alia est ab officio, alia a beneficio, et alia ab utroque simul, sufficiat suspensionem, aut quasi summam speciem in decreto exprimere, [illegible] dicendo v.g. Te suspendo? Secundo dubium est, an pariter valida sit censura, quae sub disjunctione fertur, ut si superior dicat: Si non restituas intra mensem, te excommunico, vel suspendo.

201. Ad primum autem dico, quod quamvis censura excommunicationis generaliter lata, v.g. si dicatur: Petrus sit excommunicatus, si non restituas intra mensem, sit valida, et effectum teneat, valida tamen non est, et non tenet sententia suspensionis taliter, verbis scilicet generalibus lata. Ratio primae partis petitur ex eo, quia sub nomine excommunicationis simpliciter prolatae venit excommunicatio maior, ut expressum est in Can. fin. de sent. excom., et praxis Ecclesiae usus invaluit, ut excommunicationis nomine simpliciter prolato intelligatur excommunicatio maior: et quo ratio secundae partis [illegible], quia minime nomine suspensionis generaliter [illegible] non venit potius, et intelligitur suspensio ab officio, quam a beneficio, quam ab utroque, cum tali [illegible] tioni particulari neque jus, neque usus faveat.

Ad 2dum vero dico cum probabiliori sententia, quam tenentur Salmanticenses, Ciribaldus, Suarez, Bonacina, aliique plures, validam esse sententiam censuram sub praedicta disjunctione prolatam; ita tamen ut in casu sit optio delinquenti eam, quam maluerit, eligere censuram et sane si saecularis Princeps, sit, et quidem nedum valide, sed etiam licite condemnare suum subditum delinquentem sub disjunctione v.g. vel ad triremes, vel ad perpetuum carcerem, vel ad poenam pecuniariam v.g. centum ducatorum, vel ad carcerem unius anni; quinimo et si confessarius in poenitentiae Tribunali sit poenitenti sub disjuncto imponere in poenitentiam vel jejunium, vel eleemosinam dando Deo, et poenitenti optionem, cur id judex ecclesiasticus facere non poterit circa censuras a se infligendas, vel quas actu infligit; sicuti ergo sententia praedicto modo prolata a saeculari Principe, aut confessario non sit dicenda sententia sine certa quantitate prolata, neque indeterminata vocari sit, utpote cum subditus, et poenitens unam partem necessario eligere debent; ita et in casu nostro dicendum est, per quod patet ad rationem sententiae oppositae, tum, et eo magis quia in casu nostro si talibus censuris unam partem negligit, in alteram statim incidit. Atque haec circa primum dubium.

203 Secundum autem propositum dubium, an videlicet sufficiat verbis aut nutibus, aut hujusmodi aliis signis censuram significare, an vero ad eam infligendam opus sit scriptura tale inquam, dubium solvitur per Caput Cum medicinalis, de Sent. excom. in 6, ubi Innocentius IV sic expresse praecipit: Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, et causam excommunicationis expresse conscribat propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum vero hujusmodi scripturae, teneatur excommunicato tradere infra mensem, si fuerit requisitus, super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel literas testimoniales confici, sigillo authentico consignatas. Si quis autem judicum hujusmodi constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem unum ab ingressu ecclesiae, et divinis officiis noverit se suspensum. (et infra) Et haec eadem in suspensionis, et interdicti sententiis volumus observari. Hec Summus Pontifex, pro quorum ampliori intelligentia

204 Quaeres primo, an praedicta Decretalis intelligenda sit de quacumque censura sive lata a jure sive ab homine?

Respondeo, eam tantum locum habere in censura lata ab homine, seu a judice per modum sententiae, causa cognita, ac citatione praemissa, aliisque juris formulis observatis; non autem in censura lata sive a jure sive ab homine per modum legis statuti, aut praecepti lati, pro futuris delictis praecavendis; ac proinde sive

tura opus quidem erit pro ferenda censura per judicem excommunicatori, sed pro delictis praefactis emendandis; secus vero ubi censura fertur per legem, aut statutum, aut praeceptum contra intendentes futura crimina praecavere. Quod tamen patet ex verbis illis: Si quis judicum hujusmodi Constitution. temerarius extiterit violator &c., item ex eo, quod talis sententia requiritur, ut detur copia pro postulanti illam, ut si velit possit ad superiorem appellare, tandem et ex eo, quod debet conscribi causa determinata, ob quam fertur, ut constet de justitia sententiae: quae tamen dici non possunt de lege, statuto vel praecepto, quae per se semper justa praesumuntur.

205. Quaeres 2do, an debeat in sententia censurae nominari per scripturam determinata persona, et determinata causa, ob quam fertur censura; et an scriptura debeat fieri a publico Notario, et non ipso judice legi?

Respondeo, quod attinet ad primum, distinguendum esse, an censura ferri paratur in particularem et determinatam personam, an vero generaliter in personas, quae tale crimen patraverint. Si primum, debet specialiter talis persona nominari; si vero secundum, sufficit generaliter delinquentes nominare, quia tunc per delictum ab eis commissum satis determinantur. Secus vero in primo casu, ubi nisi talis exprimatur persona. Quod vero attinet ad secundum, dico

206. non sufficere ponere in genere causam, ob quam censura fertur, dicendo v.g. Excommunico Petrum ob ejus contumaciam, vel ex rationabili causa, sed opus est in specie et particulari denotare crimen, ob quod fertur, dicendo v.g. Excommunico Petrum ob adulterium ab ipso commissum, a quo noluit etiam monitus se emendare. Hocque colligitur tum ex verbis relatae Constitutionis, tum ex fine illius, ut reus et constet de justitia sententiae, et ut reus vel se emendare possit si est delinquens, vel appellare si est innocens tali ultra. Ad duo posteriora autem dico, neque

207. opus esse ut talis sententia a publico Notario conscribatur, sed sufficiat vel ab ipso judice, vel ab alio conscribi, dummodo possit per testes constare de talis scripturae legitimitate, item neque necessarium esse, ut talis sententia ab ipso judice legatur, sed sufficit, quod id fiat mediante Notario vel alio ministro. Et primi ratio est, quia non alia de causa requireretur praescripta sententia per publicum Notarium, nisi quia ut constaret de ejus authenticitate, hoc autem etiam [illegible] potest et per testes; secundi vero ratio est ex una parte per relatam constitutionem non exigitur et quod judex per semetipsum sententiam debeat proferre, ex alia parte satis verificatur, quod sententia profertur per Notarium, aut alium ministrum ejus nomine lectam, si ipse [illegible]. Quaeres 3tio, an censura aliter lata

208. non servatis formalitatibus in praefata constitutione praescriptis sit valida, et quae sint formalitates pertinentes

mam substantialem, an accidentalem tantum; proindeque ad liceitatem censuræ, solum pertineat eas observare?

Respondeo cum communi tum Theologorum tum Canonistarum sententia, validam fore censuram latam non servatis dictis formalitatibus in præfundata Constitutione præscriptis, eo quod eæ pertineant tantum ad formam accidentalem. Atque clarum, et manifestum est his præfundatæ Constitutionis verbis: Superior vero, ad quem recurritur, sententiam ipsam sine difficultate relaxat. Porro si invalida foret talis sententia, aliter sic lata, quod ibidem præscribitur, relaxatione, seu absolutione opus non esset; ergo &c. Et proinde hic nonnulli male exponunt Capit. Et si sententia, dicentes, et re judicata in 6° Nam quod ibi constitutum legitur, scilicet quod sententia, quæ sine scriptura profertur, sit nulla, locum habet tantum in sententiis præcisè punitivis criminum, aut litium decisivis; non autem locum habet in sententiis, quæ potius ad reparandum delictum illiusque emendandum, quam puniendum ordinantur, quales sunt censurarum sententiæ, ut vel patet tum ex ratione paulo ante relata, ex Canit. Cum medicinalis ante, tum ex eo, quia si iis etiam ad sententiam censuræ, necessarium esset omnino ut ab ipsomet judice personaliter legeretur, et etiam ut ab ipso judice sedendo proferretur, uti in citato Capit. Et si sententia dicamatur, nullius penitus esse momenti sententiam, quæ ab ipso judice litigatoribus non recitatur, et quæ ab ipso stando, non sedendo profertur: quod tamen non est dici sententiæ censurarum ex supradictis patet.

209 Quæres 2°, an judex ecclesiasticus ferens censuram non servata formalitate in relato Canit. Cum medicinalis præscripta graviter peccet?

Respondeo, judicem ecclesiasticum omittentem absque justa, ac rationabili causa vel unam ex formalitatibus in dicto Capitulo præscriptis graviter peccare. Quod patet tum à priori, tum à posteriori: A priori quidem, quia violat legem in præceptis omnibus sub gravi obligantem, et justissime sancitam, ut videlicet et judex quam maxime cautus sit in ferenda tali sententia, et ut consulatur Reo, ut nimirum si innocens sit possit se per appellationem tueri, et si reus possit à delicto cognito se emendare. A posteriori vero, quia videlicet graves pœnæ, quales sunt suspensio à divinis officiis, et interdictum ab ingressu ecclesiæ per unum mensem, et condemnatio ad expensas, et omnia interesse Reo sarciendum à superiore judice feruntur, incurrenturque à judice dictam constitutionem violante.

210 Dixi autem: absque justa, ac rationabili causa, si enim urgenti necessitati consuli non posset, si omnes formalitates ibidem præscriptæ observari deberent, tunc servatis iis, quæ servari possunt omnibus insuper aliis, non peccabit judex. Ferendo sententiam censuræ, quæ ex hoc capite ipsa erit non solum valida, sed etiam licita, quia lex ecclesiastica sub gravi incommodo non obligat, ut nota-

vimus in Tract. de Legib. a num. 209. et sequentib. Unde si qu-
corpus videret eum innocentem, et periculum esset in mora
quod suspenderetur, aut eiiceretur, et aliter quam per cen-
suram provideri non posset, tunc ordinarius poterit censu-
ram [illegible]. Quaeres ultimo, an quilibet judex eccl-

221. esiasticus transgrediens legem latam in praesenti
Capit. Cum medicinalis incurrat poenas ibidem pro eam
violatores? Respondeo, quidquid sit de Regularibus Episcopis,
quorum plures vel ex privilegiis a S. Sede obtentis, vel vi contra-
riae consuetudinis Pirhing cum aliis vult excusatos ab obser-
vantia dictae Constitutionis) Episcopis exceptis, judices eccle-
siasticos seculares dictas poenas incurrere; ubi in ferendis
censuris formalitates omnes ibidem praescriptas commendatas
notantes servare non servant. Hocque clarum est a con-
trario ex verbis ipsius Constitutionis. Excipiuntur
Episcopi, quia, ut ostendimus num. 69. in Constitutione poe-
nalia infligente censuram suspensionis, et interdicti non
comprehenduntur Episcopi, nisi de ipsis specialis mentio
fiat; atque in casu nostro expressa non fit. Sed jam di-

Articulus Tertius

De censura sub conditione lata.

222. Quidquid sit de sanctio, an censura ecclesiastica
lata ferri possit sub conditione impertinenti, nullo
connexionem habente cum censura, poena, et causa; illud certum
esse debet, eam scilicet ferri posse sub conditione concernente
et causam ipsius censurae. Hocque clarum est ex pluribus exem-
plis ab ipso jure petitis, et ex Capit. Romana, de Sent. excommunicationis
in 6. ubi expresse habetur quod sententia excommunicatio-
nis specialiter, et generaliter in aliquos prolata
tam pro futuris culpis, videlicet si quis talia fecerit, quam
pro jam commissis sub forma, si de illis intra tale tem-
pus non satisfecerit. Quinimo censuras sub tali con-
ditione regulariter ferri contingit.

Difficultas ergo hic solum esse potest cir-
223. ca tempus, quo censura conditionata lata incurratur an
[illegible] incurratur nisi post completam conditionem [illegible]
[illegible] censuram sub conditione latam non incurri
[illegible] statim
ab ejusdem eventu, nisi pro tunc interveniat aliqua
[illegible] a censuris incurrendis excusantibus. Primum jam patet
ex quod sanctio censurae, ita lata, pro tali tantum tempore
vires suas cum fedex pro tunc valet tantum obligare; quemadmo-
dum [illegible] pro tunc [illegible]
judicia probatum censetur; et manet in rigore talis
poena non manet. Secundum itidem constat ex [illegible]
[illegible] tempore, cum namque primum condition
est adimpleta, sanctio vires suas acquirit, et obligare
incipit, et adeo evadit absoluta, cum pro tunc lege absolute
valet eam obligare, nisi videlicet aliqua
causa excuset, de quo infra dicam.

Articulus Quartus.

De censurae denuntiatione.

Nomine denuntiationis censurae ecclesiasticae, hic venit publicatio, seu promulgatio censurae, sive a jure, sive ab homine latae, atque a delinquente contractae, tali modo facta, ut ea communem omnium notitiam deveniat censuratus, ut propter ruborem confusus facilius, ac citius resipiscat. Atque de hoc tractantes Doctores plura inquirunt, quorum praecipua, et magis necessaria, et obvia in praesenti examinabimus.

Quaeres itaque primo, an ecclesiasticus judex antequam ad denuntiationem procedat, sententiam saltem declaratoriam criminis praemittere debeat?

Respondeo; denuntiationi censurae latae sive a jure sive ab homine per particulare praeceptum, aut sententiam in futurum pendentem, id est sub conditione aliqua comminantem, ac infligentem censuram, v. g. sub hac: nisi parti laesae satisfaciat, nisi scandalum auferat &c., necessario praemittendam esse sententiam criminis saltem declaratoriam, etiamsi delictum sit notorium per famam. Quae clare deducitur ex ipso jure decisum in capit. 1 de causa possessionis, et proprietatis, ubi decernitur, quod neque ipse summus Pontifex contra inauditam partem aliquid possit definire. Porro in casu nostro, si denuntiationi non praemitteretur citatio, ac sententia criminis declaratoria contra inauditum, aeternum judicium proferretur, ut meditanti patet, ergo &c. Unde in Clement. 3. de censibus, et in Clement. 2. de poenis Clemens V. definit, et statuit, quod judices nostrorum constituerit de censuris contentas, eas publicent, vel publicari faciant: et clarius S. Pius in capit. Nos in quemquam, causa 2. q. 1. ait: Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut convictum, aut sponte confessum. Quod et per totam illam causam plurimis probatur auctoritatibus. Et sane rectus justitiae ordo exigit, ut quando judex sententiam est prolaturus, ipsi juridice constet de veritate causae, et adeo quod reus ad se defendendum fuerit admissus; atqui si judex procederet ad denuntiationis sententiam ante declaratoriam criminis sententiam, in primis reus non fuisset admissus ad se defendendum, praeterea tunc ipsi judici non satis constaret de causa censurae, ubi etiam delictum per famam est notorium, tum quia est moraliter impossibile, quod aliquo modo illud non sit excusabile a censura, si illud excusabile non est, delinquens sit esse emendatus, aut saltem paratus exhibere praestare satisfactionem; ergo &c.

Dixi autem. Denuntiationi censurae latae sive a jure, sive ab homine per particulare praeceptum aut sententiam in futurum pendentem &c., si enim censura lata fuit per sententiam absolutam criminis condemnatoriam

mox ecclesiastica, seu intimata denuntiatione, statim potest ad eamdem procedere. Hoc enim in casu cessant omnia incommoda paulò ante relata, aliaque hujusmodi, ut valgus meditanti patet. Quæres 2do, an denuntiatio, seu declaratio

219 censuræ ab ecclesiastico judice necessariò sit facienda?

Circa hanc difficultatem, ejusque responsionem necessariò præmittendum est primò, judicem ad ejusmodi denuntiationem procedere non posse, ubi Reus citatus de futura fieri denuntiatione, statim comparet, crimen fatetur, veniam exorat, atque condignam præstare satisfactionem offert. Censura siquidem sicuti ferri non fit nisi ad tollendam inobedientiam, et contumaciam delinquentis ecclesiam audientis; ita et ejusdem declaratio, seu denuntiatio fieri non fit nisi ad coercendos inobedientes, et contumaces in ipsam ecclesiam, cum et hæc medicinalis esse debeat: porrò verò reus citatus comparet, crimen fatetur, veniam exorat, et commoratus est præstare satisfactionem, non fit dici amplius inobediens, et contumax in ipsam ecclesiam; ergo &c.

2do pariter tanquam certum supponendum est, ecclesiasticum judicem summo Pontifici inferiorem

220 ad denuntiationem procedere debere in iis casibus, in quibus jus commune, seu canonicum ipsi intimatur, quin ipsi juridicè constiterit de contracta censura, debet eo ipso procedere denuntiationem. Hocque per se est manifestum: Atque sic cum in Clement. Multorum ad nos, &c. locorum Ordinariis injungatur, ut, ubi constiterit, non differant sententiam excommunicationis, et suspensionis publicare in eos, qui Clericos capiunt, captosque, donec sua resignent beneficia, aut detinere sacrilego non verentur. Et in cap. Praesenti, de censibus mandat Summus Pontifex, ut qui ab ecclesiasticis personis pro earum rebus propriis, quas non negotiandi causa deferunt, aut deferri (alias) faciunt, vel transmittunt, pedagia, vel guidagia exigunt, et extorquent (quæ nempe neque ipsi laici solvunt ut ibidem notat Glossa), excommunicati, et interdicti declarentur, ac denuntientur, in his inquam, duobus, aut aliis similibus casibus, quibus in jure talis denuntiatio facienda erit: et inde difficultas est [illegible] solùm circa casus in jure nequaquam expressos.

Tertiò item, tenendum est, judicem

221 ecclesiasticum teneri ad denuntiandum delinquentem, [illegible] id necessarium est ad delinquentis emendationem, seu ad [illegible] vel [illegible], ad Ecclesiæ, aut [illegible] utilitatem, ut videlicet illata damna, [illegible] injurias compenset, et hujusmodi alia præstet. Tenetur enim omnia judex vi sui muneris, et officii præstare [illegible] gitur. Unde si casus est, quod delinquens non aliter ad [illegible] fugam redigi possit, quàm rubore irata ex denuntiatione sentiens, ex eo quod à cæteris fidelibus ex [illegible] gravatum, vel si non obstante, quod fit vitandus, [illegible]

publicus clericorum percussor; nihilominus aliis se immiscere, ac cum iis communicare audeat; vel aliter ei scandalum, aut damnum illatum reparari debite valeat non possit, tunc denuntiandus, ac publicandus erit.

220 Quarto tandem conveniunt Doctores, judicem ecclesiasticum posse ad denuntiationem procedere servatis juris solemnitatibus, quoties ipsi juridice constat de censurati contumacia. Tunc enim denuntiatio erit actus justitiae legalis, qui minime judici interdictus esse sit, dum juris ordine servato procedit. Hinc difficultas oritur, an etiam propter casus paulo ante enumeratos, aut alios similes ecclesiasticus judex teneatur facere censurati contumacis denuntiationem, an vero ipsi liceat ab ea faciendo supersedere?

221 Atque circa hanc difficultatem, quae praecipuum locum habet in excommunicationis sententia, utpote cum per hanc solam prohibeatur cum aliis communicare, quod videtur finis praecipuus denuntiationis, dicendum est, judicem ecclesiasticum ad eam regulariter saltem non teneri. Nullo siquidem ex jure talis obligatio evinci sit. Capitulum enim Cum, cap. ii. § 3. quod afferri solet ad probandam dictam obligationem, eam non evincit, ut notat Suarez ex verbis illis: Cum, sic omnibus denuntiabis; quae, certe de se praeceptum non sonant, sed ex vulgari interpretatione expositione, tum denique ex usu modi non nisi vero talem fieri denuntiationem ostendantur.

222 Quaeres 3tio, an denuntiatio fieri possit nedum contra personam determinatam, verum etiam contra indeterminatas personas? Respondeo, denuntiationem tantum fieri solere in censura lata contra determinatam personam sub ejus proprio nomine, ac cognomine, ac loco patriae expresso, non vero contra personas indeterminatas, seu generatim contra quoscumque qui tale crimen, sub censura jam lata ipso facto incurrenda, commiserint, utpote cum finis primarius censurae denuntiationis, qualis est, ut ceteri sibi caveant a censurati communione, obtineatur solum, cum determinata persona censurata publicatur, non vero, dum censura lata in personas indeterminatas denuntiatur, utpote cum a ceteris fidelibus, quaenam sint hujusmodi personae, ignorantur, et nec consequenter vitari nequeant. Ceterum non negaverim, denuntiationem etiam fieri posse, ubi censura in personas indeterminatas lata est: talisque denuntiatio tunc hoc saltem efficit, ut delinquens sciat, se reipsa censuratum esse, et adeo moneri, ut quam-

223 primum, potest, sibi absolutionem procuret.

Quaeres 4to, a quonam fieri possit, et debeat censurarum denuntiatio, seu publicatio?

Respondeo, denuntiationem censurae, utpote cum sit jurisdictionis actus, fieri non posse nisi ab habente jurisdictionem ecclesiasticam pro foro externo, vel Ordinario, vel Delegatum; et ita quidem, ut si censura sit a jure communi, tunc, fieri debeat ab Ordinario loci, in quo crimen patratum est, et ab eo a proprio Ordinario, si in ejus territorio delictum commissum est, vel ab alieno etiam Ordinario,

si in cujus districtu peccatum factum est, cum tunc ratione delicti damnatus ejus subditus factus sit. Quod et statutum legitur in Concilio Mediolanensi Conc. i. Par. Remtoris sic decernente: Placuit, ut ab illo loci Praefato excommunicantur, nec ante ex Parochia illa (ubi Visitasi) exeant, quam digne, quae perpetrarunt, emendarint. Illa excommunicatio proximis episcopis significanda est, ne illi recipiant, antequam — omnia plane emendarint. Si vero censura lata sit ab homine, vel a lege etiam, et statuto particulari, ac territoriali tantum, tunc denuntiatio facienda est ab eodem judice, qui eam tulit, vel ab ejusdem Delegato. Quod ex ratione paulo ante insinuata patet.

224. Quaeres 3tio, an Parochus, vel quilibet alius, cui a proprio superiore injungitur mandatum de faciendo denuntiationem alicujus censurati, possit eam omnino omittere, vel saltem differre? Respondeo, si Parochus aut quilibet alius delegatus certo sciat, nullaque modo prudenter dubitat de justitia sententiae a suo legitimo superiore latae, tempore sibi in mandato praefinito, et cum primum commode potest, facere debere denuntiationem. Quilibet enim tenetur obedire justo mandato sui superioris: Porro in casu mandatum vel certo justum cognoscitur, vel tanquam justum tenendum est, cum de superiore justitia praesumendum sit, quousque constet oppositum, ergo &c. Ex quo et patet, illum, qui etiam dubitat de censurae justitia, debere mandato sui superioris committentis fieri denuntiationem obedire, ubi rescriptum remisit ad superiorem, ut ei dubium proponens, vel saltem ut rei totius veritatem ei dicaret, eumque certiorem faceret de justitia, et superior nihilominus censuit, mandatumque prius datum confirmavit, aut denuo intimavit. Tunc enim prudenter suum dubium deponit pro justitia sententiae stando; quo deposito omnino obediendum est: ac proinde tota difficultas est, ubi subdito, cui tale mandatum imponitur, certo constat de injustitia censurae.

225. Pro cujus solutione advertendum primo est sententiam aliquam multipliciter posse esse injustam, scilicet materialiter tantum, materialiter, et formaliter simul, atque formaliter tantum. Tunc sententia est tantum materialiter injusta, quando servato juris ordine, et rigore servato secundum allegata et probata lata est contra innocentem reum probatum, adeoque pro delicto, et facto realiter non existente. Est vero et materialiter, et formaliter injusta sententia, quando et reipsa non existit delictum et factum, ob quod lata est, et simul non est servatus juris ordo: Tandem sententia est tantum formaliter injusta, cum licet ipsa existit delictum, et factum, ob quod ipsa pronunciata est, attamen juris ordo non est servatus. 2o quoniam juris ordo servandus jam sit esse substantialis, jam accidentalis tantum sententia sive formaliter tantum, sive materialiter, et formaliter simul injusta. Porro sententia injusta alia est, quae injusta est quoad substantiam, et alia quae est injusta tantum quoad modum. Quod discrimen necessario, et attente notandum est, quia ubi sententia est injusta quoad substantiam, seu ex omissione forma substantialis, puta quia lata non est secundum allegata,

et probata, tunc sententia illa nedum est illicita, sed etiam nulla, et
invalida: ubi vero sententia est injusta solum quoad modum, seu
ex omissione formæ accidentalis, tunc licet sit illicita, est tamen va-
lida. Quibus addendum, et secundo loco advertendum, bifariam posse inno-
tescere justitiam, ac injustitiam sententiæ: et primo quando quis
ex privata sua scientia scit, sententiam esse materialiter injustam,
seu per privatam notitiam facti, aut aliarum circumstantia-
rum certo, exquisitam sibi habet sententiam illam in se, et coram Deo
non esse justam defectu delicti, cui innititur; ita tamen ut ignoret
an secundum allegata, et probata sit injusta: secundo quando quis
certo scit per acta, seu processum ipsum, sententiam esse formali-
ter injustam, scilicet secundum allegata, et probata, atque ser-
225 vata forma substantiali non esse prolatam. Quibus suppositis
Dico primo, executorem procedere non
posse ad denuntiationem sententiæ censuræ, quam certo cognoscit
esse nullam, et invalidam, ac nedum esse et materialiter, et formaliter
simul, verum etiam formaliter tantum injustam, latam scilicet
non esse secundum allegata, et probata, ac substantiali juris
ordine [redacted] servato. Est hæc assertio communissima inter Do-
ctores, atque omnino in praxi tenenda, et suadetur primo ex
capit. super eo, de crimine falsi, ubi Lucius III nedum commen-
dat Episcopum Vigorniensem, quod noluerit executioni manda-
re sententiam auctoritate literarum falsarum latam, sed etiam
ei mandat, ut quoties aliqua scripta sub nomine Sedis Aposto-
licæ viderit redarguenda falsitatis, nullam eis adhibeat fidem,
et quod per ipsum mandatum fuerit, non observet. Unde Glossa
in capit. ex literis, de Offic. et potest. judic. delegati expresse
docet verbo denuntiatis, quod sententia, quæ nulla est, non est
executioni mandanda, uno exequenti injuriam non paratur.
Porro vel sententia etiam tantum formaliter injusta, eo quod non est
lata secundum allegata et probata, ac substantiali juris ordine
servato, est nulla, et invalida; ergo dici Juris idem. Item ex-
ipsa ratione clare ostenditur, tum quia talis executio est
ab intrinseca sua natura mala, utpote cum per ipsam coope-
ratur actioni, quæ injusta cognoscitur, et per quam gravamen
injustum proximo affertur, scilicet quod injuste publice diffa-
matur, et a cæteris vitandus efficitur: nullo autem modo
actionem ex natura sua malam facere licet, aut ei positive
cooperari; ergo dici. Item quia per talem denuntiationem, qui
reipsa censuratus, V.G. excommunicatus non est, et qui in fa-
cie ecclesiæ est innocens, tanquam excommunicatus, et no-
stro mandatur ac renovatur, hoc vero absque manife-
sta sententia fieri non potest, ubi certo nullitas, et invalidi-
tas sententiæ cognoscitur, ut in casu accidit, ergo cum menda-
226 cium in omni hypothesi casu malum sit, dicendum est Deo
injuriam irrogari judici, si nam qui eius mandatum de denuntia-
tione faciendo non exequatur. Secundo executorem sententiæ non
teneri attendere ad notitiam quam ex processu acquirit, sed ad
eam quam accipit ex ipsa sententia quæ secundum ea sumpta
ut cujus justa supponitur; ipsi enim utpote simplici executori
demandata quidem est cognitio sententiæ, non autem causæ;

Unde merito Innocentius III. in capit. Pastoralis 28. de Offic. et pot. jud. Delegat. ajebat. Quia saepe contingit, quod executio sententiae [illegible] nobis committitur, quaesivisti, an si ipsam injustam esse cognoscas, debeat executioni mandari? an sit potius ei subsistendum [illegible] Sententias itaque, quia non cognitio, sed executio tantum demandatur [illegible] eandem Respondemus, quod cum ordinarius teneatur [illegible] quam Delegatus, [illegible] si sciat, sententiam illam injustam, exequi non omnino tenetur eamdem, nisi [illegible] eum efficere possit, ut [illegible] hoc onere eum absolvat. Haec, inquam, non officiunt. Non enim, quia

228 tantum abest, quod injuria irrogatur in casu judici, ut quinimo [illegible] agere debeat gratias nolenti exequi suum mandatum ut [illegible] cognitum, ut insinuavit Alexander III. Archiepiscopo Ravennatensi monens Patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum. Non item officit [illegible] quia alias quoties ipsa sententia in se ipsa [illegible] non contineret expresse injustitiam, is, cui ea exequenda mandatur, exequi posset: quod certe absurdum est vel dicere. Nam [illegible] subditus certo sciat injustitiam belli, posset suo [illegible] jubendo obtemperare, dum mandatum ipsi datum sua [illegible] terminorum expressione justum appareret: Item [illegible] justitiae certo sciens, [illegible] esse innocentem, [illegible] contra allegata, et probata pronuntiatam esse, posset [illegible] jugulare, dum judex id ei praeciperet, dicendo [illegible] contra [illegible] hominem tanquam infamem [illegible] cidam, [illegible] sic excusari possent [illegible] Apostolorum, et Martyrum persecutores, utpote cum [illegible] sub religionis, et pietatis praetextu tanquam contra homines [illegible] perturbatores [illegible] condemnati, non pertinere quidem ad executorem examinare [illegible] sententiae; atque negandum sententiam exequi posse ubi ea [illegible] aliquo [illegible] certo nulla, et invalida, et injusto [illegible]

229. Neque etiam quidquam [illegible] objecto Capit. Pastoralis. Nam vel illud intelligendum est de sententia tantum moraliter injusta, vel etiam de sententia, quae [illegible] est ex omissione formae mere accidentalis [illegible] minime vero intelligendum est de sententia, quae [illegible] et totaliter vel etiam solum totaliter injusta, [illegible] vel eo quod vel lata sit non servato substantiali juris ordine, vel [illegible] sit contra allegata, et probata. Nam, ut ibidem [illegible] Glossa, hominis [illegible] in loco non [illegible] nulla, et [illegible] Pastor. quod non est dicendum.

230. Dico ergo, quando sententia est [illegible] atque [illegible] allegata et probata, [illegible] substantialis juris ordine servato justa, injusta autem tantum quoad [illegible] formam accidentalem, executorem sequi [illegible] [illegible] ita cum [illegible] Honorato Tournely, [illegible] atque aliis plerisque. Quod in [illegible] ex [illegible] capit. Pastoralis, quod si alicubi veritatem continet, [illegible]

in praesenti importare debet, ut meditanti patet. Hinc est in casu, ubi evidenter etiam ex ipso processu constaret, talem sententiam esse injustam ex omissione formae accidentalis, nihil est, unde ejus denunciatio sit iniqua, et injusta: nam cum sententia taliter lata sit valida, adeoque qui denunciatur V.g. tanquam excommunicatus, reipsa sit talis, tunc denunciatio nedum non praecontinet falsitatem, ut per se est manifestum, sed neque etiam injustitiam, cum sententia censurae valida sane afferat, quod judex ad denunciationem possit procedere, ubi delinquens emendatus non apparet, ut supra dictum est, item excommunicatio regulariter secum ferat denunciationem et insuper cum reus condemnatus est secundum allegata, et probata, omittit ea jus, ne publicatur: ex(s)ecutor ergo in casu non facit rem iniquam, aut injustam; ergo &c. Quod vel etiam constat ex eo, quod judex in casu etiam spreto defectu ordinis accidentalis regulariter procedere possit ad denunciationem, cum reipsa reus valide et juste quoad meritum sit condemnatus, adeoque si qua injustitia fuit, fuit contra obedientiam legis bonum commune respicientis, non autem contra jus debitum personae condemnatae; a fortiori ergo poterit con-

231. stitutus executor &c. Notandum tamen me dixisse, executorem regulariter eam denunciare posse. Si enim casus contingeret, ut considerata causa, et negotii statu, omnibusque pensatis, ipsamet denunciatione sit nova injustitia, ut si procedendum etiam esset non servato juris ordine, V.g. absque citatione Rei ad videndum fieri denunciationem, tunc utpote cum denunciatio ipsa injusta esset, executor eam facere non posset, ut patet meditanti supra dicta.

232. Dico 3tio, quando sententia censurae est quidem materialiter injusta sed formaliter justa, lata nimirum est secundum allegata, et probata, atque ordine juris tum substantiali, tum accidentali servato, tametsi delictum, cui innititur, non sit verum, executorem id ex privata scientia cognoscentem ad denunciationem sibi a judice impositam debere procedere. Ita communis sententia quam tenuit Honoratus Tournely, ejus continuator Ambolovius cum duobus aliisque, ut nimis quidem ex dictis in anteriori responso satis constare debet, nempe ex eo quod in [illegible] moralis, cum accidit, quod non solum a subdito potest licite, sed etiam debet fieri id, quod est ex una parte secundum se aequum, et justum et ex alia est necessarium ad vitandum contemptum, et contumaciam, ac resistentiam in publicam potestatem, et auctoritatem superioris juste innovantis [illegible] contio. Atqui ex una parte in casu nostro id, quod praecipitur secundum se est [illegible] et justum nam quod praecipitur nihil aliud est, quam publicatio sententiae secundum se justae; ex alia vero parte praeter contemptum, quod praecipitur a judice est necessarium ad vitandum contemptum, et contumaciam in publicam potestatem, et auctoritatem sui superioris juste innovantis: siquidem inferioris superior juste praecepit, deinde inobedientia, ejus praecepto superioris secum affert contemptum, et contumaciam, et resistentiam in publicam potestatem et auctoritatem; ergo &c. Quoniam

vel etiam constat ex eo, quod saepe superior possit juste imperare, et subditus juste non obedire in eadem materia, quod non est dicendum; ergo &c.

Neque dicas: judex privata scientia cognoscens, Petrum v.g. non occidisse Paulum, non debet tanquam reum homicidii condemnare, etsi secundum allegata, et probata reus convictus appareat, ergo neque excipit exequi sententiam privatam secundum allegata, et probata, ubi privata sua scientia scit, reum condemnatum esse innocentem, ergo &c. Quod vel maxime probatur ex eo, quod talis sententia coram Deo est nulla, et invalida; ergo sicuti excommunicatus nec tenetur, quia renuit praestare rem secundum se malam v.g. quia non vult habitare cum ea, quam suam non esse certo cognovit, verum etiam, quia non vult praestare rem, quae licite praestari potest, v.g. quia non vult solvere pecuniam, quam non debet, Petrus, non tenetur tali sententiae obedire, ita nec executor tenetur denunciare sententiam, quam certo cognoscit esse invaliditer impositam ergo &c.

Respondeo, argumentum hoc tangere difficultatem valde implexam, in qua tres in sententias abeunt Doctores; alii indiscriminatim negantes, alii affirmantes, judicem non posse, quin immo et debere etiam capitali sententia condemnare innocentem privata scientia talem cognitum, secundum allegata et probata convictum delinquentem, et tamen, ubi ipse judex omnes vias omnes, quibus innocentem liberaret, v.g. modum omnem sub[illegible] excogitavit, et adhibuit ad impediendum, processum et sententiam retrahendam cum ex [illegible] testes examinando [illegible] inveniantur contrarii, curavit item clam, ubi absque scandalo [illegible] potuit, ut aperiretur carcer, unde innocens fuga sibi consuleret tandem aliis missis omnibus modis studuit, ut causa ad superiorem remitteretur animo [illegible] testandi de innocentia [illegible] haeque omnia, et similia in irritum abierunt; Alii vero distinguentes inter causas criminales, in quibus agitur de poena mortis vel mutilationis, et inter alias sive civiles, sive criminales in quibus agitur de poenis mitioribus, de causis primi generis loquentes negative, favent sententiae, de causis vero secundi generis loquendo affirmative, adhaerent sententiae. Ego quidem sententiis suo loco relictis frontariam tamen tanquam probabiliorem tertiam amplector atque sic partes nostras, favet sententiae, atque ad [illegible] redeo.

235 Ad id, quod in probationem adducitur, distinguendum est inter sententiam invaliditer quidem injustam, et invalidam, solitam tamen justam, et validam, quae praesupponit actum per se [illegible] privata scientia operantis regardant, sicuti est actus conjugalis; et inter sententiam talem, quae mandat actum publicum publica notitia dirigendum; primo vero [illegible] actus per sententiam praeceptus est actus privatus, et privata scientia dirigendus, sententia tamen licet justa et [illegible] [illegible] obligare non potest, cum ac rem intrinsece malam faciendam, possit esse obligari, ut dat in casu, quo [illegible] sui matrimonii nullitate per sententiam compulsus [illegible] ad debiti redditionem; Ubi tamen actus per sententiam etiam

toritaliter justam praeceptus est publicus, et publica notitia requi-
ritur, ad illum faciendum fit omnis obligatio, cum talis actus ipse
justus sit: Denuntiatio autem censurae, in casu nostro est actus
publicus justa praeceptus, et per notitiam publicam tanquam justus
cognitus; ergo [illegible] ut diximus num. 150, per sententiam
tantum totaliter justam censuratus, quoniam est ad forum externum
se gerere debet tanquam censuratus, et adeo abstinere ab actib.
nec talem censura vetitis, ergo et executor a judice constitu-
tus per actum justum ad censurae publicationem faciendam
debet eam denuntiare, cum denuntiatio sit actus fori exter-
ni, &c, ja

13[illegible] Quaeres 6to, qualiter censurae praesertim
excommunicationis sententia sit denuncianda, seu publi-
canda?

Respondeo, quamvis olim varii fuerint de-
nunciationis modi, ut videre est ex Capit. Sabanc, cap. 11. §. 3; nunc
ti involuisse usum, ut praemissa citatione ipsius excommuni-
cati, et juris ordine habita cognita causa, excommunicationis
sententia exprimens nomen, et cognomen, et Patriam censurati
in ecclesia coram frequenti populo promulgatur, et postea
ad ecclesiae valvas cum expressione causae affigatur, ac de-
inde ad Parochos, ac vicinos Episcopos mittatur, quando prae-
sertim periculum est, ne excommunicatus ad ea loca se transfe-
rens, denunciationem suo frustret effectu. Quod est confor-
me mox citato Capit. Sabanc, et Capit. Cura sit omnibus; cap. 12,
§ 3; cujus haec sunt verba: Cura sit omnibus episcopis excom-
municatorum omnino nomina, tam episcopis vicinis, quam suis
Parochianis, pariter indicare, eaque in celebri loco posita prae fo-
ribus ecclesiae, cunctis convenientibus, inculcare quatenus in utroque
et excommunicatis ubique ecclesiasticus aditus excludatur, et
excusationis causa omnibus auferatur. Quae erat praxis S. Caroli
137 Boromaei, ut liquet ex Decreto 21. Concilii II. Mediolanensis.

Quaeres tandem, quinam sit effectus
et ad quem finem praecipue fiat Denunciatio censurae?

Respondeo Denunciationis effectum esse
reddere vitandum ipsum excommunicatum, adeo ut neque
in spiritualibus, neque in temporalibus, ac civilibus cum eo communi-
care liceat, ut patet ex Constitutione Martini V, quae in-
cipit Ad evitanda. Finem vero ejusdem esse, ut excommu-
nicatus rubore perfusus ad meliorem frugem convertatur, vel
etiam ut alii ab ejus malitia non contaminentur, vel alii
ejus exemplo sibi ab iniquitate caveant. Haec de censurarum
denunciatione dicta sint.

Caput Sextum

De causis ab incurrenda censura excusantibus.

Pluribus in casibus aliquem ab incurrendis censuris sive a
jure, sive ab homine latis excusari vel patet [illegible]
[illegible] mereantur, modo [illegible] ut [illegible]
cialibus causis ab eis excusantibus dicemus; de ignorantia
[illegible] metu, impotentia, consensu partis laesae, atque
appellatione. Sit itaque

Articulus primus

De ignorantia ab incurrenda censura excusante.

38 Ut vel alibi, scilicet in Tract. De Conscientia à num. [illegible] atque in Tract. De Actibus Humanis à num. 121, et pluribus sequentibus, dicta circa naturam, et divisionem ignorantiae, ejusque effectibus hic repetamus cum eorum notitia pro praesenti difficultate sit quammaxime necessaria, eadem attente relegat, ac memoriae [illegible] quo peracto notandum est, receptissimum principium esse Doctorum tum Theologorum tum Canonistarum ignorantiam invincibilem, qua quis bona fide crederet, atque existimaret, se nullatenus [illegible] habere actionem aliquam nullo modo sibi prohibitam et malam, a censura ecclesiastica excusare operantem, etiamsi actio esset tum contra legem naturalem, et divinam positivam, tum etiam ecclesiasticam et quidem sub censura aliquid praescribentem. Ex una parte enim certum est ignorantiam invincibilem, cujuscumque juris sit, à culpa theologica excusare; ex altera vero notius est esse debet absque theologica culpa censuram ecclesiasticam non incurri; ut supra probatum est. Quinimo, ut constat dictis à num. 126, etsi operans laboraret tantum ignorantia invincibili ecclesiasticae legis, hoc est sciret actionem, quam instituit esse contra legem naturalem, aut divinam positivam, invincibiliter vero ignoraret, lege ecclesiastica vetitam esse, tunc ecclesiasticam censuram non incurreret. Ad hanc enim incurrendam delictum commissum debet esse contra ecclesiasticam legem, seu praeceptum, ut citato loco probavimus. At quoniam V. S. videre aliquid de longe se movens praemissa dubitat [illegible] tia ad inquirendum ignoraret nedum esse hominem [illegible] nimodo sibi rationem haberet esse feram, hocque [illegible] una dubius sagittam jacularetur, clericumque occideret, [illegible] rat excommunicationem latam in clericorum percussores, [illegible] neque eam incurrere qui clericum verberarit, aut etiam [illegible] sciret, invincibiliter ignorans legem ecclesiasticam sub excommunicatione vetantem clerici percussionem, aut etiam [illegible] sciat talem legem ecclesiasticam, invincibiliter ignoraret [illegible] tum et nunc renutit esse clericum, sed existimaret esse laicum. Quibus rigorosius notatis, quae et locum habent de ignorantia [illegible] pura concomitante, ut probavimus in Tractatu de Actibus Humanis à num. 131, notat totam praesentem difficultatem circa [illegible] ad ignorantiam aut vincibilem ecclesiasticae legis censuram infligentis, aut etiam invincibilem, sed solius ecclesiasticae [illegible] quoque pro cujus solutione sit

2\. Prima propositio. Sciens delictum [illegible] nedum lege vel naturali, vel positiva divina, sed etiam ecclesiastica [illegible] invincibiliter tamen ignorans illud ab Ecclesia [illegible] esse prohibitum, propterea [illegible] talis [illegible] gionis censuram non incurrit. Ita communior, et [illegible] [illegible] sententia contra P. Antoine pro sua sententia allegantem [illegible] [illegible] et suppresso nomine, alios Doctores distinguentes [illegible] ignorantiam invincibilem solius censurae [illegible] nec legem [illegible] versalem, et communem ecclesiae ac inter ignorantiam invincibilem

solius censurae latae per legem particularem, seu territorialem, seu per edictum, aut legem ab episcopo pro sua dioecesi promulgatam. atque concedentes scientem legem particularem, et invincibiliter censuram per eam latam ignorantem, eam non incurrere, negantes autem ubi lex est universalis, eandem cognoscentem censuram non incurrere, etsi talis censura invincibiliter ignoraretur. Item est contra Fagnanum, aliosque docentes indiscriminatim de quacumque lege, sive universali, sive particulari veram esse nostram sententiam de majori excommunicatione loquendo, secus vero de suspensione, ac interdicto

Probatur autem ex principiis supra positis. Nam uti dicta, et probata à num. 174 tum ex [illegible], tum ex auctoritate sacrorum canonum, tum ex intrinseca ratione ad contrahendam ecclesiasticam censuram non sufficit quaecumque inobedientia, et contumacia in ecclesiam, sed debet esse talis ac tanta, ut delinquens sit monitus de ipsa poena incurrenda; adeoque sit contumax nedum in potestatem directivam, sed etiam coercitivam ipsius ecclesiae; atqui sciens quidem legem ecclesiasticam prohibentem v.g. ingressum viri in monasteria Monialium, percussionem clerici etc., ubi invincibiliter ignorans censuram latam contra viros ingredientes in monasteria Monialium, et contra percutientes clericum, non fit dici monitus de censura, neque contumax in potestatem coercitivam ecclesiae: nam sicuti si invincibiliter legem ignoraret, non posset dici monitus de culpa, neque contumax in potestatem directivam ecclesiae; ita ubi poena invincibiliter ignoratur, non fit dici monitus de ea; ergo etc. Quod vel confirmari fit ex capit. Ut animarum, de constitut. in 6. ubi Bonifacius VIII. ita decernit: Ut animarum periculis obviatur, sententiis per statuta quorumcumque ordinariorum prolatis ligari nolumus ignorantes dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina. Quamvis enim hoc in canonica mentio non fiat de legibus canonicis, et statutis universalibus pro tota ecclesia latis, sed tantum particularibus; attamen quia utrique eadem ratio militet, ut nempe animarum periculis obviatur, eadem sit causa, et ratio censurae; item et cum citata constitutio sit favorabilis, et generaliter de ignorantia loquatur, adeoque sit ample interpretanda, dicendum est eam extendi etiam ad leges universales, censuras infligentes in earum transgressores; sicut ergo quia ignorantia invincibilis legis ecclesiasticae excusat à censura, dicendum est eam excusare, sive sit de lege particulari, sive universali; ergo etc.

Dices tamen contra: sciens ecclesiasticam legem prohibentem v.g. ingressum in monasteria Monialium, licet invincibiliter ignoraret excommunicationem latam in taliter ingredientes, sciens peccat mortaliter [illegible] sub [illegible], sed omnis sciens [illegible] sub censura vetitam, censuram incurrit, ut patet; ergo sicut sciens violans legem civilem prohibentem v.g. furtum sub

pena [illegible], homicidium sub capitali pena &c., quinimo sunt
violans legem ecclesiasticam prohibentem V. G. adulterium sub [illegible]
one communionis fidelis, homicidium sub irregularitate &c. in
penas incurrerat, tametsi easdem invincibiliter ignorans; ergo
et de censuris loquendo &c..... Confirmatur. Qui sciens ecclesiasticam
legem sub gravi obligantem, tametsi inculpabiliter canonum
censuram latam in violatores, si eam transgrederetur, [illegible]
[illegible] esset contumax et quidem quantum sufficit ad censuram
incurrendam contumacia animi ad censuram sufficiens [illegible]
aliud est, quam culpabilis inobedientia ecclesiae, et virtualis contemptus
potestatis ecclesiasticae, potestatis juxta illud Matth. 18. si autem
non audierit (scilicet si ecclesiam non paruerit) sit tibi sicut ethnicus
et Publicanus ergo &c.... Confirmatur 2do. Ad hoc ut quis ecclesiasticam
censuram incurrat, sufficit, quod vel confuse cognoscat
legem ecclesiasticam, et censuram per talem legem latam: [illegible]
quia ignorantia vincibilis legis ecclesiasticae, et censurae ab ea [illegible]
non excusat a censura contrahenda: Atqui qui scit legem ecclesiasticam,
licet invincibiliter censuram ignoret, confuse saltem
censuram cognoscit: nam fit dubitare de censura, quinimo [illegible]
formidare debet; ergo &c. Hinc Glossa in supra citato [illegible]
Ut Animarum recte ait: Ex generalibus ergo statutis canonum
legem nec in loquitur, quae ab omnibus sciri, et custodiri debent
Summus Pontifex ergo in [illegible] Conit. excipit solam ignorantiam
invincibilem censurae latae per jus particulare, hancque [illegible]
[illegible] a censura, cum ergo exceptio unius firmet regulam
in omnibus, dicendum est, ignorantiam, etsi invincibilem [illegible]
censurae latae per jus commune ab ea incurrenda non [illegible]
re: et quidem recte, quia videlicet difficilius est ignorare
eam communem, quam particularem, ut recte notat S. Antoninus
Respondeo ad 1um. Sciens ecclesiasticam
legem &c., scienter ponit mortalem culpam sub censura, [illegible]
sed non quâ talem cognitam, concedo, quâ talem cognitam, [illegible]
mi: et d. neg.: Sed qui scienter ponit culpam mortalem sub censura
[illegible], et quâ talem cognitam, censuram incurrit [illegible]
[illegible] et non quâ talem cognitam, nego min., et consequentiam [illegible]
[illegible] jam notat ad incurrendam censuram non sufficere
quamcumque contumaciam in ecclesiasticam potestatem [illegible]
talem requiri contumaciam, ut quis monitus de pena [illegible]
de noluerit ecclesiae obedire, talis autem contumacia in [illegible]
nostro non habetur ut [illegible] notat; ergo &c. Ut hoc [illegible]
[illegible] ad alios vero; tum temporales, tum [illegible]
rigore non sunt censurae: [illegible] sunt mere [illegible]
tiva, delicti, censurae autem sunt [illegible], sed medicinales.
Caeterum quod attinet ad irregularitatem
licet omnes Doctores asserant, eam non esse habere rationem
illam, ut incurratur, si ea sit ex defectu aliquo, utpote [illegible]
sit mera irritabilitas, et ideo absque ulla culpa incurratur, non
[illegible] si sermo sit de irregularitate, quae est ex delicto [illegible]
[illegible] sunt Doctores, qui eam asserunt, et loquendo [illegible] et [illegible]
de censuris excommunicationis suspensionis et interdicti [illegible]
Caeterum quidquid sit de hoc; illud tamen videtur dicendum [illegible]

communiori sententia, quam tradunt Palaus hic Tract. 29. Disp. 6. Punct. 6 num. 1, et 2., Salmanticenses, et quamplures alij, irregularitatem nempe ex delicto non incurri, ubi quis ecclesiasticam legem illam inducentem inculpabiliter ignoravit, eam vero contrahi, ubi lex ecclesiastica scitur, sola vero irregularitas ignoratur. Quod neque tunc urget pariter, quia videlicet irregularitas non est po[…]

gular[…]
quam[…]
civilis[…]

43 ex par[…]
est ea[…]
sea, q[…]
contra[…]
sindis[…]
vinci[…]
mobi[…]
consu[…]

44 negan[…]
sa. me[…]
quod di[…]
voluit[…]
moni[…]
se ani[…]
Poni[…]
in sor[…]
mus[…]
sao i[…]
ra leg[…]
Susa[…]
u. Sit[…]
quan.[…]
ral in[…]
ut cuij[…]

45 tra con[…]
sit levi[…]
tsi ex o[…]
est gra[…]
nantem[…]
ctis a ne[…]
jore inu[…]
natam is[…]
ubi ex ra[…]

210 | 567
2 | 47

l. 5 1/2 3 J. 47

3 J. 148
3 J 209
J 357

120 : 357
237

210 357
1 147

Com. i 3 J. 147.

210 | 467
2 | 47

9

4 4
2 4
2 2
4

25
2 1/2
1 1/4
27

10 2 Q 2

Suspensio, et censura, non incurritur. Porro ignorantia, quae sit mortaliter culpabilis practice loquendo, ut hic advertunt Salmanticenses, est vel crassa, vel supina: nam ignorantia non dicitur crassa, et supina ex eo, quod omnis diligentia in inquirendo est omissa; sed quia vel parva, aut ita exigua est adhibita, ut sit graviter culpabilis ipsa omissio inquirendi;

pena [illegible], homicidium sub capitali pena &c., [illegible]
violans legem ecclesiasticam prohibentem v.g. adulterium sub [illegible]
one communionis [illegible], homicidium sub irregularitate [illegible]
penas incurrerat, tametsi eosdem invincibiliter ignorant
et iis corporis tormento &c..... [illegible] Qui enim ecclesia
legem sub gravi obligantem, tametsi inculpabiliter [illegible]
[illegible] t. e m in [illegible] si eam transgrederetur [illegible]

Cem. — ₰ 2 ʒ 206
i ₰ — ʒ 208
i ₰ i ʒ — 5
— ₰ 3 ʒ i 9
2 ₰ — ʒ 191
3 ₰ i ʒ — 30
— ₰ 3 ʒ 128
i ₰ 3 ʒ 194
— ₰ 3 ʒ 101
— ₰ 3 ʒ 148
— ₰ 3 ʒ 209
Campo 15 ₰ i ʒ 106
[illegible] va

Javib 4

220 | 164
Quar. 7 ʒ 106 | 100

₰ i [illegible]

Brozza della corda nuova — L i ₰ 2 ʒ 47
Resta — L i ₰ 2 ʒ 193
9 ₰ i ʒ 240
2 10
= 30

[illegible] ʒ 146
[illegible]
[illegible]

sit mera [illegible], et [illegible]
[illegible] si sermo sit in irregularitate, quae est [illegible]
[illegible] sunt Doctores qui in [illegible] et [illegible]
in corporis excommunicationis suspensionis [illegible]
[illegible] quidquid sit de hoc; illud tamen videtur dicendum

communiori sententia, quam tenetur Salous hic Tract. 20. Disp. 6. Dub. 5 num. 1, et 2., Salmanticenses, et quamplures alii, irregularitatem nemine ex delicto non incurri, ubi quis ecclesiasticam legem illam inducentem inculpabiliter ignoravit; secus vero contraria, ubi lex ecclesiastica scitur, sola vero irregularitas ignoratur. Quod neque tunc urget poenitens, quia videlicet irregularitas non est poena medicinalis. De hoc autem rursus sermo ubi de irregularitate ubi . .

404
210
—
194

3 q i J. 194

1 q 2

404
210
—
194

1 – q 2 J 206
1 q – J. 208
1 q i J. – 5 –
– q 3 J. 179
– q 3 J 201
2 q – J 191
3 q i J – 30
– q 3 J 128
– q 3 J 183
1 q 3 J 148
– q . J 148
– q 3 J. 209
—
5 q – J 1735
fanb 6 J. 195

Camp. 2 q – Sa: 191
q . 7
Salous 30

. . . vicilius esse ignorationem in hoc articulo . . . legem communem, quam particularem. Facilius enim esse ignorare leges, et statuta propriorum Ordinariorum, promulgata vel in Synodo, vel per Edicta in Dioecesi per totum publicata; quam sive leges Pontificias vel in corpore iuris contentas vel in Conciliis Generalibus, vel in Bullariis communiorum, ut cuique meditanti patet. Adjam sit

Propositio secunda. Quamvis ignorantia consequens, seu vincibilis sive iuris, sive facti, quae tantum sit leviter culpabilis excuset ab ecclesiastica censura onerante ex ea; irregularitatem non excusat ubi tamen ignorantia est graviter culpabilis. Ita communis sententia, quae quoad primam partem iam intellectam de censura maiori patet ex supra dictis a num. 128, ubi ostendimus ad censuram gravem, seu maiorem incurrendam requiri culpam gravem. Quoad eandem vero partem in omnis patet ex . supra relato Cap. Ut animarum, ubi ex professo dicitur, quod ignorantia sive sit crassa, sive sit supina a censura non excusat. Porro ignorantia, quae sit mortaliter culpabilis practice loquendo, ut hic advertunt Salmanticenses, est vel crassa vel supina: nam ignorantia non dicitur crassa, et supina ex eo, quod omnis diligentia in requirendo est omissa, sed quia vel nulla, aut ita exigua est adhibita, ut sit graviter culpabilis ipsa omissio inquirendi;

nepa viesmius, homicidius sub capitali nepa &c., quinimo si...
violant legem ecclesiasticam prohibentes v. g. adulterius sub m...
one communionis ... homicidiu sub irregularitate, &c. ...
penas incurrerent, tametsi easdem invincibiliter ignorarent ...
... loquendo &c. .... Jonditur Qui si... ecclesi...
... invincibiliter ignora...

... 1 1 2 ... non ... mens[illegible]

Brozzo con coter nuova — L i 92 J 47
Resta — L i 92 J i 93
9 L i J 240
2 10
2 30

Al vari J 146
a questa una
ha ... [illegible]

... ...
illa; ut credebatur, si eas sit de ... , utpote cum
sit mera inhabilitas, et adeo absque ullo ... incurr...
alii si sermo sit de irregularitate, quae est ex delicto ...
nanci sunt Doctores, qui de ea affirmarunt, et loquuntur ...
de censuris excommunicationis ... , et ...
separarem quidquid sit de hoc; illud tn videtur dicen...

communiori sententia, quam tuetur Salons hic Tract. 24. Disp. 6. Dub. 6 num. 1. et 2., Salmanticenses, et quamplures alii, irregularitatem nempe ex delicto non incurri, ubi quis ecclesiasticam legem illam inducentem inculpabiliter ignoravit; secus vero contrahi, ubi lex ecclesiastica scitur, sola vero irregularitas ignoratur. Verum neque tunc urget paritas, quia videlicet irregularitas non est poena medicinalis. De hoc autem redibit sermo, ubi de irregularitate, ubi ostendemus, hanc saltem veram esse pro foro interno, quamvis in foro externo, ubi ista ignorantia supponatur vincibilis, locum non habeant, ubi nempe constat de delicto.

243. Ad primam confirmationem jam constat ex responsione ad argumentum. Taliter enim operans tunc solum est contumax in potestatem directivam, sed non coactivam [illegible]; quod tamen requiri, supra probatum est. Atque hinc ad eandem confirmationem negandum est in casu, in quo disputamus, contrahi cognoscere censuram latam. Ubi enim ignorantia est invincibilis tunc potentia, et debitum sciendi est tantum remotum, atque numquam venit dubium aliquod, et suspicio de censura: quod tamen intervenit, ubi ignorantia est vincibilis.

244. Quod vero attinet ad Capit. Ut animarum, negandum est, Summum Pontificem in eorum exceptivo loquendo fuisse mentionem faciendo de Ordinariorum statutis, ut patet ex supra dictis in fundo, atque etiam ex eo, quod Summus Pontifex ibi voluit praescribere modum, et regulam rigori Ordinariorum, quorum zelus aliquando non est secundum scientiam, et sic animarum periculis obvietur: quae tamen dici nequeunt de legibus Pontificiis: et proinde dictum Glossae, si intelligendo venit in sensu opposito sententiae nostrae, illud deseremus gravissimis momentis in oppositum reclamantibus, quibus non obstat ratio in fine addita. Falsum siquidem est, difficilius esse ignorare legem communem, quam particularem. Facilius enim est scire leges, et statuta propriorum Ordinariorum, promulgata vel in Synodo vel [illegible] in dioecesi per totum publicata, quam scire leges Pontificias vel in corpore juris contentas, vel in Conciliis Generalibus, vel in Bullariis comprehensas, ut cuique meditanti patet. Sed jam sit

245. Propositio secunda. Quamvis ignorantia consequens, seu vincibilis sive juris, sive facti, quae tamen sit leviter culpabilis, excuset ab ecclesiastica censura [illegible] ex eo; regulariter tamen non excusat ubi talis ignorantia est graviter culpabilis. Ita communis sententia, quae quoad primam partem jam intellectam de censura majori patet ex supra dictis a num. 118, ubi ostendimus ad censuram gravem, seu majorem incurrendam requiri culpam gravem. Quoad eandem vero partem in terminis patet ex supracitato Capit. Ut animarum, ubi ex textu dicitur quod ignorantia sive sit crassa, sive sit supina a censura non excusat. Porro ignorantia, quae sit mortaliter culpabilis practice loquendo, ut hic advertunt Salmanticenses, est vel crassa vel supina: nam ignorantia non dicitur crassa, et supina ex eo, quod omnis diligentia in inquirendo est omissa, sed quia vel nova, aut ita exigua est adhibita, ut sit graviter culpabilis ipsa omissio inquirendi;

ergo Dei: Quod vel constat ex eo, quod de mente Summi Pontificis
fuit declarare solam ignorantiam inculpabilem, vel saltem non
graviter culpabilem a censura excusare. Deinde vel ex ipsa ratione
satis constat veritas nostrae propositionis. Tali siquidem laborans
ignorantia est subinde contumax in potestatem tum directivam
tum coercitivam Ecclesiae, utpote cum dubitaverit, aut vehementer
scrupulo actus fuerit tum circa existentiam legis ecclesiasticae, tum
ipsius censurae, et noluit de veritate se certiorare. Ubi autem
talis contumacia intervenerit, censura incurritur, ergo Dei.
Dixi autem regulariter, quia si censura
247. lata sit contra scientes, volentes, audentes, et praesumentes, ut si
dicatur: Qui hoc scienter fecerit: Qui ausu temerario hoc fecerit: Qui
temere hoc fecerit: Qui hoc praesumpserit &c. tunc juxta communem
sententiam, et certam sententiam, ignorantia crassa, aut supina laborans
ac legem transgrediens censuram non incurrit. Nam qui laborat
praedicta ignorantia, ac tali ignorantia ductus legem violat, non potest
dici scienter, temerarie, et praesumptuose agere, ut per se patet: et
praeterea legislator ecclesiasticus tales clausulas ponens intelligit
nisi specialem modum violandi ecclesiasticas leges. et adeo dicendum
est ob eo, quod regulariter contingit, intelligit nomine [illegible]
[illegible] delictum formaliter, expressum, et directe volitum: quod non
contingit, ubi adest ignorantia crassa, aut supina in transgressore
legis: ergo Dei. Quam doctrinam cum pluribus aliis Salmanticenses
tr. Tract. 10 cap. 1 Pun. 15 num. 199 extendunt ad ignorantiam
affectatam [illegible] ex ignorantia affectata [illegible]
[illegible] non [illegible] dici operari cum scientia. Verum hoc a pluribus
aliis, inter quos Eisvbalus hic Tract. 4 Can. 2 Sub. 10 num. 199 [illegible]
[illegible] pro se Sylvestrum, Rosellam, [illegible], [illegible]
et alios, [illegible] consentit Honoratus Tournely, sive alii [illegible]
[illegible] cap. 4, probabilius negant, quia cum laborans tali
ignorantia nolit addiscere, ut liberius agat, merito censetur tali
[illegible] velle, et intendere malitiam actus; et praeterea talis
ignorantia aequiparatur certae scientiae. [illegible]
[illegible], jam ad secundam causam excusantem pergimus.

[illegible] secundus

De metu, et impotentia excusante a censura.

Quid, et quotuplex sit metus, et quandonam sit gravis
[illegible] quandonam sit levis, dixi in Tract. De Actibus humanis
num. 10 et pluribus sequentibus. Quae attente relegas [illegible]
[illegible] dicta de metu gravi ut hic transferas, [illegible]
[illegible] certum. [illegible] sit [illegible] metum [illegible]
[illegible] et non [illegible] censura
[illegible] omnes. [illegible] ergo
Quaeres an metus gravis, ac in [illegible]
248 [illegible], habeat ab ecclesiastica censura excusare
[illegible]
[illegible]
[illegible] censura [illegible]
[illegible]
[illegible] in contemptum [illegible] aut [illegible]
[illegible] potestatis. [illegible] communis [illegible]
[illegible]
[illegible]

ule jure sive nāali, sive positivo dño non obligant cum gravi incommodo temporali, ubi eorum observantia non est necessaria bono communi, et Religionis, ut ostensum est in Tract. de Legibus à num. 209: Ubi ergo est metus gravis, et rationabilis, adeoque imminet grave, et rationabile periculū v. g. mortis, exilij, notabilis infamiae, jacturae notabilium bonorum [illegible], aut alterius gravissimi mali, propter legis ecclesiasticae non observans non peccat; atqui absque peccato censura ecclesiastica non incurritur, ut supra probatum est; ergo &c. Et proinde si Episcopus v. g. tulisset sententiā excommunicationis in non audientes missam die festo, eam non incurrerent, qui e domo exire non possent absque vitae periculo, puta quia ab hostibus in via expectatur, aut etiam si domū deserat, providet, latrones eam direpturos; quinimo sacerdos propter delictum occultū commissū excommunicatus celebrandi irregularis non fieret, ubi à celebratione desistendo prodi-ret, quod ejus delictum sit publicandum cum suae famae, vitae, aut bonorum suorum jactura, [illegible] si jam sit contritus.

Dixi autem primo Ubi res sub censura solum prohibita est jure ecclesiastico. Ubi enim delictum sub censura prohibitū nedum esset contra legem ecclesiasticā, sed etiam nāalem divinam, non convenit inter Doctores, an tunc metus gravis, et in virum constantē cadens à censura contrahenda excusat. Quamplurimi enim, et quidem magni nominis Doctores, inter quos Salmanticenses, Bonacina, [illegible] et alij censent, eo in casu censuram non incurri, quia, cum licet sub tali metu lex nāalis obligare pergat, lex tñ ecclesiastica non obligat; et proinde peccatum non est contra ecclesiasticā legem; adeoque censura non incurritur. Atque hinc si quis metu mortis adigeretur ad stuprandā virginem, ad occidendum innocentem, &c. juxta hos Doctores excommunicationem non incurreret, licet talia prohibita sub excommunicatione ipso facto incurrenda commiserit.

250. Contra vero nonnulli alij, inter quos Hurtad, Honoratus Tournely, et plures alij, censent eo in casu censuram ecclesiasticam incurri. Quod, ono probant [illegible] ecclesia nedum sit etiam sub gravi incommodo temporali sub censurā praecipere ea, quae sunt juris nāalis, cum [illegible] jus juris custodia sit concredita; verū etiam praesumendū est eam de facto velle praecipere, cum in casu et indistincte loquatur, seu nullam faciat exceptionem inter casum, ubi imminet, et non imminet grave incomodū, et [illegible] et finis ecclesiae, hanc sit efficaciter [illegible] suos filios [illegible], quae jure nāali sunt [illegible]: Ubi autem ecclesia [illegible] obligare ad aliquid sub censura, transgressor legis censurā incurrit, ergo &c. Quod vel etiā patet ex eo, quod ecclesia tunc non obligat ad ponendum actum, quem [illegible] ponere non tenetur, sed ad ponendū actum, quem [illegible] ponere tenetur; et [illegible] novū gravamen non [illegible] sed [illegible] urget. Vide cornelius [illegible] 2. Dub. 8. Hanc tñ doctrinā licet admittat Laiman lib. 1 Tract. 5. p. 2. num. 11. eam tñ limitat in casu, quo per ecclesiasticam legem [illegible] censura, non [illegible]

stantia malitia delicto, propter quam datur censura; si enim per ecclesiasticam legem specialis malitia superadditur [illegible] nunc nostra ratio tunc propugnandus Doctor censet non incurri censuram ab eo, qui per metum gravem movetur ad dictam legem transgrediendam, utpote cum tota malitia, ob quam censura lata est, a respectu juris ecclesiastici desumatur. Unde, ut ipse Doctor inquit, in hac sententia, si quis metu mortis cogeretur in ecclesia furari, et fornicari, ubi tantum furtum sacrilegum, et sacrilega fornicatio, non autem simplex sub excommunicatione vetita [illegible] eam non incurreret, utpote cum furtum in ecclesia factum, et fornicatio sint actus sacrilegi, quatenus ab Ecclesia ex virtute Religionis motivo prohibiti sunt.

252. Dico 2do: Atque metus non incutitur in contemptum Religionis, aut ecclesiasticae Potestatis. Nam cum [illegible] communem, atque in scholis satis receptam sententiam [illegible] leges obligent in conscientia etiam cum vitae periculo [illegible], quod praecipitur, est utilius aut saltem necessarium bono communi et religionis, ut probatum est in Tract. de Legib. a num. 210 [illegible] est quod ubi violatio ecclesiasticae legis quidnam sub censura [illegible] cedere in detrimentum boni publici, quia cederet [illegible] contemptus Religionis, aut ecclesiasticae potestatis, censura [illegible] incurratur. Quod et constat ex [illegible] iis, quae vi, metusve causa fiunt, ubi cum dictum fuisset, quod excommunicationem incurrat, qui metu adductus cum excommunicato communicaverit, haec ratio redditur: Quia licet metus attenuet culpam, quia tamen eam non prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis [illegible] sententiam [illegible]. Porro, Summus Pontifex hic [illegible] loquitur de metu [illegible] in contemptum Religionis aut [illegible] ecclesiasticae potestatis, utpote cum [illegible] cum excommunicato etiam vitando per se venialem culpam non excedat, quinimo nulla culpa sit ex metu [illegible] communicare cum excommunicato, ergo &c. [illegible] Catholico intentaret mortem [illegible] carnes [illegible] in Religionis Catholicae contemptum &c. [illegible] aut carnes comederet &c. excommunicationem incurreret, ubi ea lata esset in comedentes carnes [illegible]. Quinimo, ut notant Salmanticenses, Honoratus Tournely [illegible] ejus Continuator, licet excommunicatus vitandus irregularitatem non incurreret, ubi metu gravi adactus in [illegible] ministraret [illegible] censura auferat quidem usum [illegible] inhabilem non faciat [illegible]; idem excommunicatus tamen irregularitatem incurreret, ubi extra [illegible] mortis metu coactus aliquem sacramentaliter absolveret [illegible] jurisdictione, adeoque inhabilis [illegible] absolvendum.

Atque ex his [illegible] sit [illegible] si [illegible] sit physica, et absoluta, omnimodam a censura [illegible] enim talis laboret innocentia simpliciter est immunis [illegible] simpliciter autem [illegible] ergo &c. [illegible] omitteret sacrum sub censura

praeceptum, censuram non incurrerent; sicuti neque eam incurreret, qui a judice damnatus ad solvendum decem intra mensem sub poena excommunicationis, eam non incurreret, ubi ipse non haberet neque tota sua industria sibi decem illa possit comparare. Quod idem et dicendum est de impotentia morali, ubi scilicet quis quis praeceptum non possit praestare absque gravi suo incommodo [illegible]

Sicuti et ad ostendendum, Auctorem citati Libri cui Titulus: La causa del Probabilismo, de injuria me traduxisse, me asseruisse ex tali decreto nihil colligi posse contra probabilismum, [illegible] dicteria, et convicia sibi reddita reservare potuisset. Quam [illegible] adeoque dicteria, et convicia, ac injuriosa verba in me jactata, potiori jure sibi reservare potuisse. [illegible] [illegible] ac proprij [illegible] Quam tamen utpote saniorem, ac puriorem evangelicam doctrinam [illegible] se probitan [illegible] attenta [illegible]

[illegible] ad ostendendum, Auctorem citati Libri, cui titulus La causa del Probabilismo de [illegible] dicterijs, convicijs ac contumeliosis verbis [illegible] non solum me, et ea [illegible] Religiosos, sed etiam ut bono viro indignis injuria traduxisse me asse[illegible] [illegible] tali decreto nihil colligi posse contra probabilismum, [illegible] dicteria illa et convicia, et contumeliosa verba sibi reservare poterat. Quam tamen utpote saniorem, ac puriorem [illegible] se jactavit me [illegible]

[illegible] non enim hic aliter se habet, ac se habent, qui mane sit audire sacrum, et non audit, atque praevidet postea se fore in [illegible] ad sacrum praecepti audiendum, atque sicuti eo [illegible] omittens sacrum praeceptum [illegible] sub excommunicatione ipso facto incurrenda, excommunicationem incurreret, [illegible] tempus missae audiendae constitutum; ita et in casu nostro dicendum est.

553 Dixi autem primo: Praeceptum si antequam [illegible] non debuit [illegible] : ne videlicet praefatam [illegible] involveram cum ea, in qua agitur de [illegible] voluntaria [illegible] in censura, sed non voluntaria, vel contraria, [illegible] est..... Dixi secundo: Aut ad judicem non [illegible] [illegible] si contumaciam agnoscens, et contritus suam culpam coram judice, ac moram suam impotentiam ostendat debitam satisfactionem, et debitam praestet cautionem, tunc judex sicuti posset absolvere a censura, si ea jam contracta esset, ita et possit tunc moram tempus [illegible] ex [illegible] et sic censuram suspenderet, [illegible] non est. [illegible] jam [illegible]

stantia malitia [illegible], propter quam [illegible] censura, sicut per ecclesiasticam legem specialis malitia superadditur [illegible] juris na[tura]li vetito, tunc [illegible] Doctor [illegible] non incurri censuram ab eo, qui per metum gravem movetur ad dictam legem [illegible] [illegible] tota malitia ob quam censura lata a [illegible] jure ecclesiastico.

[illegible] [illegible] mortem ut [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] carnes [illegible] [illegible] catholicos, contemptum [illegible] [illegible], aut carnes comedendo [illegible] excommunicationem incurreret, ubi ea lata esset in comedentes carnes die [illegible] [illegible], ut [illegible] [illegible] [illegible] excommunicatus [illegible] [illegible] non incurreret, ubi metu gravi [illegible] [illegible] censura [illegible] quidem [illegible] sed cum [illegible] inhabilem non faciat censuratum; [illegible] municatus tamen irregularitatem incurreret, ubi extra articulum mortis metu coactus [illegible] sacramentalis absolvere [illegible] [illegible] jurisdictione, [illegible] absolvendum.

Atque ex his quae dicta sunt de metu, facile patet, quid dicendum sit de impotentia, [illegible] [illegible], sit physica, et absoluta, omnimodo a censuris excusat [illegible] [illegible] lationi [illegible] simpliciter est [illegible] [illegible] [illegible] non potest surgere [illegible] omittere [illegible] sub censura

necessitu censuram non incurrerent, sicuti neque eam incurreret qui a judice damnatus ad solvendum decem intra mensem sub poena excommunicationis, eam non incurreret, ubi ipse non haberet, neque tota sua industria sibi decem illa posset comparare. Quod idem et dicendum est de impotentia morali, ubi scilicet quis quis necessarium non posset praestare absque gravi suo incommodo v. g. vitae, famae et honoris, fortunae, seu limitationibus [illegible] posita circa materiam. Verum quaeres an condemnatus v. g. a judice ecclesiastico ad solvendum, aut restituendum centum intra mensem sub poena excommunicationis incurrendae tantum post mensem sit potens restituere, aut solvere, tunc id [illegible] debeat [illegible] censuram evadendam? Sicuti et an incurrat excommunicationem, ubi initio mensis fuit potens, sub finem vero mensis est impotens ad restituendum, aut solvendum.

Respondeo ad primum, quod licet taliter condemnatus intra mensem propter impotentiam solvendi, aut restituendi a censura [illegible] ubi [illegible] potens suo debito non satisfaciat, [illegible] censuram incurrit. [illegible] terminus a judice non fuit praefinitus ad finiendam, sed ad non amplius differendam solutionem, aut restitutionem, et proinde obligatio cum mense non expirat, sed adhuc urget, ut quamprimum [illegible] fit, ei satisfiat. nunc

Respondeo ad 2dum, in quo major est difficultas, juxta probabiliorem sententiam, quam tenentur [illegible] Benavente, Honoratus Tournely, [illegible] continuator, et [illegible] non alii, censuram ab eo incurri statim ab elapso mense, ubi sub finem mensis [illegible] se fore impotentem, [illegible] si antequam mensis labatur, [illegible] non [illegible] et [illegible] solutionis, aut restitutionis non factae, aut ad judicem non recurrit pro prorogando solutione, et restitutione, atque prorogationem judex non admisit. Ratio autem est, quia taliter differens solutionem, aut restitutionem [illegible] est in culpa, sed etiam inobediens, et contumax est in suum superiorem, a quo juridice, et juste condemnatus fuit [illegible] hic aliter se habet, ac se habent, qui mane [illegible] audire sacrum, et non audit, atque [illegible] [illegible] se fore [illegible] [illegible] sacrum [illegible] audiendi, atque sicuti [illegible] omittens sacrum [illegible] v. g. sub excommunicatione [illegible] incurrenda excommunicationem incurreret, ubi [illegible] [illegible] missae audiendae constitute, ita et in casu nostro dicendum est.

255. Dixi autem [illegible] [illegible] si antequam mensis labatur, [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] praefatae difficultatem involveram cum eo, [illegible] voluntarie quidem in causa, sed non voluntarie [illegible] [illegible] [illegible] supra dictum est..... [illegible] [illegible] [illegible], quia si condemnatus agnoscens, et confitens suam culpam coram judice, ac probans suam impotentiam offerat debitam satisfactionem, et debitam praestat cautionem [illegible] judice. Sicuti [illegible] absolvere a censura si ea jam contracta esset; ita et posset [illegible] [illegible] tempus solutionis et sic censuram suspendere [illegible] [illegible] adhuc contracta non est. [illegible] jam sit

Articulus Tertius.

De consensu partis lese à censura excusante.

256. Consensus illius, in cujus favorem lata est censura, ubi V. g. statuto intra mensem facienda à judice sub poena excommunicationis praecepta est effectum censurae suspendere, communis sententia est, dummodo ante impletum tempus in sententia praescriptum consensus praestetur; secus vero, si consensus post praefixum tempus praestatur, ac censura sit lata sententia. Ratio autem vel petitur ex eo, quod cum censura in casu lata sit in favorem V. g. creditoris, jure praesumitur, judicem non habere voluntatem, et intentionem ligandi per suam censuram debitorem, ubi in solutionis dilatione ipse creditor consentit; et hoc etiam, ubi id fit invito ipso judice. Et sane si creditor ante elapsum praefixum tempus in sententia condonet debitum, debitor censuram non contrahit; quomodo contrahet ubi creditor consentit in solutionis dilationem? cum tunc culpa nulla sit in debitore intra illud tempus in sententia statutum non solvente; cum ergo culpa sit necessaria ut censura incurratur. Dicendum est. Nec ex quo creditor non sit creditorum actum jurisdictionis exercere, aut verba censurae non operari quod sonant. Nam creditor in casu censuram suspendit indirecte per materiae subtractionem ad tempus, quod non est actum jurisdictionis exercere, sicuti non exercetur, ubi totum debitum condonatur. Praeterea verba sententiae censurae non sonant in reputatis casu censuram contrahendam, sed solum pro casu, ubi non intervenit causa à censura excusans, quando una est intentio legislatoris, seu judicis nolentis amplius obligare, si constat ex eo, quod censura semel contracta, ...

257. Quae hinc difficultas solum est, ubi elapsum est tempus ab ipso creditore prorogatum, an videlicet in eo sententia à judice tunc censura incurratur, an vero nova sententia judicis sit necessaria? Et quod respondendum est, et saltem probabilius censendum est sententia tunc, Bonacinae, Salmanticensium, Croixii aliorumque plurimorum contra nonnullos sentientium, tunc opus non esse nova judicis sententia, sed censuram incurri statim à prorogationis termino à creditore assignato. Ratio est, quia judex statuendo tempus, intra quod solutio aut restitutio V. g. facienda est, illud non determinavit limitandam, sed ad urgendam obligationem, et adeo termino ab ex consensu creditoris prorogato, judex adhuc vult urgere obligationem suae sententiae, ubi finitur terminus prorogationis a creditore concessus; adeoque tunc obligat, ... Haec de consensu partis lesae à censura excusante dicta sit.

Articulus Quartus

De Appellatione ut a censura excusante.

258. In antecessum ad difficultatem denotandum est nomine Appellationis venire provocationem factam ab inferiore judice ad superiorem ratione alicujus gravaminis jam illati, aut inferendi. Unde Appellatio est quaedam species defensionis concessae ei, qui se innocentem, et injuste oppressum existimat. Et duplex est, judicialis una, et extrajudicialis altera. [redacted] Appellatio judicialis est, quae interponitur in judicio, seu qua appellatur ab actibus judicialibus; eaque triplici modo contingit; primo nempe cum quis ...

pellat ante litis contestationem, ut si quis citatus ad locum non tutum sibi visum, aut quia nimis brevis terminus datus est, appellationem interponat. 2do quando appellatur post contestatam litem, attamen ante definitivam sententiam, et adeo appellatio cadit super sententiam interlocutoriam, quae nempe fertur ante finem litis super ijs, quae incidunt, et emergunt circa causam principalem: 3tio tandem cum appellatur a causa definitiva lata super causam principalem, ne executioni mandetur. Quibus et addi potest appellatio judicialis mixta in eo consistens, ut appelletur ab interlocutoria simul, et definitiva sententia, quae tamen non sit de omnibus capitibus principalibus causae. Appellatio vero extrajudicialis est quando appellatur ab actu facto extra judicium, uti si quis appellaret a collatione beneficij, aut ab alio actu etiam ex publico officio facto, attamen extra judicium. Atque haec appellatio non est vera, et proprie dicta appellatio, sed potius provocatio ad causam, cum quidem per eam causa ad judicium deducatur, non autem de judice ad judicem: quod est essentiale appellationi proprie tali.

259. Annotandum est 2do, ad legitimam appellationem nonnulla requiri: Atque inter caetera requiritur primo, ut appellans ad appellandum moveatur ex justa, et rationabili causa; et adeo probabiliter, aut saltem bona fide existimata sufficienti ad superioris judicis favorem interpellandum. Nam, ut dicitur in Capit. Cum speciali, de Appellat. Appellationis remedium non est ad defensionem iniquitatis, sed ad praesidium innocentiae institutum: et proinde ubi manifeste injusta est appellatio, vel appellans mala fide appellationem interponit eisdem, se non habere justam, et sufficientem appellandi causam, appellatione non juvabitur; sed censuram incurret. Par siquidem non est, ut quis ex dolo, et fraude comodum reportet. 2do Appellatio debet fieri a judice inferiori ad superiorem, v.g. ab Episcopo ad Summum Pontificem, ut habetur in Capit. Arteriorum Legum, can. 2 Q. 6, in quo legitur. Non oportet ad compares judices appellationes fieri: sed a minori judicio in majus tribunal ascendere. Unde appellatio ab aequali ad aequalem non tenet. 3tio requiritur ut tempore debito fiat ipsa appellatio. Quod tempus debitum loquendo de alijs causis a censuris per jus antiquum, ut videre est per sacros canones, ad spatium decem dierum videtur. Quidquid sit de jure novo, quod teste Fournelij, sive ejus continuatore hic cap. 9. ad quadraginta dies terminus illud definit. Sed de censuris sub conditione latis loquendo juxta communiorem sententiam, quam tuentur Bonacina, Salas, Suarez, et quamplurimi alij, erit totum tempus intermedium ante conditionis eventum. His positis, et memoriae mandatis

260. Quaeres primo, an Appellatio interposita habeat excusare a censura post latam ab ipso judice sententiam?

Respondeo cum distinctione. Nam vel eo tempore, quo appellatio interponitur censura jam contracta est, sicut semper contingit, ubi est lata sententia, et sententia fuit absolute prolata, vel etiam ubi conditio est purificata si censura fuit sub conditione prolata: Vel vero eo tempore,

quo appellatio interponitur, nondum est contracta censura, eo quod ipsa fuit sub conditione, et conditio nondum est purificata. Si primum licet Appellatio habere possit effectum devolutivum, quatenus causam examinandam, et definiendam devolvit ad tribunal superioris, non habet, neque habere sit effectum suspensivum, quatenus impediat executionem sententiae. Hocque clare definitum est ab Innocentio III in Capit. Pastoralis, §. verum, de Appellat., et expressius a Bonif. VIII. in Capit. Is, cui, de sent. excom. in 6 sic definiente: Sive excommunicatio, sive ab officio, vel ab ingressu ecclesiae, lata fuerit suspensio, aut ipsius effectus, per appellationem sequentem minime suspenditur. Et ratio est manifesta, quia censura jam contracta secum trahit executionem, ut in citato Capit. ait Innocentius III.

201 Si vero res accidat, tunc Appellatio nedum habet effectum devolutivum, sed etiam suspensivum censurae: Atque hoc expressum est in Capit. Praeterea, de Appellat. et clare ostenditur ex eo, quod ubi legitima Appellatio interponitur, tunc suspensus manet usus jurisdictionis in judice, ut decernitur in Capit. Si a judice de Appellat. in 6; ergo cum ad valide ferendam censuram in judice requiratur jurisdictio, talis judex nequit amplius valide censurare; ergo in tempore Appellationis nondum contracta fuerit censura, nec inde contrahetur ratione talis sententiae, a qua fuit appellatum: atque adeo qui legitime tunc appellaverit, nedum liber est a censura, sed etiam ab obligatione praecepti, quo lata fuit censura, utpote non tunc nedum a censura, sed et a praecepto fuerit appellatum. Sed quid, si judex non obstante appel-

202 latione interposita judicaret, ac reputaret illam factam ex frivola, et inde procedat ad censuram sententiam absolute ferendam? Respondeo, taliter censuratum in foro externo regulariter tunc debere se gerere tamquam censuratum, ubi publice non constaret de illegitimitate sententiae, ut tunc praesumi debeat in foro externo actum superioris justum esse; secus tamen in foro interno, et conscientiae, talem censuratum non tenere, id est ubi legitima accessit appellatio, lata fuerit censura a non habente jurisdictionem. Sed

203 Quaeres ideo, an sicuti legitima Appellatio valet suspendere censuram nondum contractam; ita valeat impedire ejus denuntiationem?

Respondeo, Appellationem etiam legitimam non suspendere, ac impedire denuntiationem censurae judiciariam, definitivamque sententiam ab homine latam, ubi certo constat, contractam jam esse censuram, atque juxta est Doctorum pro re desumitur ex citato Capit. Pastoralis, §. verum quia, notat, ubi ita decernitur: Licet executionem excommunicatio suspensa habet, et excommunicatus per denuntiationem amplius non ligetur, ipsum excommunicatum denuntiare notum, ut ab aliis arctius evitetur. Admittenda non videtur sententia Navarri, asserentis et Appellationem interpositam impedire denuntiationem cujuscumque excommunicationis, ubi excommunicatus non erat vitandus, eo quia nempe tunc denuntiatio afferat gravamen ipsi excommunicato, utpote licet vitan-

debeat ut colligitur ex **Constitutione** de vitanda scandala. Nam per **Constitutionem** illam à Pontifice **directe solum** intentum non est relevare in aliquo ipsos excommunicatos, ut hi sive vitandi, sive non vitandi denunciatione seu sententia teneantur à fidelium communione abstinere, sed solum intentum est relevare ceteros fideles ob pericula, quæ prius incurrebant. Quamvis forte cum Suarez admitti posset, denuntiationem impediri per appellationem, ubi per denunciationem excommunicatio evaderet reservata superiori, cui antea reservata non erat, utpote cum sit novum gravamen ex parte excommunicati, et providere in eum cessat ratio adducta in citato Capit. Pastoralis.

264 Dixi autem posse impediri denunciationem censuræ ab homine latæ, siquidem cum communior sententia tenendum est, appellationem legitimam impedire denunciationem censuræ à jure latæ et coram Deo jam contractæ, etiam post sententiam criminis declaratoriam, dummodo delictum non sit ita notorium, ut nulla tergiversatione celari possit. Ubi enim à sententia criminis declaratoria legitime appellatur, in foro externo statim dubium est an contracta fuerit censura; censura autem dubia denunciatio fieri nequit, ergo etc. Ex quo patet discrimen inter censuram ab homine latam ipso facto incurrendam. Nam animadvertendum est, censuram incursam esse [illegible] in facie ecclesiæ, atque id hoc nunc tantum disputatur, ut patet [illegible]

265 Dixi 2do. Atque index est Ordinarius. Si enim censura lata fuit à judice delegato, tunc licet iste sit denunciationem censuræ à se latæ procedere possit ante appellationis acceptationem et admissionem, è tamen non sit post acceptatam appellationem, quia nimirum admissa appellatione desinit esse judex in tali causa. Atque hæc de censuris à censura excusantibus. Sit itaque

Caput Septimum.

De Absolutione à censuris.

Quatuor sunt, quæ hoc in Capite [illegible] tenentur, et primo an censura nonnisi absolutione, et quomodo tollatur? 2do quinam a censuris possit absolvere [illegible] sint, vel non sint absolvendi? 4to quænam forma, quibusve verbis in tali absolutione [illegible] sit? De quibus singulis pro temporis angustiis nunc breviter dicendum est.

Articulus primus

De modo, quo censura tollitur

266 Quamvis communissima sententia sit, et omnino tenenda, censuram latam talem, latam nempe ad determinatum tempus, suspensionem V.G. ad mensem, eo transacto per se cessare, nulla absolutione opus esse; loquendo tamen de censura [illegible], et [illegible] tali sententiandum est cum communi sententia, eam nonnisi absolutione ab habente potestatem [illegible] et [illegible] [illegible] vel [illegible] ex Mo [illegible] [illegible] cumque alligaveritis super terram etc. Apostolis, eorumque legitimis successoribus censurandi [illegible] potestatem, consequenter [illegible]. Quæcumque solveritis super terram etc. Unde Clemens III. in Capit

Cum decidens aperte definit, quod ille qui excommunicationem contraxit, non debeat communioni, aliorum restitui ante beneficium absolutionis. Itaque satis est monstratum, quomodo censura tollitur per absolutionem; et quia lata est juxta principium Juris. Quælibet res, per quas causas nascitur, per easdem tollitur. Ac proinde, ut male opinati sunt nonnulli, quod censura non tollitur per mortem illam ferentis, aut remotionem ab officio, quia ipsa pœna durandi est in fieri a judice; non autem in conservari. Ideo neque tollitur per mortem ipsius censurati, quia cum censura habeat effectus non tantum censuratos, sed etiam ceteros fideles, ne v.g. communicent cum ipsis in spiritualibus pro illis offerendo sacrificia, et publicos eos ecclesiastica sepultura honorando &c. si in censura decesserint sine absolutione opus est, ut communioni ecclesiæ restituantur etiam ubi ex hac vita contriti decesserint. Ideo neque tollitur per resipiscentiam censurati, et per satisfactionem parti lesæ præstitam præsertim si absolute sit lata, ut constat ex [illegible] 44 de Sen. anno VII damnata, quæ asserebat: Quod sonin contritis Reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censuræ.

207 Dixi autem: Præsertim si absolute sit lata. Quamvis enim cum communi sententia tenendum sit, sine absolutione non tolli censuram, ubi ea sub conditione fertur, v.g. hoc modo: Esto excommunicatus, donec satisfeceris, quousque hoc, vel illud restitueris &c.; non parva tamen difficultas est inter Doctores, an in tali formula censurandi implicite saltem absolutio importetur, ac si sensus sit: Esto excommunicatus usque ad tempus, quo satisfeceris, hoc, aut illud restitueris: sis autem absolutus, statim ac satisfeceris hoc, aut illud restituens. Pro quo sensu stat [illegible] cum Vasquez, Covarrubias, et aliis ea ratione, quod clausula donec satisfeceris, aliquem debet præstare effectum qui cum non possit esse nisi absolutionis beneficium, [illegible] [illegible] est aliam non posse esse dictæ clausulæ effectum, quam conditionatam absolutionem. Contra tamen sentit Reiffenstuel hic [illegible] [illegible] 2 sub 2 num 7, et 8 cum Doctoribus, Abbate, Sylvestro et aliis contendens per dictam clausulam nihil aliud denotari, quam quod satisfactione facta, aut re alia præstita censuratus absolvi [illegible]. Verum judicium sit de hoc, quod utrumque suo sensu [illegible].

208 Quæres jam, quot modis per absolutionem censuram tolli contingat?

Respondeo multiplicem esse modum absolutionis ab ecclesiastica censura impertiendæ: Alius scilicet est a jure, et alius ab homine. A jure est, quæ per legem ipsam absolutio conceditur, v.g. sub hac forma: Qui [illegible] communicaverit ipso facto excommunicatus, a qua tamen excommunicatione absolutus, ubi censuranti exhibuerit pœnitentiam, et satisfactionem. Ab homine vero est, cum ab habente jurisdictionem [illegible] aliquem censuratum absolvitur. Hæcque multiplex est, siquidem alia est simplex, alia conditionata, alia, tertia ad cautelam, et quarta ad reincidentiam. Simplex, sive absoluta absolutio [illegible] licitè nullaque adjecta conditione absolutio impertitur. Conditionata alia est, quæ sub aliqua conditione aut de præterito aut præsenti aut de futuro absolutio conceditur. Modus autem absolutionis

ad cautelam est, quoad dubitantem, aut etiam ignorantem censuram absolu-
to impertitur ad cumulum aliquod vel majorem, vel aliunde avertendi.
Hujusmodi est absolutio à censuris, quae à confessario impertiri solet
ante sacramentalem absolutionem. Modus tandem absolvendi
ad reincidentiam est, quo censuratus vel ad certum determinatum
tempus, vel ad quoddam tantum actus, vel ad omnes, et in perpetuum
absolvitur, sub conditione tamen aliqua, v.g. post legem satisfaciendi, aut
quoddam aliud praestandi intra certum tempus, alioquin eandem censu-
ram reincidendi. Quibus et addi potest, aliud esse absolutionem in foro in-
terno, et aliam in externo. Quibus notatis
269. Quaeres 2do, an absolutio à censura sub con-
ditione aliqua impertita valida sit, et licita?
Respondeo, nedum validam esse absolutionem
sub conditione de praeterito, aut de praesenti latam, in quo conveni-
unt omnes, sed probabilius etiam validam esse eam, quae sub con-
ditione de futuro datur, v.g. si dicatur: Absolvo te, si intra mensem
restitueris et n. ... facta restitutione censuratus absolutus manet.
Talis enim absolutio nullo jure aut naturali, aut positivo divino, aut eccle-
siastico irritatur, quinimo jus ecclesiasticum ei potius favet: tali enim
jure attento valida est censura sub conditione lata. Quare ergo et
valida non esset absolutio taliter lata, et eo magis quod absolutio
utpote favorabilis late sit interpretanda? Nec idem urget con-
tra ab absolutione sacramentali petita. Haec enim semel rite, et
rite prolata non dependet à voluntate ministri sed Christi, et ex ea
eam immediate suum sortitur effectum; contra vero absolutio à censuris
utpote ab ecclesia instituta ab ejus pendet voluntate, et proinde
pendet à voluntate illam ferentis, qui proinde effectum ejus suspen-
dere.
270 Haec tamen doctrina tenet de valore cen-
surae loquendo. Quamvis enim et tanquam licita admittenda sit
absolutio conditionata à censuris, ubi ea datur ad cautelam, sicut
et ea, quae datur cum justa et rationabili causa, uti contingeret
ubi excommunicatus eo tempore opus haberet esse praesen-
tis, et nonnisi à multo tempore necessario ex aliqua obveniente causa
absolvi posset; regulariter tamen esse illicita, tum quia ita absolutionem
dare est contra usum, et praxim ecclesiae, cui multum est defere-
ndum, tum quia ecclesiasticae disciplinae interest, ut reus dilecta
poena judici suo ecclesiastico se humiliter subjiciat.
271. Quaeres 3tio, an censuratus ad reinci-
dentiam absque nova sui culpa in eandem reincidat censuram?
Respondeo, tametsi certum sit apud Do-
ctores, censuratum ad reincidentiam absolutum ad certum, et deter-
minatum tempus, ad quosdam tantum actus, v.g. ad libera comu-
nionem testimonium, ut possit beneficium obtinere etc., tali transacto
tempore, ac tali secuto effectu sine nova culpa in eam-
dem reincidere censuram; dissensionem tamen esse non parvam
inter Doctores, an sine nova culpa redeat censura in eum
illo, seu unde finiti absoluta ad reincidentiam sub conditione
satisfaciendi parti laesae, aut aliquid faciendi intra certum tem-
pus? Quo in dissidio tenendum arbitror, ad reincidendum in
censuram nedum novam culpam requiri, quando haec nova ab-
solutionis forma indicatur, ut v.g. si dicatur: Absolvo te ab

excommunicatione, ita tamen ut in eam reincidas, nisi non comparueris coram hoc vel illo judice, verum etiam quando talis culpa nullo modo per absolutionis formam denotatur, ut v.g. si diceretur: Absolvo te ab excommunicatione, ita tamen ut in eam reincidas, nisi intra mensem restitueris. Primum jam de se patet, quia talis est intentio absolventis. Secundum vero suadetur vel ex eo, quod tunc censura non est suspensa, sed extincta per absolutionem, ergo sine nova culpa contrahi non potest: censura enim utpote poena medicinalis sine contumacia, et contumacia verum non sit, et adeo sicut in casu necessitatis a censura absolutus a simplici sacerdote, [illegible] non reincidit, nisi ubi [illegible] potuerit se praesentare superiori, si se non praesentaverit; ita absolutus ad reincidentiam sub conditione v.g. restituendi intra mensem in censuram non reincidit post mensem, si toto mense fuit ad restituendum impotens, sed solum reincidit, ubi factus potens restituere non restituit.

272. Quaeres 2do, quisnam sit, qui absolutionem ad reincidentiam concedere, et dare possit?

Respondeo, si absolutio sit in perpetuum, eam impertiri posse ab eo, qui eam tulit, vel ab ejus delegato; si vero talis absolutio sit ad certum tempus, vel ad quosdam determinatos effectus, excepto uno casu, a solo Pontifice eam concedi posse. Primum patet ex eo, quod cum talis superior possit absolute absolvere, a fortiori poterit ad reincidentiam. Secundum autem constat vel ex eo, quod ita absolvere nihil aliud est, quam suspendere effectus, quos secundum jus commune habet ipsa censura; in jure autem communi solus Pontifex sit; ergo etc. Dixi tamen ita intelligendum est, ut exceptionem admittat pro casu, quo quis absolvitur ad effectum dicendi testimonium in judicio, quando aliter veritas dignosci non sit; tunc enim quis etiam ab inferiore summo Pontifice absolvi poterit, ut patet ex Capit. Veniens 2, de [illegible] Attestat.

273. Quaeres 3tio, quomodo quis absolvi debeat in foro interno, et quomodo pro foro externo, et quid valeat absolutio pro foro interno data?

Respondeo, diversimode procedendum esse in danda absolutione pro foro interno, ac externo. Nam si pro foro interno petatur, ea ab habente potestatem absolvendi concedi poterit stando soli testimonio absolvendi, et ab ipso facta promissione de satisfaciendo, quomodo ei [illegible] credi possit; si vero pro foro externo petatur, tunc enim plures requiruntur formalitates, de quibus infra dicam. Et hoc quoad [illegible] quaesiti notandum. Quoad tertium vero, ea est differentia, quod absolutus pro foro externo ita se gerere possit coram aliis ac si nunquam censuratus fuisset; secus vero pro foro interno tantum absolutus; licet tunc suffragiis Ecclesiae gaudeat, et possit occulte, et coram iis, qui ejus absolutionem cognoverunt, tum in spiritualibus, tum in civilibus, et politicis.

Articulus secundus

De eo, qui a censuris sit absolvere.

274. Quoniam, ut supra dictum est, censurae ecclesiasticae aliquae sunt ab homine, et aliae sunt a jure, quaeres primo, quisnam a censuris ab homine latis possit absolvere?

Respondeo, a censuris ab homine latis per modum sententiae contra particularem, et determinatam personam

regulariter posse absolvere tantum, qui eas tulit, vel ejus Delegatum, aut successorem, itemque ejus superiorem pleno jure gaudentem. Hinc subjicit quod qui censuram tulit, regulariter ab ea possit absolvere, patet vel ex eo, quod potestati ligandi potestas solvendi correspondeat, ut insinuare videtur Matth. 18. verbis illis: Quaecumque alligaveritis &c, continuo subjungens: Quaecumque solveritis super terram &c. Quod et ostendit illud Regulae primae juris, et legis Nihil tam naturale, ff. de Regul. juris: Res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur. Ac quia vero desumitur pro Delegato, cum hic nomine, et potestate Ordinarii agat, item et pro successore, utpote cum ipse eadem polleat cum suo Praedecessore auctoritate; tandem et pro superiore pleno jure gaudente. Hic siquidem nedum eandem habet cum inferiore potestatem, sed etiam ampliorem. Secundum vero, nimirum quod ipsi tantum valeant absolvere a censuris ab homine latis, patet ex ipsa ecclesiae praxi et probatur ea practica ratione, quod facile judicum jurisdictio turbaretur, et illius, qui censuram tulit, auctoritas facile contemneretur, cum condemnatus effugiendo, pro libito ejus tribunal evitare posset, ad alium judicem pro absolutione confugiendo. Quare Patres Concilii Illiberitani Can. 53 ita statuerunt: Placuit, ut ab eo Episcopo quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si aliquis Episcopus praesumpserit eum admittere, illo adhuc minime consentiente, vel sciente, a quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres esse cum status sui periculo praestaturum. Unde Dioecesanus seu Utinensis, sive Goritiensis ab Archiepiscopo Utinensi per sententiam particularem excommunicatus extra casum moralis impotentiae adeundi Archiepiscopum Utinensem ab Archiepiscopo Goritiensi absolvi non poterit, etiamsi Goritiae suum domicilium fixisset.

275 Dixi autem primo: Per particularem sententiam contra particularem, et determinatam personam. Quaestio enim est inter Doctores, et praesertim de excommunicatione loquendo, an pariter censura lata ab homine per generalem sententiam pro futuris delictis praecavendis contra quoscumque, qui talia delicta patraverint, relaxari non possit nisi ab eo, qui eam tulit, vel ab ejus successore, aut Delegato, aut ejus superiore pleno jure gaudente? Quo in dissidio placet sententia asserens facultatem absolvendi a tali censura unicuique [illegible] qui pt absolvere a censuris a jure latis, et non reservatis, de quo infra dicam, quia videlicet talis censura aequiparatur censurae a jure latae.

276 Dixi 2do: regulariter posse absolvere, qui eas tulit &c. Nonnulli enim excipiuntur casus, quos refert Salons hic Tract. 29 Disp. 2 Dub. 11 num. 4., et sunt sequentes: Primus est ex Conc. Trident. [illegible], de Reformat., ubi jubetur, ut Praelati ecclesiarum, vel etiam Capitulum Metropolitanum post primam, et secundam correctionem suspendantur a Concilio Provinciali, si de [illegible] non tolerantis dignis ecclesiastica beneficia indignis contulisse: hujusque suspensio reservata dicitur uni summo Pontifici, aut quatuor Patriarchis: 2dus est ex Cap. Quaerenti, de Offic. et Potestate Delegat. in quo decernitur, quod excommunicatus a Delegato Papae possit quidem ab eo absolvi ante sententiam definitivam,

aut etiam intra annum ab excommunicatione lata; post annum vero tota excommunicatio statim summo Pontifici fit reservata. 2tius casus est ex capit. Tua nos, De sent. excom., in quo decernitur, quod incendiarii a proprio Episcopo excommunicati a solo Pontifice absolvi-gint. 3tius casus est, ubi censuram ferens incidit in excommunicationem, ob quod vitandus est, aut ob delictum fuit depositus, aut jurisdictione privatus: 4tus est, ubi summus Pontifex ex certa scientia confirmavit censuram latam ab Ordinario, tunc namque praesumendum est, Pontificem eam sibi reservare, ut Laymann loco citato cum probat: 5tus tandem est, quando alicui commissum est ferre censuram absque causae cognitione, cui ipse solum tunc commissum sit simplex ministerium, et ideo solus committens poterit absolvere.

277 Dixi 3tio: Item et illius superiorem jurisdictione gaudentem, ut indicarem, non quemcunque superiorem posse semper absolvere a censuris a suo inferiore latis. Si enim est superior pro certis casibus, pro iis tantum poterit absolvere a censuris a suo inferiore latis. Sic licet Archiepiscopus sit superior suis Episcopis suffraganeis, attamen pro casu visitationis, et Appellationis tantum poterit absolvere subditos suorum suffraganeorum a censuris per suffraganeos latis. Quod et dicendum est de Legato a latere, illum scilicet quamvis superiorem omnium Praelatorum suae Provinciae, non posse absolvere nisi pro casu Appellationis a censuris latis a praedictis Praelatis per partium sententiam. Quaeres 2do, quisnam possit absolvere a censuris

278. ab ipso jure latis? Respondeo primo, a censuris jure com[muni] Pontificio atque etiam particulari latis, non tamen reservatis, nedum posse absolvere Praelatos etiam Episcopo inferiores quasi per externo jurisdictionem habentes, in quo conveniunt Doctores; sed etiam probabilius, loquendo praesertim de excommunicatione, id posse Parochos, aliosque Confessarios ab Ordinariis ad audiendas Mortalium confessiones approbatos, dummodo tamen in sua dioecesi non sint reservatae. Prima pars patet ex ipsa rei natura, Doctorum sensu et ecclesiae consuetudine ostendente, delicti non reservati absolutionem concedi posse ab omni absolvendi potestatem habente. Magis autem declarabitur ex probatione 2dae partis, quae suadetur ex capit. Nuper, De sent. excom., ubi Innocentius III. concedit, communicantem cum excommunicato in oratione, vel osculo, aut comestione posse absolvi ab excommunicatione contracta, jam per ipsum jus lata, a suo Episcopo, vel a proprio sacerdote, et rationem subjungit: Quia tamen conditor canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Quae ratio, licet in dicto canone sermo sit de excommunicatione minori per jus communem lata in communicantes cum excommunicato sive in spiritualibus, sive civilibus, satis clare ostendit conditorem canonis aliis concedere facultatem absolvendi saltem ab excommunicatione, ubi eam sibi non reservat, ut cum S. Thoma in 3. p. q. 24. a. 1, et cum S. Bonaventura satis communiter notant Doctores. Quod vero extenditur et ad id quod ubi superior sibi soli reservat potestatem absolvendi a censuris, id in ipso canone exprimit explicite; itaque etiam forte videtur non parum probari ex formula absolutionis a censuris, quod quilibet sacerdos quamvis ... sacramentali. Hic vero absolutio a censuris a jure non reserva

ta juvabit absolutio non tam pro foro interno, sed etiam externo, ut bene notant Salmanticenses, Palaus, Suarez, Vasquez, Vaslinus, et alij, quia nempe vere favores Principum sunt ampliandi, verum etiam Pontificum Dicata forum externum præcipue spectare solent.

279 Dixi autem generaliter loquendo, præsertim de excommunicatione, ut indicarem non improbabilem esse sententiam nonnullorum asserentium, Parocho, alijsque sacerdotibus ad audiendas confessiones approbatis non competere absolutionem a cæteris censuris, ut suspensione, et interdicto, etiamsi non reservatis, et a jure latis, ea præcipua ratione, quod majores militant rationes pro absolutione ab excommunicatione, quam a cæteris censuris, et præsertim quia talis facultas conceditur parochis, et alijs sacerdotibus, ne quis privatus maneat absque sua culpa longo tempore ecclesiæ suffragijs, et ne ab ecclesia segregatus a vita decedat. Verum cum profundatus Canon Nuper hanc non faciat exceptionem, generalitas loquendo jam de censura personali admittenda non videtur.

280 Dixi 2do: Dummodo tamen in sua hypotesi non sunt reservatæ. Proprius enim Ordinarius censuras a jure latas, et per ipsum non reservatas, sibi reservare per speciale statutum: quo in casu Parocho, et alij sacerdoti facultas absolvendi adimitur, ut patet meditanti.

281 Respondeo 2do, a censuris a jure sive communi, sive particulari latis, et reservatis, regulariter absolvere posse Canonis conditorem, aut ejus successorem, aut delegatum, aut superiorem pleno jure gaudentem, et nullum alium. Per reservationem enim omnibus alijs inferioribus denegatur, aut adimitur absolvendi potestas. Unde in citato Capit. Nuper de excommunicato, ob quod excommunicationem cum excommunicato in crimine, ob quod excommunicatio reservata lata est, dicitur, quod absolvendus sit ab eo, qui excommunicationem tulit, vel ab ejus superiore.

282 Dixi autem: regulariter, quia ab hac universali regula nonnulli casus veniunt excipiendi, inter quos primus est, quod Episcopi juxta Conc. Trid. sess. 24. Can. 6. possunt suos subditos absolvere a censuris Summo Pontifici reservatis, ob delicta occulta, neque ad forum contentiosum deducta contractis. Quod et magis nominis doctores extendunt ad casum, ubi delicto ad forum contentiosum deducto fuerint, sed non probata, et propterea Reus absolutus fuit, cum tunc pro foro externo Reus innocens sit habendus, et etiam delictum remotum se habet pro tali foro, ac si commissum non esset. Idem docet etiam Card. de Luca ... juxta Capit. Eo noscitur, et capit. Quamvis, de sent. excom; nec non Capit. de Monialibus, eodem titulo possunt absolvi a censuris Papæ, reservatis Romanam curiam adire impotentes, quales sunt pueri impuberes, senes, mulieres, valetudinarij, membris destituti, uno verbo qui absque gravissimo incommodo tale iter suscipere non valent: quinimo si impedimentum esset tale, ut nec Episcopum adire possit, tunc, ut optime argumentantur Salmanticenses, et alij quamplures doctores, etiam a proprio Parocho, aut alio confessario absolvi poterunt, et ita quidem, ut juxta satis probabilem sententiam, quam tradit Salmanticenses hic Tract. 10, Cap. 2. Pun. 5. cum alijs magni nominis doctoribus tenentur, censuris irretitus impotens Romanam curiam adire non teneatur se praesentare per se, vel per procuratorem pro absolutione obtinenda, sed tunc ab Episcopo suo absolvi poterit, cum onere tamen, ut cessante impedimento sub pœna reincidentiæ in eamdem censuram se Pontifici præsentet, quia nempe jura non exigunt, nisi ut tunc adeat

Episcopum, et impedimento cessante Pontifici se praesentet. Quod et venire asserunt pro casu, quo Pontificem Legatum adire possit, hunc nempe se praesentare non teneri, praesertim ubi per Episcopum a Pontifice dispensationem obtinere non licet. Cujus rationem afferunt quia supposito impedimento adeundi Pontificem, Episcopis restituitur potestas, quae per reservationem ipsius fuerat ablata.

Tertius casus est, quod, ut pariter expresse habetur in Trid. Sess. 14 Can. 7, quilibet sacerdos etiam simplex, nec ad audiendas confessiones approbatus in mortis articulo constitutos seu de quorum salute corporali prudenter dubitatur, absolvere potest a quibuscumque censuris sive a jure, sive ab homine, sive occultis, sive publicis, sub promissione, ac juramento praestito se sistendi superiori reservanti, ubi convaluerint, et commode adire potuerint.

283 Notandum hic est circa primum casum, nomine delicti occulti non venire haeresim occultam, neque casus omnes in Bulla Coenae contentos. Nam, ut dicemus in Tract. de Peccatis, et sapienter probat Benedictus XIV. in suo egregio opere de Synodo Dioecesana Cap. 32, et 33, episcopus quidem, et Inquisitores haereticae pravitatis haereticum coram se comparentem, aut ad suum forum quoquomodo deductum sive ecclesiae reconciliare, ac pro utroque foro absolvere a censura, in quam propter haeresim incidit, non tamen ab occulta, neque ad forum externum deducto absolvere possunt. Verum et facile est deducere, habentem vi jubilaei, aut privilegii facultatem generalem absolvendi a casibus Papae reservatis, non ideo censendum esse habere facultatem absolvendi ab haeresi, aut casibus Bullae Coenae, nisi de his specialis mentio fiat in Bulla concessionis. Quinimo et dicendum est, talem facultatem habentem, absolvendi nempe a casibus, et censuris Papae reservatis, non per hoc absolvere posse a casibus, et censuris, quos Episcopus pro sua Dioecesi sibi reservavit, ut constat ex 12 inter damnatas propositiones ab Alexandro VII. et clarius ex Bulla memoriae magni Patris Clementis X. data anno 1670, ubi legitur: Habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicae reservatis, non ideo a casibus Episcopo reservatis possunt absolvere.

284 Notandum est 2do circa tertium casum nomine sacerdotis intelligi tantum sacerdotem proprie talem, ut proinde facultas absolvendi a censuris reservatis in articulo mortis neganda sit viro laico, ut satis constat ex dictis a num. 21, sed etiam cuicumque Clerico, qui si proprio et ordinario jurisdictionem non habeat, quia Clericus talem jurisdictionem habens subditos suos absolvere potest. Ratio autem ... mihi est ... Atque ideo omnes sacerdotes poenitentes a quibuscumque peccatis, et censuris absolvere ... nomine autem sacerdotis proprie talis, sicut nunc ... qui dicitur, venit solus Presbyter, et non Clericus; ergo &c. Ideo pariter non intelligi a nobis hic quemcumque Presbyterum, qui, ut dicemus in Tract. de Poenitentia, sacerdos excommunicatus, et intrusus, et Haereticus in articulo mortis constitutum valide absolvere ... Sacerdos itaque etiam simplex ... vivens in ecclesiae unitate in Articulo mortis absolvere ... ut a censuris etiam reservatis, sed custodito ordine ... non nimirum ad audiendas confessiones approbati, et ...

ut, sicut dixi, prius monere debeat absolvendum de onere se praesentandi superiori reservanti, atque juramentum de comparendo, ubi convaluerit, ab eo exigere. Quod tamen praesertim est de absolutione ab excommunicatione, quidquid sit de ceteris censuris, an videlicet et ab illis simplex sacerdos in articulo mortis absolvere possit? de quo in utramque partem satis probabiliter disputant Doctores.

285 Quaeres 3tio, an habens potestatem absolvendi a casibus reservatis hoc ipso et a censuris possit absolvere?

Respondeo, habentem facultatem absolvendi a casibus Papae reservatis, et a censuris eidem reservatis absolvere posse. Nam summus Pontifex nullum casum sibi reservat nisi ratione censurae. Contra vero habentem facultatem absolvendi a casibus Episcopo reservatis per hoc non posse absolvere a censuris eidem reservatis. Respectu enim Episcopi reservatio casus, et reservatio censurae sunt duae res distinctae, et inter se separatae, ut jam sc

Articulus Tertius

De iis, qui a censuris sunt absolvendi.

286 Quaeres primo, quaenam requirantur in eo, qui a censuris est absolvendus?

Respondeo, quod quamvis ex justa, et rationabili, atque aliqua urgente causa quis vel absens, vel nullo modo absolutionem petens, vel etiam repugnans, praesertim si sit emendatus, vel etiam si non sit emendatus, si absolutio impertiatur ab eo, qui vel legem, vel praeceptum, vel sententiam censurae jure ordinario tulit, et valide, et licite absolvi possit, ut pluribus probant Salmanticenses et alii hic Tract. 10 cap. 2 Punct. 2 et 3; regulariter tamen ad absolutionis liceitatem nonnulla requiruntur; et primo requiritur, quod absolvendus personaliter adire superiorem habentem potestatem absolvendi ei se praesentet, humiliterque petat absolvi, emendationem, et resipiscentiam claris signis ostendendo, ut habetur in Capit. Per tuas, de sent. excom. 2do requiritur, quod ubi censura ob enormia crimina contracta est, puta ob clerici, episcopi, aut alterius ecclesiae Praelati percussionem, ob scandalosam ecclesiae violationem, ob publicas, et manifestas usuras, ob voluntarium incendium etc., absolvendus, si pubes est, aut post pubertatem deliquit, prius juramentum praestet de parendo mandatis ecclesiae, seu de non committendo amplius delictum, ob quod censura ligatus est, ut decretum est per Capit. ex tenore, Capit. De cetero. et Capit. Si desideras, de sent. excom. 3tio requiritur, quod ubi censura lata est ob delictum secum trahens restituendi obligationem, aut parti laesae satisfaciendi, nolens satisfacere, prius satisfaciat, aut si tunc impotens est, debitam cautionem de satisfactione praestanda, scandalo removendo, ut potuerit, praestet, ut per se patet, et maxime usu ostendit. Quod ita intelligendum est, ut etiam sit nulla absolutio data a Delegato, ubi delegans in forma commissionis facultatis absolvendi expresse meminit de parte laesa prius satisfaciendo, ita ut absolutio aliter data nulla sit, et non teneat; quippe, secus sit in eo casu, quo in forma delegatoria delegans

non meminit de nullitate absolutionis aliter datæ de qua in utramque partem disputant Doctores

287. Quæres 2do, an valida sit absolutio data al[le]gante causam aliquam falsam ad absolutionem obtinendam?

Respondeo, si talis causa adducta sit principalis, et inter falsos motivos, quales sunt, quæ à jure exiguntur vel tantum ad censuræ licentiatem, tunc absolutio data etiam ab habente [illegible] tam Ordinariam absolvendi à censuris nulla erit, et invalida [illegible] si censuratus dixerit se parti læsæ satisfecisse, scandalum [illegible] sustulisse, ab hæresi renunciasse, Clericum aggressorem percussisse [illegible] hæc falsa sint, neque motus ecclesiasticus superior dat absolutionem, ea erit invalida; sicuti invalida est dispensatio data non [illegible] sistente causa finali motiva pro dispensatione obtinenda [illegible] eta, ut diximus in tract. de legib., ubi de [illegible] [illegible]atione, quam [illegible] absolvens in casu sub conditione existentiæ causæ adductæ absolvit. Quod tamen verum solum est, ubi absolvens non sciat falsitatem causæ [illegible] etenim non obstante scientia falsitatis causæ absolveret, [illegible] absolutio data ab habente jure ordinario absolvendi notariatus valida erit, utpote à nullo jure hactenus irritata. Si vero causa ab absolvendo adducta est impulsiva, alias erit absolutio, [illegible] simili dictum est de dispensatione loco citato de legib. Atque ex his potest etiam sciri, nullam esse absolutionem per vim, et metum graviorem injustè extortam, ut diximus num. 47, et sequenti.

288 Quæres 3tio, an pluribus censuris irretitus possit ab una absolvi, quin à cæteris absolvatur?

Respondeo affirmativè. Censuræ enim non habent inter se connexionem [illegible] solutionem. Unde si quis [illegible] [illegible] excommunicatione irretitus, v. g. ob Clerici percussionem, et [illegible] ob injuriam publicam [illegible], petens absolvi ab excommunicatione ob clerici percussionem, à cæteris non manet absolutus, etsi superior verbis generalibus absolvendo utatur, ac censuras intenderet ab omnibus absolvi. Nam præsumendum est superiorem accommodare mentem suam instantiæ petentis, nisi aliud apertè constet.

289. Quæres 4to, quid dicendum sit pro absolutione quis invincibiliter oblitus censuræ, à se contractæ, ab habente potestatem absolvendi à tali censura verbis ut [illegible] [illegible] quæ sacramentali absolutioni præmitti solent, nempe [illegible] [illegible] ego te ab omni vinculo excommunicationis &c., absolvatur.

Respondeo, quod dummodo superior [illegible] [illegible] taliter absolvens ipse habeat auctoritatem à dicta censura absolvendi, habeatque intentionem absolvendi ab omnibus, quibus irretitus est; [redacted] tunc etiam ab oblitis censuris maneat absolutus, et adeò liceat [illegible], tenetur tamen denuo [illegible] in peccato oblito, itemque [illegible] absolutionem [illegible] non tamen tenetur denuo absolutionem à censuris [illegible] [illegible] [illegible] absolvi à [illegible] [illegible], [illegible] non [illegible] sacerdote, ut à [illegible] sacerdote approbato [illegible] [illegible] [illegible], licet talis sacerdos non habeat facultatem absolvendi à censuris illis est, teste [illegible], communis [illegible] Doctorum [illegible]

quæ vel ex eo satis suadetur, quod directa censurarum absolutio non dependet ex notitia, quam de illis judex habere debet, sed ex mera voluntate absolventis, qui non sciat verum censurarum sine alia tolli posse, dum generali forma exprimente absolutionem ab omnibus censuris utitur, recte praesumitur ab omnibus directe velle absolvere: Quod tamen limitandum videtur cum Salmanticensibus, Bonacina, Avila et aliis quando censura oblita esset inter eos [illegible] ob [illegible] satisfactionem, quia nempe recte praesumi potest, et debet, judicem non velle absolvere a censuris nisi juxta praescriptum juris. Sed jam

Articulus Quartus
De forma absolutionis a censuris.

1240. Quamvis nulla determinata verborum, aut signorum forma ad valorem absolutionis sit necessaria, sicuti nulla est determinata pro ipsa censura ferenda; illud tamen tanquam omnino certum tenendum est quod sicuti ad censuram infligendam non sufficit solus internus animus superioris censurare volentis, sed talis animus externis signis debet esse manifestatus: ita et externis signis et quidem non ambiguis, sed certis, certo scilicet indicantibus vel voce sui, vel circumstantiarum voluntatem superioris volentis absolvere opus est ad censurarum absolutionem. Unde vel si ipsemet Summus Pontifex etiam sciente litteris, verbo, osculo, aut alio quovis modo cum excommunicato communicaret, per hoc ipsum absolvere nulla ratione censetur, nisi expresse dicat per hoc eum velle absolutum, ut habetur in Extravag. Si Summus Pontifex de Sent. excom. Quinimmo dicendum est, quod licet Summus Pontifex vel solis nutibus, vel signis aliis a verbis, et scriptura distinctis absolvere possit; inferiori tamen, aut alii ecclesiae Praelati verbis aut scriptura in tali absolutione danda uti debent, ut colligitur ex [illegible] Anobis 2. de Sent. excom. Pro cujus clariori intelligentia

4. Quaeres, an in impertienda absolutione a censura exprimi debeat ea a qua absolvitur?

Respondeo quod quamvis absolvens a censura ea non possit verbis illis generalibus Absolvo te, utpote indifferentibus ad significandam vel absolutionem a peccatis, vel a censuris, vel ab aliis poenis; sed uti debeat specialibus verbis [illegible] censura, vel a censuris; quinimmo quando absolvendus [illegible] censuris est irretitus, et [illegible] [illegible] ab omnibus [illegible] ab una absolvere velit hanc specialiter exprimere debeat [illegible] V. g. absolvo te ab excommunicatione, quam [illegible] incurristi: alii ubi per circumstantias verba [illegible] determinantur ad claram significationem absolutionis a censuris, censent sufficere; et adeo [illegible] absolvi a censuris sufficiat [illegible] absolvendo dicere: Absolvo te.

1242. Ceterum licet quando absolutio pro foro interno datur, sufficiat forma communis sacramentali absolutioni praemitti solita, pro foro externo tamen, ubi [illegible] sit [illegible] [illegible], ut evidentius [illegible] ubi occulte excommunicatus in confessionali [illegible] absolvatur, [illegible] [illegible] uti formula in Rituali Romano praescripta [illegible] ab [illegible] [illegible], vel [illegible] nisi a [illegible] Romano, [illegible] [illegible] absolutio [illegible] forma [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] forma [illegible] forma [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].
[illegible]

Caput ultimum.
De Censuris in particulari.

Tres esse censurarum species, excommunicationem scilicet, suspensionem, et interdictum supra num. 5. ostensum est. De his agendum esset nunc, sed breviter ob imminentes autumnales vacationes dicendum est. Sit itaque.

Articulus primus.
De excommunicatione.

Excommunicatio generatim sumpta definitur censura ecclesiastica, qua homo baptizatus a communione ecclesiae separatur, seu privatur participatione bonorum operum communi omni ecclesiae a Christo Domino concreditorum. Definitio autem haec patet ex traditam definitionem supra datam de censuris in genere. Excommunicatio autem alia est major, et alia minor. Excommunicatio major est quae hominem baptizatum ex toto, seu simpliciter privat bonis communibus ecclesiae a Christo Domino concreditis, quae in omnia ea quae a personis ecclesiasticis ut ministris ecclesiae. Excommunicatio vero minor est, quae hominem baptizatum privat tantum aliquibus ecclesiae bonis, in casu nempe a sanctis, et passiva sacramentorum perceptione, ac juxta satis probabilem sententiam etiam nostrorum electione in ecclesiastica beneficia, et sacramentorum administratione. Quod tamen alii volunt, nonnisi venialiter praestari. His positis.

Quaeres, quinam sint excommunicationis majoris effectus saltem praecipui?

Respondeo, per majorem excommunicationem excommunicatum privari primo usu activo, et passivo sacramentorum, ut habetur in Capit. Si toties, et Capit. Fraternitatis de clerico excom. ministrante, quoad usum activum, quoad usum passivum vero in Capit. Cum illorum, et in Capit. Si quem, de sent. excom. 2do communibus ecclesiae suffragiis, sacrificiis scilicet, et aliis orationibus nomine ecclesiae factis ut habetur in Capit. A nobis et in Capit. Sacris de sent. excom. 3tio interdicitur divinis officiis, publicis ecclesiasticis benedictionibus, ut legitur in Capit. Alma de sent. excom. in 6. 4to inhabilitatur ad Beneficia, et dignitates ecclesiasticas, ut definitum est in Capit. Postulasti, de clerico excom. ministrante. 5to omni usu ecclesiasticae jurisdictionis, ut habetur in Capit. Ad probandum, de sent. et re judicata. 6to communicatione civili, et politica, ut colligitur ex Capit. Nuper, de sent. et Si quem, de sent. excom. 7mo actione forensi, seu ne ut actor agere valeat in judicio, ut in libris juris textus, et expresse in Capit. Decernimus, de sent. excom. in 6. legitur. 8vo gratiis et favoribus Apostolicis, ut decisum est per Capit. ipso jure, de sent. in 6. Tandem ecclesiastica sepultura, ut docet Innocentius III. in Capit. Sacris, de sepulturis. At de majori dictum excommunicatione.

Quaeres primo an aliquis sint casus in quibus excommunicati majori censura, bonis non privantur ecclesiae, o ... [illegible] ... non excommunicatis liceat cum excommunicatis communicare?

Responsioni praemittere juvat celebrem divisionem excommunicati in toleratum, seu non vitandum, et non toleratum seu vitandum. Excommunicati non tolerati nomine juxta antiquos canones veniebat quicumque excommunicatus

tam, juxta Bullam Leonis X. in Concilio Lateranensi V. sess. XI promulgatam nomine excommunicati vitandi veniunt omnes, quos notorie, et publice, idest ita ut nulla tergiversatione celari possit, in excommunicationis sententiam constiterit incidisse. Verum cum modo, et consuetudine recepta sit nunc Bulla Martini V. quae incipit Ad evitanda, modo juxta statuta in predicta Bulla, nomine excommunicati vitandi illi tantum intelliguntur, qui nedum in censuram excommunicationis sive a jure, sive ab homine latam inciderunt, sed simul sunt publice denunciati tanquam excommunicati modo ad denunciationem necessario, vel sunt notorii clericorum percussores, de quibus scilicet publice ita constat mala fide clericum percussisse, ut nulla ratione aliquo colore possit illud occultari, aut a malitia sua excusari. Caeteri autem sive a jure, sive ab homine excommunicati sunt tolerati, et non vitandi. Quibus positis

Dico primo, cum excommunicatis sive qui sint tolerati, sive sint vitandi, licitum esse communicare ex justa, et quidem multiplici causa, ea saltem, quae moralem inducat necessitatem, seu moralem impossibilitatem abstinendi. Et propterea iis in casibus neque [illegible] excusabunt, neque ullam poenam incurrent non excommunicati communicando cum excommunicatis, et vicissim. Est communis sententia, quae claris verbis expressa est in Capit. Quoniam cau. XI. q. 3. ubi Gregorius Summus Pontifex ita decrevit = Apostolica auctoritate ab Anathematis vinculo hos subtrahimus, videlicet uxores, liberos, servos, ancillas, seu mancipia, nec non rusticos et servientes, necnon et omnes alios, qui non adeo curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, et eos, qui ignoranter excommunicatis communicant, sive illos, qui communicant cum illis, qui excommunicatis communicant. Quicumque autem Orator, sive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, et ibi non possit emere, vel non habeat unde emat ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et si quis excommunicatis in sustentationem non superbiae, sed humanitatis causa dare aliquid voluerit, non prohibemus = Haec summus Pontifex, quibus et accedit ratio, quia leges hujusmodi non obligant cum gravissimo incommodo etiam temporali, ut in Tract. de Legibus innotavimus: Unde notus est versiculus ille. Utile, lex, humile, res ignorata, necesse. Quorum singula breviter explicamus.

Licitum itaque est primo communicare cum excommunicato etiam vitando ob utilitatem tum spiritualem, tum corporalem sive propriam, sive ipsius excommunicati, vel alienam. Unde licet, tum verbo, tum facto hortari excommunicatum ad resipiscentiam, et conversionem, sicuti [illegible] ab excommunicato petere consilium tam pro se, quam pro alio, ubi non est alius, qui possit aeque utiliter consulere, quinimo et [illegible] cum notarent [illegible] dabitur, quod et ipse excommunicatus [illegible] non permittatur, quamvis non in judicio, [illegible]

Licitum est secundo, uxori communicare cum marito excommunicato quamvis vitando quoad thorum, et cohabitationem, atque in familiaribus colloquiis saltem ac gubernationem domus pertinentibus, sicuti et in aliis omnibus obsequiis, [illegible] marito ante excommunicationem [illegible] [illegible] Lex.

299. Licitum est 3tiò, excepto communicatione in crimine, et in divinis, ob quod quis excommunicatus est, personæ subjectæ communicare cum suo superiore excommunicato etiam vitando, uti licitum est filio communicare cum Patre, et matre, servo cum domino, villico, et famulo cum suo hero, Clericis cum suo Episcopo, licet excommunicatis vitandis. Quod significat lit: Humile.

300. Licitum est 4tò, seu nullo modo peccat, qui laborans ignorantia sive juris, sive facti, dummodo ea non sit affectata, communicat cum excommunicato vitando, sicut qui facit ignorando illum esse excommunicatum vitandum. Atque denotat versiculi illud: Res ignorata.

301. Tandem licitum est non excommunicato communicare cum excommunicato etiam vitando, et vicissim, si necessarium est ad subveniendum saluti animæ, suæ vel alterius, atque ad evitandum aliquod grave incommodum, sive temporale sive famæ, sive bonorum fortunæ. Et imprimis licitum est primò excommunicato etiam vitando (quidquid sit de sacramento Pœnitentiæ, de quo in Tract. de Pœnitentia) in casu extremæ necessitatis administrare sacramentum Baptismi, quin imo ad id tenetur, ut patet ex Concilio Florentino in decreto de Armenis: In casu necessitatis non solum sacerdos, vel diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, imo etiam Paganus, et Hæreticus baptizare potest, modo ecclesiæ formam servet, et facere intendat, quod facit. Porrò quod licet facere, faciendum est, ubi proximus extremæ necessitatis onere nostro sublevari sit. Quod et plures ex vas apud Ciribaldum in Tract. 4. Cap. 3. Lib. 2. extendunt ad sacramentum Eucharistiæ, et extremæ Unctionis, ubi ab infirmo in articulo mortis constituto præsertim non est receptum pœnitentiæ sacramentum: absolute verò negant de Confirmatione, et Ordine, cum ad hæc suscipienda ab excommunicato vitando nulla necessitas.

302. Licitum pariter est excommunicato Sacrum offerre, aut alia sacramenta suscipere, sicuti et licitum est illa administrare, ubi immineat periculum mortis, infamiæ, et jacturæ bonorum fortunæ in notabili quantitate, atque excommunicatus insistens ad obtinendam absolutionem per contritionem se disponit ad illa suscipienda. Et ratio est quia tunc ex ratione præsumenda est ecclesiam tunc non velle [illegible] observantiam urgere. Hæc quoad excommunicatos vitandos, [illegible].

303. Ex dictis, quamvis excommunicatus toleratus, seu non vitandus extra supra relatos casus, utilitatis, vel necessitatis [illegible] sponte se ingerens ad communicandum in rebus civilibus cum non excommunicato, peccat, et quidem graviter, si communicatio habeatur in divinis. [illegible] autem tamen [illegible], divinis et civilibus communicatur, nullum est inconveniens, ubi non excommunicatus se ingerit ad communicandum cum eo, si præsertim communicatio in civilibus, et [illegible] habeatur. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Pontifice probatur, [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible]

ter peccat excommunicatus etiam non vitandus sponte sua communicans in divinis, patet ex severa prohibitione ecclesiae, vel ex mag. gravitate. Quod vero venialiter solum peccat si communicatio sit in civilibus, et politicis, ubi id fit absque scandalo, et contemptu, constat ex communi omnium sensu, et ex eo, quod ecclesia valde secundario solum hanc communicationem prohibet. Per quod et patet ad genus peccati non excommunicati communicantis cum excommunicato vitando extra casus supra relatos.

Tertia denique pars videlicet quod non incurrat aliquam culpam, ubi non excommunicatus se ingerit ad communicandum cum eo, vel satis est manifesta ex eo, quod juxta Martini V constitutionem licitum est non excommunicato communicare cum excommunicato tolerato praesertim in civilibus, et politicis: Porro hoc dici non posset, si excommunicato illicitum esset communicare; siquidem non licet cooperari actioni, quam alter licite praestare non sit; ergo &c.

Notandum tamen me dixisse: praesertim si communicatio in civilibus, et politicis habeatur. Dissidium enim non parvum est inter Doctores, an non excommunicato liceat communicare etiam in spiritualibus, et divinis cum excommunicato tolerato, offerendo v. g. pro eo publica ecclesiae suffragia, et preces, cum eo divina officia audiendo, aut peragenda permittendo, ecclesiastica beneficia conferendo, ad actum jurisdictionalem in causis spiritualibus admittendo, eig. communicando, et praesertim ecclesiastica sepultura honorando, vel sacramenta ab eo petendo? In quo duplex è diametro opposita sententia: Prima negat id licere absque gravi causa, et aliqua necessitate, eaque communior est inter Doctores, et suadetur potissimum ex eo, quod per constitutionem Martini V fidelibus non excommunicatis conceditur ea tantum facultas, quae in eorum favorem cedit, et utilitatem: porro gravi causa, et necessitate aliqua seclusa non cedit in utilitatem fidelium non excommunicatorum talis communicatio; ergo &c. Quod rela[tio] constat ex eo, quod per dictam constitutionem minime intenditur excommunicatos relevare, cum ergo ex vi excommunicationis contractae id non liceat, dicendum est &c, et maxime quia talis communicatio nunquam aut solet sine indecentia aliqua, scandalo, et contemptu censurarum.

Altera vero sententia affirmat, eique pro ea laudantur Sanchez, Palaus, et alii contendentes, secluso scandalo, contemptu, periculo peccati in excommunicato, ut si aut ex in statu peccati existente, et non contrito sacramenta peteret, ut sacrificium, atque alia hujusmodi secluso speciali ratione, licere cum ipsis in spiritualibus etiam communicare. Ratio autem hujus sententiae ea praecipua est quod in Bulla Concilii Lateranensis, sub Leonis X. aut in Bulla Concilii Constantiensis, sub Martini V., ubi fit facultas non excommunicatis communicandi cum excommunicatis tolerati ad evitanda multa scandala, pericula, et subveniendum conscientiis timoratis, nulla fit exceptio de communicatione in divinis, sed indistincte, et illimitate conceditur communicare cum excommunicatis illis. Ubi autem jus non distinguit, neque nos distinguere debemus, juxta etiam juris nostri axioma; ergo &c. Et proinde saltem ex justa causa et rationabili aliquo motivo licebit cum ipsis offerre sacrificia, et publicas preces, ab ipsis sacramenta petere cum contritione

supponuntur, ac pro tunc absolutionem ab excommunicatione petere non posse, item et si moriantur, ecclesiastica sepultura donantur, si poenitentiae signa dederint &c. Unde clausula positae citatis constitutionis, qua non intendunt relevare excommunicatos, intelligenda venit de relevatione directa, et immediata, ipsorum scilicet ex sua electione, et non requisiti excommunicati [illegible] te nequeant communicare cum eis sive excommunicatis, sive excommunicatis. non autem venit intelligenda etiam de relevatione indirecta, et per accidens tali, quatenus posito, quod requiritur, ipsis non liceat communicare cum non excommunicatis [illegible] lentibus cum ipsis communicare.

306. Quidquid vero sit de his duabus sententiis, [illegible] arbitror, satis probabilibus, illud tamen tenendum est, primo scilicet [illegible] sacramenta, quaecumque ea sint, [illegible] poenitentiae excepto, valide recipi [illegible] excommunicato tum vitando, tum tolerato ac noscente, et [illegible] volente, dummodo minister [illegible] habeat intentionem, et materia forma [illegible] instituto utatur, cum haec sufficiant ad validam sacramentorum administrationem: Secundo excommunicatus tolerans sacramenta omnia, et etiam poenitentiam valide administrare et valide id praestat excommunicatus vitandus, si poenitentiam excipias, dummodo, ut dixi, necessariam habeat intentionem et debito modo, et forma utatur, quia nempe tunc omnia [illegible] necessaria ad conficienda sacramenta ponuntur. [illegible] [illegible], ut dixi, est tum susceptio, tum administratio poenitentiae [illegible] susceptio, quia cum in suscipiente requiratur contritio, [illegible] confessionis, ac [illegible] non peccaverit in cetero [illegible] [illegible] excommunicatus sive toleratus sive vitandus extra casum necessitatis velens suscipere poenitentiam, utpote cum tunc ab ecclesia ei sit sacramentum prohibitum, tunc invalide [illegible] [illegible] sacramentum: Deinde etiam excipienda est administratio poenitentiae facta ab excommunicato vitando, quia ad validam administrationem poenitentiae requiritur jurisdictio, quam excommunicatus vitandus non habet. Hoc intelligo quoad [illegible] qui [illegible] est extra casum necessitatis, aut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], tum suscipere [illegible] administrare sacramenta omnia [illegible] excommunicato; [illegible] [illegible] [illegible] administrare.

307. Secundo pariter tenendum est excommunicato sive vitando, sive tolerato licere ecclesiam aut templum ingredi ad privatim orandum sacrasque imagines, et reliquias venerandas aliaque pietatis officia peragenda, quinimo si est obligatus, tenetur etiam horas canonicas recitare, [illegible] [illegible] tamen Dominus vobiscum, et ejus loco dicendo Domine exaudi orationem meam. Unde et ceteri fideles pro ipso privatas preces fundere possunt [illegible], item et sacerdos in memento [illegible] [illegible] [illegible], privata persona pro eo orare.

308. Tertio pariter tenendum est [illegible] excommunicatus vitandus praesens in ecclesia [illegible] missa, [illegible] [illegible] [illegible] monendus sit a sacerdote, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] officii sine irregularitate [illegible] et cessandum sit a missa si nondum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tantum [illegible] sit usque ad [illegible] a solo sacerdote, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] excommunicatus est toleratus, [illegible] [illegible]

Quarto item tenendum est, quod licet collatio beneficii ecclesiastici, aut pensionis, quae in spirituali titulo fundatur, ac patrimonium dicitur, est portio quaedam, quae ex fructibus beneficii extrahitur, et confertur clerico in titulum ad onera alicujus ministerii spiritualis, facta clerico excommunicato vitando sit nulla adeoque fructus suos non faciat, etsi acceptatio fiat, ubi ab excommunicatione fuit absolutus, utpote ustro eo ab initio talis collatio nulla fuerit. Ubi tamen collatio, et acceptatio beneficii, aut pensionis, vel etiam sola collatio excommunicationem praecessit, collatio fuit valida, et adeo fructus suos faciet sit beneficiatus, neque si eos percepit, eisdem privari sit nisi post sententiam judicis declaratoriam. Quod tamen ita intelligendum venit, ut collatio beneficii a Summo Pontifice facta illi, cui beneficium confertur, non excommunicato, sit valida, ita ut faciat fructus suos: Jure enim praesumendum est, Summum Pontificem velle, et de pro facto cum eo dispensare. Haec circa majorem excommunicationem generatim sumptam, quibus nonnulla addenda essent circa excommunicationes in particulari, et praesertim circa reservatas, sed de his dicam in Tract. de Capit. praesertim cum diu per temporis angustias non liceat immorari. Nunc ergo de minori excommunicatione loquendo

310\. Quaeres, quam ob causam excommunicatio minor incurratur?

Respondeo, communicantem illicite, seu extra casus supra relatos, nempe utilitatis, necessitatis, ignorantiae &c. cum excommunicato non tolerato, seu vitando excommunicationem saltem minorem incurrere; et propterea causa, ob quam excommunicatio minor incurritur, est communicatio in prohibitis cum excommunicato vitando sive vivo, sive defuncto. Itaque quoad communicationem cum excommunicato vitando vivo desumitur ex Capit. Cum desideras, et ex Capit. Nuper, de Sent. excom., et clarius ex Capit. A nobis, de exceptionib. Quoad communicationem autem cum excommunicato vitando mortuo ex Capit. Sacris, de Sepulturis, ubi dicitur: Quibus non communicavimus vivis, non communicamus defunctis.

311\. Dixi autem: excommunicationem saltem minorem incurrere, ut exciperem nonnullos casus, in quibus ob dictam communicationem major excommunicatio contrahitur: et inter hos primus est, quando quis scienter communicat in divinis cum excommunicato a Papa, ut habetur in Capit. Significavit, de Sent. excom. 2dus, quando quis communicat cum excommunicato in crimine criminoso, seu cum audet communicare, seu cooperari cum excommunicato post contractam ab illo excommunicationem in delicto ejusdem speciei cum illo, ob quod fuit excommunicatus, ut decernitur in Capit. Nuper jam citato, et in Capit. Concubina, de Sent. excom. 3tius, quando quis nimis frequenter participans cum excommunicato vitando post monitionem noluit desistere et nec non a suo judice majori excommunicatione fuit innodatus, ut decernitur in Capit. Statuimus, de Sent. excom. in 6.

312. Quæres secundò, quinam sint effectus ex-
communicationis minoris?

Respondeo, tanquam certum tenendum ex-
communicatione minorem eo irretitum non privare communi-
bus ecclesiæ suffragijs, neque communicatione tum in spiritualibus,
in civilibus, neque jurisdictione, et actibus ejus, neque etiam ec-
clesiastica sepultura, neque interventu sacrificio, ac divinis of-
ficijs, alijsque hujusmodi actibus, quibus habet privare major ex-
communicatio, ac proinde minori excommunicatione ligatum
licitè, ac licitè talibus actibus se poterit ingerere. Unde restat
videre, an minor excommunicatio privet eo irretitum recep-
tione, et administratione, seu usu passivo, et activo sacramen-
torum, et passiva electione ad beneficia ecclesiastica: Et

313. Dico primò, quod quamvis excommunicatio
minor in certa sententia habeat privare eo ligatum usu pas-
sivo sacramentorum, seu illorum digna receptione, ut habetur
in Capit. *si quem*, *de sent. excom.*; ità tamen ut licet v.g. celebrans
tali excommunicatione graviter peccat; non tamen irregularitatem
aut aliam poenam ipso jure incurrat, ut decernitur in Capit.
celebrat, de Clerico excom. ministrante; attamen non ità certum
est, sed valdè dubium, an etiam habeat privare hominem
irretitum sacramentorum administratione licita? Nam licet
vis omnes concedant cum capit. mox citato si celebrat vera
esse sacramenta à tali excommunicato collata, dummodo
excommunicato majori, aut minori excommunicatione non
administratur poenitentia, ut supra dictum est; attamen alij conten-
dunt, taliter excommunicatum sacramenta ministrantem
extra casum gravis, et rationabilis causæ, graviter peccare
alij verò volunt, tantum levis culpæ reum fieri: Quod verum
alij negant extra casum quo minister esset etiam recipiens
sacramentum, ut accidit in missæ celebratione, et in ordinum
collatione, cum nempe tunc minister et sumerat sacramen-
tum, corporis scilicet, et sanguinis Xti Domini. Hancque sententiam
probabiliorem vocat Giribaldus cum Bonacina hic tract.
Cap. 3. Sub. 10. num. 102. ea ratione, quia nullibi jure sacra-
mentorum administratio tali excommunicato ab ecclesia in-
terdicta legitur. Dico 2dò, minori excommunicatione ir-

314. retitum indignum esse, ut ad ecclesiastica beneficia eligatur, pro-
moveatur, aut etiam præsentetur; adeò ut nedum eligentes, pro-
motores, sed etiam scienter eligentes, promoventes, ac præsentan-
tes graviter peccant ut videre est legenti citatum Capit.
celebrat, de Clerico excom. ministrante; ità tamen ut electio [illegible]
capa esset illicita tantum, non autem invalida. Nam ex
citatum Capit. *si celebrat* talis electio dicitur irritanda, ele-
ctio autem irritanda per se valida est. Igitur [illegible] do-
ctrina intelligenda tantum venit de passiva electione benefi-
ciorum ecclesiastica; non autem ad officia, aut dignitates ecclesi-
as temporales; sicuti neque de activa electione ad ecclesia-
stica beneficia. Nullo enim jure hæc prohibetur irretitis ex-
communicatione minori. Atque hæc dixisse sufficiat de ex-
communicatione minori, quibus applicabis dicta de censuris
in genere circa causam efficientem, materiam, et formalem cen-
suræ, et modum eam incurrendi, ne aliter dicta repetamus. Haud alit.

Articulus secundus
De ecclesiastica suspensione.

Suspensio stricte, et proprie accepta, seu prout est poena spiritualis, et medicinalis, de qua hic tantum inquirimus, definiri potest: Censura ecclesiastica, qua Minister ecclesiae impeditur, ne functiones, seu ecclesiastica ministeria, seu officia exerceat. Unde suspensionis poena ad discrimen aliarum censurarum, excommunicationis scilicet, et interdicti solos Clericos, ecclesiasticasque personas afficit. Atque multiplex est, et in primis alia est suspensio ab officio, et alia a beneficio, et alia ab utroque simul. Suspensio ab officio praecise est, per quam Clericus prohibetur exercitio Ordinis et jurisdictionis. Suspensio a beneficio est, per quam Clericus, seu ecclesiastica persona privatur usu juris exercendi ecclesiasticas beneficii functiones, et beneficiales fructus percipiendi. Suspensio vero tum ab officio, tum a beneficio est, quae complectitur prohibitionem usus juris tum officii, tum beneficii. Deinde censura haec alia est totalis, et alia partialis. Totalis est, qua Clericus privatur in totum, vel omni actu Ordinis, et jurisdictionis, atque omni usu juris beneficii simul, vel solum omni actu Ordinis, et jurisdictionis, vel tantum usu omnis juris beneficialis; et adeo triplex esse potest suspensio totalis, ut meditanti patet. Suspensio vero partialis est, qua Clericus privatur aliquo, vel aliquibus tantum actibus Ordinis, et jurisdictionis; vel aliqua, aut aliquibus tantum functionibus, et fructibus beneficialibus. His autem divisionibus possit addi, quod alia sit suspensio a jure, alia ab homine, alia latae, et alia ferendae sententiae; sed haec patent ex dictis de censuris in genere capite primo a num. 6. His positis, quidquid sit de sententia, an valeat suspensio verbis generalibus lata, nimirum ita, ut neque verba, neque circumstantiae denotent determinatam speciem suspensionis, vel ab officio, vel a beneficio vel ab utroque, de quo in utramque partem disputant Doctores,
34 et de quo nos diximus num. 201.

Quaeres, an suspensus ab Officio censeatur suspensus a beneficio, aut viceversa?

Respondeo negative. Tales enim suspensiones sunt inter se inconnexae, et disparatae, atque una potest sine alia executioni mandari: Unde cum odia restringi conveniat ex Reg. 15 juris in 6, non est facienda extensio de una suspensionis specie per verba sententiae expressa ad aliam suspensionis speciem. Ex quo fit suspensum ab Ordine nedum non privari beneficio, ejusque fructibus, sed neque jurisdictione si quam habeat, et proinde Episcopus suspensus ab Ordine licet non possit audire confessiones, potest tamen alteri delegare facultatem confessiones audiendi. Quod et dici debet pro casu quo sacerdos suspensus est ab audiendis confessionibus, aut a celebranda missa, tunc scilicet dicendum est, quod licet simpliciter ab Ordine suspensus nequeat actum aliquem sui Ordinis exercere, si tamen aliqua officia specialiter exprimantur, ut in casu auditionis confessionum, et missae celebrationis, taliter suspensus poterit exercere officia Ordinum inferiorum,

ut Diaconatus, Subdiaconatus &c. Quamvis specialiter suspensus ab
ordine inferiori superiorem nequeat exercere, ut recte cum
communi advertit Giribaldus hic Tract. 4 Cap. 4 Dub. 2 num.
admonens taliter suspensum ab ordine inferiori exercentem
actum superioris ordinis non incurrere irregularitatem, quia
tenetur solum ratione indecentiae, non specialis prohibitionis cen-
surae tenetur abstinere ab exercitio ordinis superioris.

317. Quaeres 2do, quinam sint saltem prin-
cipui suspensionis effectus?

Respondeo, inter proprios, et directos suspensio-
nis effectus sequentes enumerari. Primus est, quod suspensus sub gravi
teneatur abstinere ab officiis, et actis sibi per talem censuram inter-
dictis, ubi vel leniter more non excusaret, vel non adesset aliqua
causa ex iis, quae ab observatione censurae habent excusare. Haec omnia
patent ex dictis supra de excommunicatione. Secundus est, quod
à beneficio suspensus, si ejusdem administrationi se ingerere,
fructus audeat percipere, ipso jure in perpetuum eo beneficio priva-
tus manet, ut habetur in Capit. Ignorantiae, 3. Cap. unic. de cleric.
Tertius est, quod suspensus à jurisdictione praesertim si sit vitan-
dus, seu publice denunciatus nedum illicite, sed etiam invalide actus
jurisdictionis, à quibus suspensus fuit, exercet. Hocque usque à his
à num. 26. patet. Quod tamen primo intelligendum est de actis juris-
dictionis, quia actus, qui tantum sunt ordinis, ut supra dictum est,
valide licet illicite à suspenso ab ordine exercentur; 2do intelli-
gendum est de suspenso vitando, quia juxta satis probabilem sen-
tentiam, si suspensus non sit simul denunciatus, ecclesia ita
permittente, valide exercet actus jurisdictionales, à quibus
suspensus. His addi fit quartus effectus, sed mediatus tantum, et cen-
surae indirectus, et est, quod licet suspensus à beneficio
à jurisdictione exercens jurisdictionales actus, fructus beneficii
alios percipiens &c. irregularitatem non incurrat, utpote nec
sit in jure statuta; suspensus tamen ab ordine, et munere ordinis
à quo suspensus est, ex officio, et solemniter exercens, seu eo mo-
do, quo à laicis exerceri nequeunt, irregularitatem incurrit per
Capit. Cum aeterni, de sent. et re judicata, et per Capit. Cum illo-
rum, de sent. excom., et per alios juris textus. Quod, ut notabi-
liter arguunt ex citatis juris Palaus, Bonacina, Suarez, cum
quamplures contra nonnullos alios, intelligi debet etiam circa
latam suspensionem ab ordine etiam ad determinatum tempus
latam; et adeò etsi non esset censura, propria tamen (…)
suspensionis effectus; quibus, si per tempus liceret, addendi essent
varii casus, in quibus incurrunt ipso facto nonnullae suspensi-
ones reservatae Summo Pontifici, et proprio Episcopo; sed cum
dicam specialiter in locis ea attam, quae vel spectant subjectum,
vel tenentem suspensionem, vel causam, seu culpam, ob quam
incurritur, vel ad, à quo tollitur, vel modum quo tollitur, et
(…) &c. facile reperias, si et modo dicta, et ea quae
censuris in genere exposuimus, attente meditatus
es, itaque relegas, atque hinc transferas, dum interim nunc
idest ad tertiam censurae speciem, quae est interdictum
go. Sit ergo

Articulus Tertius
De interdicti censura.

Ecclesiasticum interdictum est censura ecclesiastica, qua baptizato prohibetur publica divinorum officiorum celebratio, et auditio, quorundam sacramenta, atque ecclesiastica sepultura; seu, ut alijs placet, est ecclesiastica censura privans baptizatum divinorum officiorum, quorundam sacramentorum, atque ecclesiastica sepultura; ex qua definitione duo patent, et primo interdictum differre ab excommunicatione, et suspensione: ab excommunicatione quidem, quatenus hæc nedum pluribus bonis, quam interdictum privat; sed etiam quia excommunicatio privat illis, ut sunt communicationes, seu quatenus efficit ne excommunicatus participet bonis communibus ecclesiæ. Interdictum verò prædictam relinquit communicationem, seu participationem, sed solum impedit vel interventum, vel ministerium prædictorum officiorum. Differt etiam à suspensione, quia hæc clericos tantum afficit; interdictum autem etiam laicos. Patet 2do, tres esse effectus interdicti, et non alios, quorum primus est privatio celebrationis, et auditionis publicæ divinorum officiorum: 2dus est privatio activa, et passiva quorundam sacramentorum: 3tius tandem est ecclesiasticæ sepulturæ privatio. Pro quorum singulorum intelligentia

Quæres primò, quoniam sicut constat ex capit. Permittimus, de sent. excom. et ex canit. Si sententia, eodem Tit. in 6. interdictum sive locale, sive personale habet prohibere à divinis officijs, quæres, inquam, quid nomine divini officij veniat intelligendum et an tempore interdicti aliquando liceat divinis vacare officijs?

Respondeo ad primum, nomine divini officij venire ecclesiastica officia, et functiones, quæ à clericis ex institutione, et intentione xti, et ecclesiæ fiunt, quales sunt sacrificium missæ, benedictio olei, chrismatis, fontis baptismalis, templi, altaris, vestium sacramentalium, recitatio horarum canonicarum, item et B. Mariæ Virginis, officij defunctorum, psalmorum pœnitentialium, graduum, aliorumque id generis prout a ministris ecclesiæ solemniter fieri solent in ecclesia, aut in alio publico loco ad id deputato. Pro in genere veniunt et horæ canonicæ à monialibus in loco communi recitatæ, utpote eo nomine ecclesiæ ab ipsis recitantur. Atque hæc tempore interdicti fieri prohibentur, si nempe publica fiant. Quod notandum est, quia horas canonicas, aliasque preces privatim recitare non est interdictum, sicuti non est interdictum etiam publice habere, aut audire concionem, Rosarium recitare, litanias B. Virginis canere, aliaque similia, quæ officium clerici per se, aut per accidens non exigunt. Nunc

Respondeo ad 2dum, clericis non interdictis, nec excommunicatis nonnullas in casibus licere divinis vacare officiis tempore localis interdicti: et primò juxta capit. Permittimus, tempore interdicti localis, sive generalis, sive specialis sacerdos non interdictus clausis januis, voce submissa, non pulsatis campanis, et exclusis excommunicatis et interdictis semel in hebdomada sacrum facere potest, ac SS. Eucharistiam pro infirmis conficiendo. 2do jure novo, sicuti nec jam tamen notat, 3 sunt

excom. in 6. tempore interdicti localis sed generalis, non autem
cialis, omnes clerici non interdicti, neq; excommunicati missam
celebrare, aliaque divina officia peragere licite possunt servatis c
ditionibus paulo ante relatis, scilicet clausis januis, voce submissa
nanis non pulsatis, atque exclusis interdictis, atq; excommun
tis. Quod tamen ita intelligendum est, ut primo hoc privilegium tan
clericis, sive saecularibus, sive Regularibus sit concessum, eisque tantum
suffragatur, nullo modo laicis viris ac foeminis, ut provide hu
nullo modo admitti debeant ad divina officia, nisi vel privilegium
habeant; vel sacerdos celebraturus ministrum non habeat nisi
eum, qui solus tamen admitti in casu poterit; vel tandem ex defectu
usus rationis excusentur, nempe si ebrii sint vel amentes, vel
si nondum ratione utantur: secundo ita, ut tunc in solis Ecclesiis et
Oratorijs publicis, auctoritate scilicet Episcoporum erectis non
tam privatis, liceat divina officia celebrare.
321. Tertio pariter juxta citatum Caput Alma Ma
ter, divina officia nedum privatim, sed etiam publice, et solemni
ter a clericis non interdictis, excommunicatis aut suspensis cele
brari possunt cum campanarum sonitu, et apertis januis in festis so
lemnibus Nativitatis Domini, Paschae, Pentecostes, et Assumptionis B.
Virginis: Quod etsi probabilius extendi debet ad dies sequentes
dies festos Nativitatis, Paschae, et Pentecostes. Item et praedicta divina
officia juxta Constitut. Ineffabile Sacramentum Martini V. et Consti
tut. Excellentissimum Eugenij IV. solemniter celebrari possunt
in festo corporis Christi cum tota ejus Octava, exclusis tamen
nter excommunicatis, admissis vero interdictis, dummodo
qui interdicto causam dederunt, ad altare non accedant, et
nullo modo communicare, aut ab illis oblationes in Missam accipiantur. Atque haec circa primum quaesitum dictum. Circa Sacramenta
322. Quaeres 2do, quaenam sint ex Sacramentis
quoad usum sive activum, sive passivum tempore interdicti prohibita.
Respondeo per singula Sacramenta breviter
percurrendo, in primis tanquam certum tenendum esse, nedum
pueris, ut habetur in Capit. Non est vobis, De Sponsalibus, et in Capit. Re
sponso, De Sent. excom., verum etiam Adultis, et legitur in Capit.
Quoniam, De Sent. excom. in 6. Baptismum tamen ita administrari posse, ut nulla
cum solemnitatibus omnibus ab Ecclesia adhiberi solitis, ut satis ra
conta tenet Santius, cum per ipsum jus indistincte concedatur tem
re interdicti baptismum administrari, et propterea nulla ratione
tetur ad baptismum sine solemnitatibus: Quinimo satis probabile
est, illum posse administrari etiam in Ecclesia specialiter in
terdicta, atque a ministro etiam personaliter, generaliter illo
non vero specialiter interdicto: Quod quoad primam partem ex eo pro
ratione jam ante relata. Secundum autem evincitur ex eo, quia in
terdictum personale generale non habet plures effectus quam
interdictum locale generale; sed in omnibus tamen aequiparatur
etiam interdictum personale speciale ob propinquitatem
per Capit. Clerici, et per Capit. Latores, De Clerico excom. ministran
aequiparatur excommunicationi: Atqui ex una parte in loco
generaliter interdicto baptismus administrari potest, et a nullo vero
a clerico excommunicato administrari non potest, ergo etc.
323. Quod vero attinet ad Confirmationis Sa
cramentum tanquam indubitatum tenendum est, illud administrari

posse, sicuti et chrisma consecrari tempore interdicti, ut constat ex citato Capit. Responso, et ex Capit. Quoniam, De sent. excom. in 6. dummodo tamen non administretur specialiter interdictis, seu iis, qui causam interdicto dederunt. Hi enim semper specialiter interdictis excommunicatis aequiparantur; cum ergo excommunicatis non liceat administrare confirmationem, neque licebit &c.

324 Sacramentum item Poenitentiae ex Capit. Alma mater, De sent. excom. in 6. licite administrari poterit non tantum infirmis, sed etiam sanis, sive interdictum sit locale generale, sive particulare, dummodo non administretur personaliter, et simul specialiter interdictis, iis nempe, quorum culpa locum est interdictum, aut auxilium, consilium, favorem ve dederunt ad talem culpam. His enim absolutio dari non potest, nisi prius debitam praestent satisfactionem, ut supra dictum est num. 286. Ubi et circa poenitentiae ministrum advertendum est, sicuti supra diximus de baptismo loquendo, hunc posse et licite, et valide audire tempore interdicti confessiones, dummodo non sit personaliter, et specialiter simul interdictus. Si enim sit specialiter interdictus, quamvis valide administraret poenitentiam, ubi ipse esset etiam denunciatus, quia nempe interdictus non habet privatam jurisdictionem; illicite tamen id praestaret, ut ex dictis de baptismo patet.

325 De eucharistiae sacramento loquendo, quidquid sit de sententia concedente Clericis non interdictis venia eucharistiae, ubi ad privatim sumunt, servatis scilicet conditionibus requisitis ad divinorum officiorum celebrationem, de quibus sermo illuc certum esse debet, Laicis nullo modo licere Ss. eucharistiam sumere tempore interdicti seu localis, sive personalis, nisi forte sint in Articulo mortis constituti, et si sunt specialiter interdicti, debitam pro delicto praestent satisfactionem. Hoc enim tantum in casu Laicis liceat Corpori et Sanguini Xti communicare, ut habetur in Capit. Quod in te, De Poenit. et Remiss. et in Capit. Permittimus, De sent. excom. Tunc vero, cum similiter eucharistia danda est in mortis Articulo constitutis, solemniter poterit deferri, pulsatis scilicet campanis et omnibus, qui obviaverint, clare comitantibus, ut adnotant hic Salmanticenses.

326 Circa Ordinem, et Extremam Unctionem breviter dicendum est, licitum nullo modo esse interdictis aut tempore interdicti administrari, ut colligitur ex Capit. citato Quod in te, De Poenit. et Remiss. atque ex Capit. Non est vobis, De sponsalib. Ubi tamen, cum eo, quo infirmo ex hac vita proxime decessuro nec Poenitentia, nec Eucharistia administrari possit, ut raro obtingere, ut probant Salmanticenses, et plures alii, tunc scilicet Extrema Unctio tali moribundo poterit administrari; sicuti et licitum erit nonnullos ad Ordines promovere, ubi deessent ministri, qui obirent divina officia, et sacramenta permissa administrarent. Cui enim conceditur aliquid, et conceditur ea, sine quibus illud expleri nequit. Tandem circa Matrimonium Doctores variant: Alii illud videtur permissum tempore interdicti, si praesertim sine

327 nuptiarum Benedictione celebratur, ut ex Capit. Capellanus, De Feriis probant Salmanticenses cum aliis pluribus Doctoribus. Hac de tempore interdicti etiam nunc

Quaeres, quinam sint ii, qui tempore interdicti ecclesiastica sepultura privantur.

Respondeo: Quidquid sit de sententia, an nedum [illegible] 34
verum etiam laici morientes diebus solemnibus, quibus conceditur [illegible]
vantes ad divina officia, iisdem diebus in loco sacro possint sepeliri,
ubi ipsi non fuerint specialiter interdicti, aut si speciali [illegible]
li interdicto irretiti fuerint, poenitentiae signa dederint [illegible]
bi diebus specialiter, ac personaliter interdictos in loco sacro [illegible]
lire nullo modo licitum est, ubi fuerint denunciati, sive [illegible]
laici, sive Clerici; sicuti et nullo modo licet sepelire eos, qui [illegible]
terdicto jam denunciato, sive publicato causam dederint. [illegible]
his enim personis intelligi debent Capit. Quod in te, De poen.
et Remiss., et Capit. Episcoporum, De Privilegiis in 6, dummodo [illegible]
denunciati propter Constitut. Ad evitanda Martini V. de qua [illegible]
dictum est. Contra vero licite sepeliri possunt in loco sacro [illegible]
interdicti sive localis, sive personalis generalis Clerici, qui [illegible]
sint sive saeculares, sive Regulares specialiter non interdicti, [illegible]
causam interdicto non dederint, atque illud servarint, [illegible]
ne pulsatione campanarum, atque pompa funebri, ut legitur in
Citato Capit. Quod in te; et ita quidem ut possint Clerici [illegible]
ri tali sepultura etiam in loco sacro specialiter interdicto, ubi [illegible]
in [illegible] omittatur missae celebratio, et divina officia [illegible]
concedentur, ubi locus sacer est solum generaliter interdictus [illegible]
sub conditionibus tamen supra relatis, ubi de divinis officiis [illegible]
inde tota praesens difficultas esse fit de laicis solum generali-
ter interdictis nullo privilegio fulitis, quod loquatur de ecclesiasti-
ca sepultura: Atque de his sive sint adulti, sive sint [illegible]
usum rationis non habentes, dicendum est, per interdictum [illegible]
le personale ecclesiastica sepultura privari, ubi interdictum [illegible]
solum publicam denunciatum. Eo enim interdicto tenentur, quotquot sunt in com-
munitate. Quamvis interim fatendum sit, non improbabilem [illegible]
sententiam Salmanticensium cum Suarez, Sayro, et aliis docentium, [illegible]
sonaliter, sed generaliter tantum interdictum, qui nullo modo
dedit causam interdicto, sepeliri posse in loco sacro non interdi-
cto, quia nempe talis non est nominatim denunciatus, [illegible]
cetera admittendum esse, ubi interdictum non est personale, sed
locale tantum, tunc scilicet licitum esse de loco interdicto ad
locum non interdictum transportare defunctum personaliter non
interdictum, ibique eum sepelire: Ad pro clariori [illegible]
gentia. Quaeres, quotuplex sit interdictum eccle-
328 siasticum, de quo in praesenti disputamus.
Respondeo, triplex esse ecclesiasticum [illegible]
dictum, personale nempe, locale, et mixtum. Personale est, quod
immediate afficit personas, v.g. si interdicerentur Ulmenses [illegible]
non interdicto ipso in casu quocumque irent Ulmenses, [illegible]
interdicto obstricti, extra vero Ulmam advenientes interdicto non te-
nerentur, sed Ulmae divinis assistere, sacramenta percipere, et [illegible]
co sacro, si morerentur, possent sepeliri. Locale est, quod [illegible]
ta locum afficit, sed non personas, ut v.g. si Ulma interdicto
subjiceretur, Ulmensibus non interdictis: Atque tunc neque Ulm-
nenses, neque extra Ulmam advenientes divinis officiis Ulmae
[illegible] possent, quamvis Ulmenses ad locum non interdictum
pergentes divinis possent assistere officiis. Mixtum tandem
est, quod et locum, et personas, v.g. Ulmam, et Ulmenses immedi-
ate afficit: et tunc Ulmenses neq: Ulmae, neq: alibi divinis inter-
esse possent.

34 Utrumque autem interdictum subdividitur in particulare, et generale. Particulare personale est, quod fertur in unam, vel plures personas communitatem proprie talem non constituentes, V.g. in Petrum, in quotquot clericum ... in familiam particularem. et tunc omnes delinquentes, aut in familia degentes, etsi innocentes essent, subjacent interdicto. Generale personale est, quod in communitatem aliquam prout est unum quoddam morale corpus, infligitur, ut si interdicerentur Capitulum, Collegium, Universitas &c. Atque hoc in casu omnes, et singuli, qui talis communitatis verae partes morales sunt, etsi etiam clerici sive saeculares, sive Regulares forent, interdicti manerent. Interdictum locale particulare est, quod fertur in locum alia loca sub se non complectentem ut V.g. si haec ecclesia parochialis interdicto supponeretur. Locale autem generale est quod in locum plura sub se complectentem fertur, V.g. in Regnum, Provinciam, Civitatem, Castrum, vel Villam: et tunc interdictum extenditur etiam ad loca contigua, V.g. ad suburbia, quo casu interdicitur Civitas, ut habetur in Capit. Si civitas, de Sent. excom. in 6. ad capellas intra ecclesiam existentes, et ad contiguum coemeterium, eo casu, quo interdicto supponeretur ecclesia; imo etiam extenditur ad Regularium ecclesias, et monasteria intra talem ambitum existentia, ut patet ex Can. 12. Trid. Sess. 25. de Regularibus. Qua ratione et dici debet, interdictum latum in Populum comprehendere omnes Laicos commorantes tum in Civitate V.g., tum etiam in suburbiis, etsi pro tunc absentes, atque innocentes, tum ... domicilium non mutant, quia si innocentes domicilium mutant interea ... liberabuntur ut supra notatum est; secus ma-

33, nent subjecti, ut habetur in Capit. Si sententia, de Sent. excom. in 6. Cum vero interdictum rationem poenae habeat, atque in odiosis stricta interpretatio sit facienda, hinc annotandum est, primo, quod ubi locus aliquis subjacet interdicto, non hoc ipso habitantes in eo censentur interdicti, sed hi in loco interdicto non supposito omnis vacare poterunt ... ; locale, et personale sunt duo res inter se distinctae, et inconnexae; sicut etiam ubi interdictum est personale generale, latum V.g. in Universitatem tunc non complectitur eos, qui Civitatis membra non sunt. et adeo exteri, et peregrini, sicuti et ... omnes ibi degentes interdicto non subjacerent. Hi enim cives non sunt.

33. Secundo etiam adnotandum est, quod interdictum latum in Populum ad Clerum non extenditur, et vicissim; sicuti docemur in citato Capit. Si sententia, de Sent. excom. in 6. Item interdictum latum in Clerum non comprehendit ..., nisi de his specialis mentio fiat, ut habetur in Capit. Quia periculosum, de Sent. excom. in 6. ... hac comprehendi ... Regulares ... non habentes ... Clericorum ... in ... nomine ... non veniunt Regulares: Quod et dicendum est de Canonicis, ... ecclesiae Praelatis, hos nempe non venire sub interdicto, quo Clerus interdicitur ... Unde interdicto ... Clerici ... vacare, non autem ... ; sicuti ... vacare notantur Regulares, aut Canonici, aliique in ecclesiastica dignitate constituti, ubi Clerus simpliciter est interdictus, et vicissim.

332 Quaeres, quamnam ob causam interdictum [illegible] ferri possit?

Respondeo, Interdictum quodcumque [illegible] nonnisi ob culpam gravem ferri posse, ut probatum est num. 319, et ita quidem ut si sit personale, nonnisi ob culpam [illegible] infligi possit ut num. 321 dictum est; si tamen sit generale [illegible] possit quidem infligi propter grave delictum Regis, Principis, Communitatis, Universitatis etc., non tamen propter delicta unius aut alterius, aut etiam plurium privatorum, quo talium. Quod valde [illegible] est, quod quidem consonum est rationi, ut propter delictum [illegible], et commune publica, et communis poena infligatur; non propter delictum particulare, et privatum.

333 Quaeres tandem, quaenam sint poenae interdictum violantium?

Respondeo varias esse poenas violantium interdictum: 1a, imo est peccatum mortale, nisi forte [illegible] excuset ignorantia: est enim praeceptum grave interdicto a Domino [illegible]. 2do est excommunicatio Papae reservata in Dominos cogentes Clericos ad solemniter divina officia celebranda, aut [illegible] admittentes nominatim excommunicatos, et interdictos ad divina officia, sicuti et in interdictos volentes post monitionem [illegible] in loco, ubi divina officia celebrantur, ut habetur in Clem. Gravis, de sent. excom. 3tio est excommunicatio in Religiosos Regulares non servantes interdictum generale locale, quando servatur a Matrice vel Cathedrali ecclesia loci, in quo habitant, ut definitum est in Clement. ex frequentibus, de sent. excom. 4to est excommunicatio Episcopo reservata in scienter sepelientes in loco sacro interdicto ex Clement. Eos, qui, de sepulturis. 5to Clericus interdictum violans ex officio, seu tanquam [illegible] exercens actum sui ordinis fit irregularis juxta cap. Is, qui, de sent. excom. in 6 [illegible] poenam et per Capit. [illegible] pariter de sent. excom. in 6 incurrit Clericus suspensus, seu interdictus ab ingressu ecclesiae, si in eandem ingrediatur, atque actum sui Ordinis exerceat. 6to item Clericus exercens actum [illegible] in interdicto privatur jure [illegible], et [illegible] ut expressum est in citato Capit. Is, qui, de sent. excom. Tandem, ut alia mittam, Clericus violans interdictum per ordinis exercitium, sicut alias [illegible] incurrit poenam suspensionis ab officio, beneficio, et jurisdictione saltem ferendae sententiae, juxta Clem. [illegible] de excessibus Praelat. Atque haec de censuris, quibus adjungenda essent nonnulla circa Degradationem, Depositionem, atque Cessationem a Divinis, verum id per tempus non licuit [illegible] apud Theologos, vel Canonistas. Interim his studeant ut si non omnino virtutis amore, saltem etiam ex timore poenae fugiant culpas, ob quas infliguntur, vel si forte in dictas poenas [illegible] infortunio cadant, remedia sciant, et adhibeant. [illegible] finem Tractatui de [illegible] [illegible] qui vivit, et regnat Deus in saecula saeculorum Amen.

Appendix

De Degradatione, Depositione, et Cessatione.

334 Degradatio, gravissima poena ecclesiastica est perpetua privatio nedum omnis muneris clericalis, ac beneficii ecclesiastici [illegible] etiam privilegii et fori, et canonis, solemniter facta post canonicam sententiam, adjuncta actione, et caerimonia per sacros canones instituta et in [illegible] Degradatio, [illegible] in 6, ac in Pontificali Romano descripta. Depositio autem est poena ecclesiastica, qua clericus in [illegible] [illegible] privatur omni officio ac beneficio ecclesiastico, retento tamen privilegio fori et canonis. Utraque [illegible] corporis [illegible], et irregularitate [illegible] in eo, quod censuras, et irregularitates [illegible], atque absolutionem tolli possunt [illegible] degradatio, et depositio, quamvis licet depositio remitti possit ab episcopo, attamen degradatio a solo Pontifice remitti [illegible] nonnisi in gravissimis casibus, [illegible] penitentiam habere [illegible].

335 Degradatio vero, et depositio in eo [illegible] intersunt quod depositio [illegible] et [illegible] Degradatio [illegible] actionem realem, qualem vestibus sacris, quibus [illegible] degradandus, exuitur, atque vasa, et [illegible] sacra tolluntur, [illegible] recitandi, quibus privatur officii, et muneris clericalis [illegible] ecclesiastici, et privilegii fori, et canonis [illegible] quod licet tam in depositione, quam degradatione [illegible] character, et potestas ordinis, adeo ut [illegible] [illegible] [illegible] consecraret, attamen [illegible] [illegible] privilegio fori, et canonis, ut proinde ad saeculare tribunal trahi nequeat et qui eum [illegible], sententia canonis si quis suadente incurrerat. Quo privilegio non gaudent degradatus qui proinde ad saeculare tribunal trahi [illegible], et verberari absque excommunicationis [illegible] [illegible] depositio in [illegible] [illegible]; Degradatio autem solum in [illegible] [illegible] [illegible] ab [illegible] Vicario Generali fieri [illegible]: Degradatio autem a solo episcopo consecrato, cum hoc sit munus Ordinis episcopalis, quod munus delegari non [illegible]. Ubi tamen notandum quod sive depositus, sive degradatus in sacris constitutus non [illegible] recitandi horas canonicas, et servandi perpetuam castitatem, ut nemo ex propria iniquitate commodum debeat reportare.

336 Electa autem [illegible] [illegible] [illegible] gravissima, et [illegible], et quidem gravissima. [illegible] degradatio [illegible] non [illegible] nisi [illegible] in jure expressa [illegible] est haeresis manifesta conjuncta cum contumacia, [illegible] juxta [illegible] excommunicamus, de Haereticis, et ex [illegible] de Haereticis in 6; item tamen ut [illegible] crimen [illegible] canonice notatum: [illegible] falsificatio [illegible] [illegible] de falsariorum, de crimine falsi [illegible] est crimen

insidiarum, et conspirationis contra proprium Episcopum, juxta [illegible] si quis sacerdos in cap. ii. [illegible] 3um est Sodomia ex Constitut. Pii V, quae incipit: Horrendum illud scelus. 4um est Missae celebratio vel Sacramentalis confessionis auditio a Sacerdote non [illegible] habita ex Constitut. [illegible] Clementis VIII. incipiente: [illegible] 5um est falsificatio vel tonsio, vel adulteratio monetarum [illegible], [illegible] a Clericis facta in Italia ex Bulla Urbani VIII. quae incipit: In suprema, edita idibus Novembris. His addunt et alia Doctores, inter quae [illegible] enumerat crimen sollicitationis confessarii in confessione scilicat [illegible] tis mulieres [illegible] gravitate excessiva [illegible] tam sacrilegam, et frequentem in [illegible]. Habita autem [illegible] depositionis [illegible] in [illegible] hic Tract. [illegible] enumerantur, et sunt [illegible] monitione, simonia notoria, crimen [illegible], Homicidium, et alia, quae irregularitatem inducunt. Haec de degradatione, et depositione.

N.B. Cessatio denique a divinis est simplex [illegible] bitio sub gravi facta ministris ecclesiae, ne audeant [illegible] officia celebrare, atque quaedam sacramenta administrare [illegible] mortuos laicos in loco sacro sepelire; hocque in signum [illegible] concepta ob injuriam illatam ecclesiae, aut honori [illegible] et in illius venerationem, ut reum [illegible] satisfactionem. Haecque poena alia est generalis, et alia [illegible] tamen [illegible] effectus, ac habet interdictum [illegible] est, si excipias, quod poena haec [illegible] non rigorose corpora, irregularitatem non inducit ejus violatio [illegible] in 6. quamvis Religiosi eam violantes excommunicationem incurrant, ut habetur in Clement. [illegible] item si [illegible], quo tempore cessationis a divinis non liceat [illegible] permissio tempore interdicti per [illegible] atque [illegible] cum nullo in jure fiat talis permissio: jura siquidem de interdicto tantum loquuntur. [illegible], quae tempore interdicti sunt permissa, et permissa sunt tempore cessationis a divinis [illegible], et permissa in [illegible] localis interdicti, vel alia personalis. Haecque in [illegible] praesentis Tractatus de censuris. De irregularitate [illegible] in Tractatu de Ordine.

..., iuxta ...
...ebitur. ...
...sq. cali...
...m ...
...: at ...
...staru...
...ex Buch...
...vanor...
...numerat...
...cat, pro...
... non...
...utam, ...
...et. q. Capi...
...indy ...
...ion, inc...
...ulantur...

...mper ...
...publici ...
...ristian...
...ni dolor...
...t honor...
...eos prop...
... alia spe...
...dictis, ...
... eu nou...
...ua diit...
... vit ann...
...t. ... ...
...tionis ...
... Cornit. ...
...tam ...
...pisam ...
... intend...
...ionis ...
...emitte...
...a sine ...
...ingulam.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Theologia Moralis
Quam
Usque ad annum 1765. inclusivè
legit in Seminario Utinensi
Gregorius Pajani de Sclaonico
Sub Auspiciis
Excellentissimi, ac Reverendissimi
D. D.
Bartholomei Gradonici Archiep. Utin.
Die 2. 9bris ejusdem anni 1765.
ad cælum vocati.

Tom. II. De Actibus Hum., Peccatis,
ac Censuris.

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
Inches 1 2 3 4 5 6 7
Farbkarte
Sachverständigen-Zubehör.de
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Grey Black